cum actio, & paſſio eius fuerit finita in tempore. primum enim contingit ei, ſecundùm quod eſt corpus tãtum: ſecundũ autem, ſm ꝙ eſt corpus non compoſitum. Modus deceptionis in hac queſtione, & quòd fecit putari Ariſt. contradicere ſibi, eſt æquiuocatio iſtorum duorum nominum, finitum, & infinitum. quoniam, cũ non diſtingitur finitas, & infinitas contingentes in tempore à finitate, & infinitate contingentibus in actione, & paſſione, contingit

A tingit iſta ambiguitas, & ex hac finitate, in qua conueniunt corpora cœleſtia, & materialia, declarauit Ariſt. vl'r corpus oē eſſe finitum, non ex finitate, quæ accidit corpori, ſm ꝙ componitur ex materia, & forma. & per hæc abſcinduntur dubitationes contra Ariſto. Et poteſt aliquis dicere ꝙ, cum omne corpus agit per aliquod, & patitur per aliud, neceſſe eſt vt oē corpus ſit compoſitum ex materia, & forma. Et ad hoc dicamus eſſe verum. ſed corporũ quoddam eſt cōpoſitum, ita ꝙ forma nō cōſtituitur per materiã, ita ꝙ materia eſt ſubiectũ tm̃, & non materia, cuius eſſe ſit in potentia, * vt corpus cœleſte: & quoddam eſt compoſitũ ex materia, quæ eſt in potentia, & forma, quæ cōſtituit̃ per materiam vt corpora gñabilia, & corruptibilia. † Et ex hoc vr̃ ꝙ corpus dicitur de eis æquiuoce: quia æternum, & non æternum non cōicant in aliquo omnino. Apparet etiam ex hoc corpus cęleſte non habere ſubiectum, niſi tm̃ propter motũ localem, corpora aũt gñabilia, & corruptibilia habent materiam pp generationem, & corruptionem, datur aũt eis forma pp actionem, ſed differenter, quia in altero eſt tempore infinita, in altero vero finita· propterea illæ ſunt immateriales, iſtæ vero formæ materiales. ſecundum hoc igitur debet intelligi iſta qō, quam ignoraui diu ante * logicam perſcrutationem.

Dubitatio

So lutio.

B

*Corp⁹ cęleſte eſt ſubiectũ tm̃ ſi mã. Idē ſup. ca. 2. & 8. Me. c. 12. & ã cō. 92. Sed vide opp. 9. Met. 17

Corp⁹ dr̃ æquiuocę de ęternis & Inferioribus.

C

*a.l. lōgã.

*Quo pacto neceſſaria ſit motus cœli cōtinuatio cum his inferioribus. Cap. 4.*

CVm declaratum eſt ab Ariſt. ꝙ motus cœli eſt primus motus, & fuit ēt dictum ꝙ motus eſt in moto, ſequitur ex hoc vt hoc, quod D mouetur hoc motu, ſit æternum. ſi enim eſſet generabile, & corruptibile, ſic motus eius nō eſſet primus motus. &, cũ cōſyderauit res poſſibiles in motu, & quiete, fuit neceſſe etiã, propter hoc, ꝙ motus eius eſt motus primus ante omnem motũ, vt eius motus ſit æternus. Et, cũ declarauit iſta, ſcilicet corpus eſſe æternum, & motum etiam, perſcrutabatur primo de motu cęli, & inuenit iſtum à virtute neque graui neque leui. cũ enim omnis virtus, aut leuis, aut grauis exiſtat in corpore generabili, & corruptibili, aut natura generabili, & corruptibili, aut anima exiſtente in materia, neceſſe fuit vt hæc E virtus, quæ neq; eſt leuis, neq; grauis, ſit in corpore ſimplici, non habens ſubiectum, nec contrarium, & vt ſit anima neceſſario, non admixta materiæ, ſed anima corporis ęterni, ita vt iſta anima non ſit abſtracta à corpore, & cum hoc ſeparata ab ipſo, inquantum iſtud corpus nō indiget ipſa, quia eſt permanens per ſe, ſicut eſt diſpoſitio in animalibus quæ ſunt cũ virtutibus naturalibus, & vt illa anima ſit in eo: nam omne motum ex ſe mouetur per virtutem F exiſtentem in eo. Et, cùm conſyderauit in iſtis virtutibus, declaratum fuit ipſi ipſam eſſe virtutem appetitiuam de virtutibus animæ tantũ. Et, cum conſyderauit de iſtis virtutibus appetitiuis cœleſtibus, inuenit eas moueri ad appetibile nobilius ipſis. Et, cùm conſyderauit in virtutibus appetitiuis cœleſtibus, inuenit eas eē finitarũ potētiarum. Et, cũ cōſyderauit in cōtinuatione motus earũ, fuit declaratũ ꝙ cã cōtinuationis in motus earũ nō ē iſta virtus,

Vide. 12. Met. 36. & 44.

12. Me. 41

G qua mouetur, ſed illud, quod largitur ei continuationem, eſt aliquid appetibile. Et, quia continuatio non prouenit niſi à motore non moto, ſequitur quòd iſtud mouens neque eſt corpus, neq; potentia in corpore & ꝙ eſt intelligẽtia abſtracta: quod etiam declaratum eſt in lib. de Anima. ſ. ꝙ oẽ qđ eſt tale, eſt intelligentia abſtracta, & ꝙ iſtud corpus cœleſte intelligit hanc intelligentiam: intelligentia enim transmutat ipſũ ſecundum hoc deſyderium. Et, cum conſyderauit etiam de cauſa æternitatis cęli, declarauit in vltimo primi de Cœlo & mundo, in eo non exiſtere potentiam omnino, & declarauit etiam de virtute, qua mouetur cœlum localiter, ſcilicet anima appetitiua, ipſam non habere materiam, niſi materiam, quæ eſt in potẽtia in loco tantum. cum igitur ſciuit has tres cauſas, compleuit ſcientiam de cœlo. Et eſt declaratum ex hoc toto, quod dixit in 2. Cœli & mundi, ſcilicet ꝙ, ſi in cęlo eſſent plures ſtellę, aut maiores, ceſſarẽt motus eius, aut eſſent minores, & ſic ceſſaret cõtinuatio motus: motus enim eſt neceſſarius, quo ad continuationem. & fuit declaratum ex his omnibus ꝙ dator continuationis motus eſt dator motus cœli, quia, niſi ipſe eſſet, deſtrueretur motus, &, ſi motus, etiam cœlum: cœlum enim eſt propter motum ſuum: & ſi motus cœli deſtrueretur, motus entium inferiorum deſtrueretur, & ſic mundus, ex quo verificatur ꝙ dator continuationis motus eſt dator eſſe omnibus alijs entibus. Demonſtratio autem, qua vſus eſt in vltimo. 8. Phy. probans, ſ. ꝙ virtus infinita non exiſtit in corpore finito, ſiue fuerit materialis, ſiue non, plures induxit ad errorem, & multotiens locuti fuimus de diſſolutione quæſtionis contingentis in ea, & ſimiliter locuti fuimus de hoc, quod contingit ex hoc, ꝙ videlicet primum motum ex ſe, & ex alio eſt motum per accidens ꝑ naturam motoris ſui. & hoc intendebamus declarare. & eſt manifeſtũ ꝙ qui deſtruxit ſcientiam cauſarum illorum trium quæſitorum, non cõplebitur in eo ſcientia cœli. K

Tex. c. 114 & inde.

H

Tex. c. 71

Si motus cęli dĩſtrueretĩ, dĩſtrueretĩ & cęlũ. Id. Deſtruc. deſtru. diſp. prima. vide opp. 12 Met. 41. vide cont. Zim.

78. & 79.

*De cœli ſimplicitate, ac ſpiritualitate.*
*Cap.* 5.

L

PErſcrutãdũ eſt de hoc, quod dicunt, ꝙ corpus cœleſte eſt ſimplex, & ſpirituale. intendunt. n. in ipſo eſſe dimẽſiones nõ in mã: & iõ nõ recipit alteratiõẽ in qualitatibus, nec in ſubſtantia. & eſt ſicut dixit Themiſtius, ꝙ Sol, & Luna, & aliæ ſtellæ aut ſunt formæ, ideſt dimenſiones non in materia, ideſt corpora ſpiritualia, aut habent materiam æquiuoce cum iſtis materijs. Nullus autem dubitat in hoc quòd ſunt corpora, quæ mouentur, & etiam nullus dubitat ꝙ corpora non recipiunt alterationem, & tranſmutationem in ſubſtãtia, niſi quia ſunt in materia, & ideo inuenitur in eis pluſquàm vnũ numero, & ſunt ſpecies, & genera. corpora igitur cœleſtia ſunt abſoluta à materia. Sed tamen fuit dubitatum de eis, vtrum habeant materiam, propter potentiam, quæ eſt in eis ad vbi: omnis. n. potentia exiſtit in materia, ſed forte videtur ꝙ iſta materia habet eſſe medium inter materiam, quæ eſt omnino in potentia, & inter actum purum,

Hic vĩ ve le corpo

M

ra cęleſti eẽ diuer rũ ſpẽrũ. Id. Deſt deſtru. ſpu. j. So vide opp 2 cœ. 4 & 59. vide cõt Zim.

Materia cęli hẽt medium inter materiã, quæ

A rum, ſcilicet tres dimẽſiones, in quibus non eſt potentia omnino, & ſic potentia habebit gradus, & materia gradus, & per hanc potentiam indigent corpora cœleſtia motore, in quo non eſt potentia omnino.

*eſt oĩno ĩ potentia, & actum purum.*

*Dubitatio Ioãnis. 12. Met. 41.*

Ioannes autem dedit quæſtionem, de qua plures conſyderantes nõ potuerunt euadere. dixit enim ſi mundus eſt finitus, debet habere potentiam finitam, igitur eſt generabilis, & corruptibilis. Et ad hoc dicendum eſt ꝙ generatio, & corruptio, & omnis motus eſt à virtute, quę eſt habitus: & omne, quod caret cauſis

*Solutio.*

B motus, neceſſe eſt habere quietem, quæ eſt eius priuatio. Et non eſt impoſſibile exiſtere in corpore finito, quod caret motu, quietem infinitam, licet corpus ſit finitum: quies enim eſt priuatio, & priuatio non eſt potentia. vnde dicit Ariſt. quòd, cum ſtellæ carẽt cauſis motus, quas habent corpora cœleſtia, de neceſſitate habent quietem infinitam, quæ eſt priuatio motus. Et ſimiliter dicit quòd terra debet habere quietem infinitam, quæ eſt priuatio motus, quia caret agente motum in ea in-

C finitum. & ideo dicit quòd quies, quæ eſt in ea, contingit neceſſario vt ſit fortior virtute cœli, qua mouetur, quia motus ſuper ipſam ſit etiam motus impoſſibilis in eo, qd' eſt quieſcens, cum caret cauſis motus. & hoc manifeſtum eſt per ſe. In Cœlo igitur eſt priuatio infinita licet ſit finitum, cùm quies ſit priuatio, non virtus, ſicut exiſtimauerunt qui dixerunt quòd quies eſt in eo per virtutem, immo neceſſario eſt per priuationem virtutis. & ideo videmus loquentes in hac quæſtione quærere, vtrum maneat per ſe, aut per diſpoſitionem additam illi, & D eſt permanentium per ſe: quia permanentia eſt priuatio motus, & priuatio non accidit ei, niſi quia caret agente motum. & ſcias quòd hæc quęſtio eſt valde bona. & ſic conſummatus eſt libellus de ſubſtãtia orbis.

*Hæc duo ſequentia capita, ab Abramo de Balmes latinitate donata, quanquam ab hoc tractatu ſeparata eſſe videantur, cum iam ei finis ſit impoſitus: quia tamen in eadem verſantur re, in qua & priora: ideo ipſa Sextum, & Septimum tractatus huius capita conſtituimus.* E

## *Corpora cœleſtia non componi ex materia, & forma. Cap. 6.*

VIri philoſophantes dubitauerunt de re motoris primi, quando dixerunt ꝙ non ſit neceſſariũ ꝙ ſit hic motor, qui non ſit in corpore oĩno: & iſtud, qa ipſi dixerunt, quod in cęlis ſunt duę virtutes, quarũ vna eſt ꝙ ſunt æterni, & altera ꝙ ſint compoſiti ex materia, & forma, ex quo hæc eſt diſpoſitio cuiuslibet corporis: ſicque concluditur ex hoc ĩ figura tertia quòd F aliqua corpora æterna ſint compoſita ex materia & forma, & illa ſunt corpora cœleſtia. Hoc autem eſt, quia ipſi putauerunt ꝙ omne generabile, & corruptibile compoſitum ſit ex materia & forma, & iſtud non conuertatur. Et veritas eſt quòd iſta propoſitio conuertitur: & hoc: quia dictum dicentis omne corpus generabile, & corruptibile eſt compoſitum ex materia, & forma, eſt definitio generabilis, & corruptibilis, definitiones autem conuertuntur cum

G definitis ſuis. Etiam oē compoſitū ex materia, & forma eſt alterabile: & omne alterabile eſt generabile & corruptibile. &, cum hoc ita fuerit, omne compoſitum ex materia, & forma eſt non æternum: ſicque concludetur cœlos non eſſe compoſitos ex materia, & forma. Ariſto autem declarauit hanc rem. quia ex quo non eſt in cœlis transmutatio ſecundum ſubſtantiam, nec alteratio, ex quo non eſt eis ſubiectum, neq; contrarium, manifeſtum eſt de diſpoſitione eorum ꝙ ipſi ſunt ſimplices: H ſimplex autem eſt æternum neceſſario: & ꝙ inueniatur ex eis de diſpoſitione materiæ ꝙ in eis ſit potentia ad vbi tantum, & ꝙ propterea ipſi digniores ſint nominis ſubiecti, q̃ nominis materiæ. Et ex eo declaratum fuerat ei ꝙ res ſimplex non mutat ſubſtantiam ſuam, ſequitur ꝙ cęlis ſit motor appoſitus, & hic motor non habeat conſiſtentiam in cœlo. quia, ſi hoc eſſet ita, cœli non eſſent ſimplices, & eſſet in eis potentia ad receptionem formæ mouentis eos. ſi autem eſſet in eis potentia, ſequeretur ꝙ corrumperentur. & ratiocinatus eſt ſuper hoc, quia, ſi ineſſet I eis potentia, eſſet ſua poſitio, quia iam exiuiſſent in actum, hoc eſt iam fuiſſent corrupti. quod eſt falſum poſſibile: hęc enim eſt diſpoſitio potentiæ, & poſſibilitatis. igitur ex poſitione iſtius ſequitur abſonum impoſſibile, videlicet ꝙ æternum ſit corruptibile. Iam autem declaratum eſt in libro Priorum ꝙ ex falſo poſſibili non ſequitur impoſſibile. quando autem verificatum eſt ꝙ in cœlis nō ſit potentia, ſequitur ꝙ ſint ſimplices, & ꝙ motor eorum non ſit forma in eis ſecundum ꝙ inueniuntur

formę in materijs, quia eſſent generabiles, & corruptibiles: id autem, K quod eſt talis denominationis, eſt ſimplex neceſſario. Quando autem Ariſto. inuenit motum circularem motum in infinitū, incœpit perſcrutari de motore iſtius motus infiniti vtrum ſit poſſibilis, ꝙ ſi poſſet eſſe virtus in corpore, illud corpus eſſet ſimplex, vel eſſet ſubſtantia ſeparata ab omni corpore: & vidit ꝙ notū ſit ꝙ iſta actio infinita non poſſit eſſe ex virtute finita: & quod impoſſibile ſit neceſſario vt quicquam ſit ex virtute infinita, & denominetur ſecundum hanc denominationem, L quia eſt in ſubiecto: quia virtus, quę eſt forma in corpore, non denominatur per finitatem, neq; per ipſius priuationem, niſi per ſubiectum, in quo eſt, ex quo non contingit iſta denominatio qualitati, niſi propter corpus, cui contingit quantitas per ſe. & vidit ꝙ, ſi denominarentur virtutes iſtæ per priuationem finitatis propter ſubiectum ſuum, ſequetur ex hoc ꝙ eſſent ex ſubiecto infinito in actu, hoc eſt ex corpore infinito. & iam declaratum eſt impoſſibilitas entitatis corporis infiniti, & declaratum eſt ꝙ non ſit virtus, de qua M verificetur ꝙ ſit infinita ſecundum hunc modum, ex quo non eſt corpus infinitum: ſicq; manifeſtum eſt ex hoc ꝙ demonſtratio de motore abſtracto conſiſtit ſuper verificatione ꝙ infinitum in actu ſit falſum: ſicq; relinquitur ei, ſecundum ꝙ cogat diuiſio, ꝙ dicamus ei forſan hæc virtus eſt in corpore finito, ſiue hoc corpus ſit compoſitum ex materia, & forma, ſiue ſit ſimplex. Et incępit declarare ꝙ non poſſit eſſe virtus infinita, quia ſit in corpore finito. hæc enim

A enim poſitio ſibiipſi contradiceret, hoc eſt poſitio dicens virtus, quę denominatur ꝙ ſit infinita, quia ſit in ſubiecto, & poneretur ſubiectum illud finitum: & fecit de hoc ſpeciem demonſtrationis, in qua dubitaret qui non eſſet exercitatus in illa, & iam fecit illam eandem in pluribus locis naturalium auſcultationum, & hoc in principio Septimi, & Octaui Phyſic. & eſt in qua accipiat propoſitionem poſſibilem per ſe, licet ſit impoſſibilis per accidens, & coniungat illi propoſitionem, cuius deſtructionem venatur, & concludit B ex hoc impoſſibile. Et, cum hoc ita ſit, ex quo ille iam præmiſerat, & declarauerat in libro Priorum ꝙ aliquando ſequatur concluſio impoſſibilis ex illo, cuius ambæ præmiſſę ſunt poſſibiles, vel altera earum. v. g. quia iam declaratum eſt ꝙ linea, inquantum linea, diuidatur in infinitum, licet ſit impoſſibilis ipſius diuiſio per accidens, inquantum eſt linea in corpore naturali, aqua, vel igne. & ex quo declarata eſt ei hæc poſitio, ꝙ ſi poneretur corpus finitum, in quo eſſet virtus infinita, vt C ſit gratia exempli corpus cœli, iam eſſet poſſibile ꝙ poneretur corpus maius corpore cœli, licet ſit impoſſibile per accidens: deinde coniunxit, & poſuit rem notam de diſpoſitione iſtarum virtutum, quæ ſunt in corporibus, ſiue ſint virtutes corporum ſimplicium, vel compoſitorum, ꝙ virtus corporis maioris eſt maior virtute corporis minoris, ex quo hæ virtutes, quæ ſunt in corporibus, denominantur per magnum & paruum propter ſubiecta earum, in quibus ſunt, Et ex quo verificata fuerat ei hæc poſitio, poſuit corpus maius cœlo, quod eſt poſſibile ꝑ ſe, D impoſſibile per accidens, & cõcluſit ꝙ huius corpis virtus ſit maior virtute corporis minoris, qđ eſt cęlum ꝑꝑ cãm, quã diximus: quę eſt ꝑꝑ eē virtutem denominatam per quantitatem ex parte ſubiecti, ex quo verificata fuerat ei hæc poſitio, & coniunxerat ei ꝙ in corpe finito ſit potentia infinita maior virtute infinita, quę ſit in minori. hoc autem eſt impoſſibile, i. ꝙ infinitum ſit maius infinito. Quãdo aũt ſciuit ꝙ impoſſibile non ſequatur ex poſſibili, qđ poſitum fuerat in hoc ſyllogiſmo: neq; ex præmiſſa dicente ꝙ virtus, E quæ eſt ĩ corpore maiore, ſit maior virtute, quę eſt in corpore minori, ſciuit ꝙ falſitas eſſet ꝙ concludatur ex poſitione corporis finiti, in quo ſit potentia infinita. Et iſta eſt demonſtratio vera, in qua non eſt dubitandum. quia Ari. iã declarauit ꝙ in corpore finito non ſit potẽtia infinita, non ſolũ in corpore compoſito ex mã & forma, ſed ẽt in corpore ſimplici. & declaratio ſua iã nota eſt de corpe abſolute, ſiue fuerit cõpoſitũ, ſiue ſimplex. Et ſit hoc notũ de corpibus cęleſtibus, ꝙ opera eorũ F ſunt finita, & ꝙ ipſa mouentur temporibus finitis, & ꝙ quædã eorum ſunt velociora aliquibus, & quædã tardiora quibuſdã, & qñ intelligerẽtur principia, quibꝰ mouent̃ corpa cęleſtia ꝑ motorẽ propriũ eis, hoc ẽ virtus deſyderatiua animalis, videretur de diſpoſitione ſua ꝙ non poſſit eſſe virtus naturalis, quia virtus naturalis mouetur ad vbi, & eſt virtus, ad cuius eē ſequitur alteratio, & illa eſt generabilis, & corruptibilis; & virtutes, quibus mouentur cœli, nõ ſunt gñabiles neq; corruptibiles.

G cùm autem non ſint naturales, iam neceſſario ſunt animæ. Et hoc iam declaratur, quia nobiliſſimũ animatorum, quod eſt corpus cœleſte, non poteſt eſſe quin ſit animatum. Et, quia hæc anima non ſequitur alterationem, ex quo fuerat ingenerabilis, & incorruptibilis, ipſa itaque eſt abſtracta in hoc corpore ſecundum diſpoſitionem, quam dicimus de anima, quòd ſequatur alterationem, & ſit generabilis & corruptibilis. qa res, quę mouetur ex ſe, non habet motionem niſi inquantum eſt in anima, non ſecundum quòd ſunt for

H mę in materiis in corporibus compoſitis, quarum generationem præcedit alteratio. & ex quo etiam fuit per ſe notum quòd corpus maius habet virtutem velocioris motus, ſequeretur ex poſitione virtutis infinitæ in corpore finito, quòd moueretur velocius quocunque motu, adeo quòd moueretur in non tempore, quod eſt impoſſibile. Sicque demõſtrationes huius ſpeciei, cùm ponerentur ſecundum hunc modũ eſſent demonſtrationes verę: & non eſſet in eis difficultas, niſi illi, ꝗ ignorauerit id, quod declaratum eſt ex hoc in libro Priorum. Et ideo nos

I inuenimus Auẽpace, quaſi negantẽ eas, & intelligentem ex forma verborum Auicẽ. dubium in hac re. & ideo inueniuntur plures illorum, qui inſtiterunt libris eius verificantes motus infinitos, qui finirẽtur in cœlo, quod non ſequeretur ex hoc, quòd ſit hic motor abſtractus à materiis. Cauſa autem huius erroris fuit, quia poſſibile eſt apud illos ꝙ in corpore ęterno ſit res compoſita ex materia & forma. ſicq; ex eo eſt manifeſtum quòd, ſi ſit corpus cœleſte, impoſſibile ſit quin ſit in eo virtus deſyderatiua, qua mouetur ad motorem, qui eſt finis, & quòd ſit cum virtute deſyderatiua intelligens, & quòd hæc virtus deſyderatiua cum ſuo eſſe in corpore finito ſit finita, etſi eſſet ſimplex, prout diximus. Et iam declarauit hoc Ariſt. per alias demonſtrationes, de quibꝰ eſt, quòd, ex quo declaratum fuerat ei quòd hic ſint mota ex ſe, quorum quædam gignunt aliqua ex eis, & ſic in infinitum, ſicut generatur homo ex hoīe, & equus ex quo, & ſic de ſimilibus, concluſit quòd ſit hic mobile primum ex ſe, quòd ſit cau-

Opīo Auẽpace.

Cã erroris Auẽpace.

K

L ſa, qua ſunt hęc mouẽtia mota, quę ſunt infinita: quia hoc eſt poſſibile per accidens non eſſe mobile primũ per accidens: quia cauſę quę ſunt ꝑ ſe, non eſt dubium quòd aſcendunt in cauſam primam per ſe, in qua eſt vltimum, & primum, & ſequuntur ex iſto primo cauſæ infinitæ per accidens, in quibus non eſt primum, neque vltimum. Et ex quo fuit motoris huius moti quòd ſit ipſum motũ ex ſeipſo per ſe, quod eſt ex quo eſt primum, & ſic eodem modo impoſſibile eſt ipſum eſſe motum per accidens, ſicut eſt diſpoſitio motorũ

M ex ſeipſis generabilium, & corruptibilium, ex quo, quicquid mouetur ſub cœlo ex ſe habet motum ſuum ſequentem alterationem, alteratio autẽ eſt corpori aut extrinſecus, vel ab intra, ſed motum primi moti nõ ſequitur alteratio, quia extra ipſum non eſt corpus, nec ipſum eſt compoſitum ex materia, & forma potentiali ad ſubſtãtiam, ſed eſt ſimplex. & intẽdimus per ſimplex quòd non ſit in eo hyle potentialis, niſi ad vbi ſolum. Et, cum motus eius ſit continuus

A nuus, & ipſum ſit in ſe finitum, motum per formam, quæ eſt in eo, quę eſt aïa deſyderatiua, & fuerit corpus cœleſte aïatum, & oẽ aïatũ mouet̃ ad amatum per deſyderiũ exiſtens in eo & oẽ corpus fuerit finitæ virtutis, ſicq; eſt manifeſtum ꝙ, ſi virtus deſyderij eſſet in hoc corpe, inquantum eſt, ſolum eſſet finitę motionis, & eſt manifeſtum ꝙ ipſum acquiſierit continuationem motus ꝑ motorem, ad quem finitur motus. Et ex hoc eſt declaratũ de re huius motus ꝙ ipſe ſit intellectus abſtractus à materia, & ꝙ cœli non mouentur, niſi ſecundum ꝙ intelligunt ipſum.

B Si autem imaginaretur aliquod corpus cœleſte, in quo ſit virtus infinita, eſſet motus totius, & partis idem, & finiretur quicquid eſt hic de motibus ab illis, & eſſet vnus motus ſine tempore. & hoc eſt diſpoſitio ſermonis Ariſtot. Et, ſi eſſent in corpore ſtellato ſtellæ plures ijs, quę ſunt, ſtaret corpus, quia potentia eius eſt finita ſupra id, quod mouet. &, ſi ſtaret motus, non poſſet primus motor facere acquirere ei continuitatẽ motus vltra deperditionem, & eſſet motus eius corruptibilis. ſi autẽ corrum-

C peretur eius motus, corrumperetur ipſum per quietem, & corrumperentur omnia entia, quorum eſſe eſt in motu. Laudetur Deus ille, qui prouidit huic mundo per inuentionem huius corporis mobilis, quod eſt finiti motus ſecundum aliquam partem, & infiniti ſecundum aliquam partem. Ex quo autem motum primum ex ſe non finitur motus eius, neq; mouetur per accidẽs, quia motor in eo ſm modũ agentis eſt motor ſm modum finis, manifeſtũ eſt ꝙ eius primus motor ſit vnꝰ, & ſimplex, & intranſmutabilis, quia mouet continuo. & manifeſtum eſt ꝙ motum primum ſit vnum ſimplex, ex quo non mouetur per accidens. quia, ſi ipſum eſſet compoſitum ex forma, & materia, eſſet mobile per accidens. Et, cùm hoc ita ſit, manifeſtũ eſt ꝙ ſit hic motor primus ſimplex intranſmutabilis, qui eſt neceſſario abſtractus à materiis. & manifeſtum eſt ꝙ hoc ſit motum ab illo primum ſimplex, quod eſt cœlum. & hoc eſt, cuius declarationem intẽdebamus. & iam Ariſtot. declarauit hanc rem. Ex quo, quando fuerit cõ- D

poſitum ex duobus oppoſitis, & inuenitur vnum eorũ ſeparatum ſm eſſe, ſicut etiam alterum inuenitur ſeparatum ſecundum eſſe, exempli gratia, ſi inueniretur res mota mouens, & vltra inueniretur res mota non mouens, ſic manifeſtum eſt ꝙ ſequatur ex hoc ꝙ inueniat̃ res mouens non mota, omnino ſeparata ſecundum eſſe. verbi gratia, quando inuenitur color compoſitus ex albedine, & nigredine, vt ſi diceres rubeum, & vltra inuenitur nigredo ꝑ ſe, ſic eſt neceſſarium vt inueniatur albedo per ſe ſeparata à rubeo. Ac E

iterum, quia, vt ait Ariſto. principiũ oportet eſſe, quod præcedat naturaliter id, cuius eſt principium. quia, ſi indigeret hoc, non eſſet prius natura, quia prius natura eſt quod, quãdo aufertur, auferẗ id, quo eſt prius, & quando hoc ita fuerit, forma conſtans in materia non eſt prior natura, q̃ materia, ſicq; non eſt verum ꝙ principium ſit compoſitum ex forma, & materia. & iterum omne compoſitum eſt in potentia ſimplex, in nullo autem æterno eſt potentia vt diſſoluatur. Hę itaq; ſunt demonſtrationes, F

G ſtrationes,quibus vſus eſt Ariſt.ſm
hanc quantitatem,& ſunt tutę,& ve
ræ,vt cerno. Complaceat ſibi Deus
in nobis de eo , quod ſcripſimus in
hoc quęſito,quod eſt nobiliſſimum
quęſitum , & maxime in quo erra-
uerunt philoſophi. Hoc autẽ actũ
ẽ in Marrochia anno. D LXXIIII.
ad computum innouatoris legis, id
eſt maumethi.

*Quæſitum quo oſtendit, quomodo corpora cæleſtia,cum ſint finita,& poſſibilia ex ſe, acquirant ab alio æternitatem. Cap. 7.*

H
EX quo declaratum eſt
de re corporũ cęleſtiũ
motorum motu circu-
lari , ꝙ eorũ motus nõ
defecerit, neq; defectu-
rus ſit,& declaratũ eſt ꝙ oẽ motũ ha
beat mouẽs , oportet ꝙ mouẽs hæc
corpa ſit potentia,vel potentię,qua-
rum conſiſtentia non ſit in corpo-
re,ex quo ſunt impartibiles ad parti
tionem corporis illarum. Et manife
ſtũ fuit quòd ſunt impartibiles ad
partitionem corporũ earum , quia
virtus corporis minoris earũ, & cor-
I poris maioris ſunt æquales in mobi
litate nõ deficiente. Si autem eſſent
partibiles ad partitionem corporis
earum,in quo ſunt , ſequeretur ne
ceſſario ꝙ virtus corporis minoris ,
vt ſi dixiſſem virtutem mouentem
orbem minorem , moueret breuio-
ri tempore q̃ virtus mouẽs orbẽ ſtel
latum . quia iam eſt manifeſtum ꝙ
virtus partis corporum , quorũ vir-
tutes partiuntur ad partitionem eo
rum,ſit minor virtute totius. & hæc
demonſtratio continet virtutem a-
gentem , & patientem , quæ ſunt in
omni corpore, ſicut exquiſitum eſt K
Primo Cœli, & mundi. Et, ſi res ita
ſe habet,iam omnis virtus in corpo-
re , agens vel patiens, eſt neceſſario
finita:ex quo virtus totius in eis eſt
maior virtute partis,& virtus maio-
ris eorum eſt maior virtute mino-
ris .res aũt ita eſt, ſi in corporibus cę
leſtibus ſit virtus recipiens,& agens
in aliud neceſſario eſt finita. hoc au
tem ſic exiſtente iam poſſibilia eſſẽt
ſm eorum naturam . Si aũt hoc ita
eſſet , tunc eſſet aliquod ęternũ poſ-
ſibilis corruptionis iam aũt oſtenſa
eſt huius impoſſibilitas Primo Cœ-
li.quia,ſi hoc eſſet poſſibile,iam poſ L
ſibile eſſet ꝙ conuertatur poſſibile ĩ
neceſſarium. & , ſi dixerimus ꝙ non
haberent poſſibilitatem corruptio-
nis,iam non haberent virtutes rece-
ptrices,nec agentes finitas; quod eſt
impoſſibile,cum ſint corpora finita.
cum autem eſt commõſtratum ꝙ
earum virtutes receptrices, & agen-
tes ſunt finitæ, ex eo quod contingit
eis de vehementia motus,& eius tar
ditate, & virtute agentis in aliud ab
eis , & eius debilitate. intendo autẽ
per virtutem agẽtis id, quod eſt ma
ius in cęlo,v.g. in ſua calefactione,
& per agẽs minus , ſicut ẽ calefactio M
aliarum ſtellarum. Et dicimus ꝙ
virtutes corporeę recipientes, & agẽ
tes., quędã ſunt neceſſario ſm natu
ras ſuas finitę , quæ ſunt in potentia
materię primę , & non eſt poſſibile
eis ꝙ ſint infinitę , hoc eſt ꝙ ſint de
natura neceſſarij , neque ex natura
ſua,neq; ex alio ab eis , vel ſine me-
dio, vel mediantibus potentiis aliis
inuentis in materia. & hoc eſt,quia
iſtarum potentiarũ agentes hñt cõ-
traria,& patientes ſunt cõiunctę for-
mis,quibus ſunt contraria,ſiue fue-
rint

A ſint iſtæ ſimplices, ſicut sũt quatuor elementa, ſiue fuerint compoſitæ ex elementis: & quædã earũ ſunt, quæ ſunt finitæ ſm naturam ſuã, ſed redditæ ſunt infinitæ, & translatæ fuerunt à nã poſſibilis in naturã neceſſarij, quia eſt ſm ſuam naturam infinitum agens, & neceſſarium, & ſunt potentiæ, quæ non ſunt in corporibus, & iſtę ſunt, quibus non ſunt cõtraria, neq; ſunt in materia mediantibus formis, quibus ſunt contraria. Et, niſi hoc eſſet, cogeret nos dubiũ præcedens, & eſt ſermo dicentis qũo erit æternum id, in quo eſt potentia poſſibilitatis, & eſſet aliquod poſſi-
B bile non exiens in actum toto tẽpore. Hoc aũt eſt falſum, quia potentia poſſibilitatis in hoc loco, quã comprehendit hic intells in nã eaꝝ, cõprehẽdit eã, poſtq̃ ipſam denudauerit à potentijs nõ poſſibilibus ſm naturam. denudatio autem illaꝝ ab illis eſt falſa. & põ illi⁹ poſs ẽt ſm ſuã nãm eſt falſa. & hoc, quia ſemita intells eſt ꝙ denudet naturas, quæ non fuerint denudatę à ſeinuicẽ, & ſcrutetur conſequentia illas naturas eſsẽtialiter, & iudicet de eis, ſm ꝙ fuerũt
C denudatæ, iudicio quodam. qñ aũt conſyderaret eas ſm ꝙ ſunt compoſitæ, & ſuæ conditionis ſit ꝙ non ſeparantur, iudicaſſet de falſitate illi⁹ iudicij de eis. Ver. g. quod facit Geometra. ipſe. n. qñ denudauit ſuperficiem æqualem, & circularem à materia, iudicaret ꝙ vtamur eis ſm rẽ indiuiſibilem. quando autem Phyſicus perſcrutatus eſſet hoc, declararet eius falſitatem, ex quo oĩa duo corpora, quæ tangerentur à corporibus naturalibus, oporteret quòd vnum tangeret aliud ſecundum partem diuiſibilem. Et ſimiliter, quando perſcrutatus fuerit intellectus de D virtutibus finitis, quibus nõ ſunt cõtraria, decernet earum natura apud ipſum ꝙ ſuæ actiones, & paſſiones ſunt finitæ: &, quando perſcrutatus eſſet de ijs, ſecundum ꝙ non ſit poſſibile eis ꝙ ſeparentur ab infinito agẽte ſecundum earum ſubſtantiã, fuiſſet apud ipſum falſum ꝙ ſit in eis potentia ad poſſibilitatem, ſecundũ ꝙ ſunt conſiſtentes in rebus non poſſibilibus, ſed neceſſarijs ſecundũ ſubſtantiam earum. Et, quando hoc fuerit intellectum ſecundum hoc, diſſolueretur dubium præcedens, & foret verum, quod dicit Alexan. E de regiminibus orbium, quod eſt hoc, ſcilicet ſi impoſſibile eſſet quòd ſit corpus infinitum, iam omne corpus eſſet finitum. &, ſi omne corpus eſſet finitum, haberet virtutem finitam. ex quo autem cœli ſunt corpus finitum, ſequitur quòd eorum virtus ſit finita. ſi autem eſſet finita, aliqua die quieſceret. quando autem quieſceret deſtrueretur. ſi autem totum hoc eſſet, iam rediremus, & diceremus quòd primorum corporum continuatio eſſet propter cauſam primam, & continua- F tio corporum tranſmutabilium propter corpora prima conſiſtentia propter primam cauſam. Et fuiſſet etiam ſermo Auicen. verus, videlicet quòd res neceſſarię ſint duarum partium neceſſariæ ex ſua ſubſtantia. eſt autem neceſſarium ex ſua ſubſtantia illud, quod dicitur neceſſariæ entitatis ſecundum ſuam formam, & quædam ſunt neceſſariæ ex alio ab eis, poſſibiles ex ſubſtantia ſua. hoc eſt dictum ſecundum conſyderationem ſuæ ſubſtantiæ, non quòd eis penitus ſit poſſibilitas,

G tas, & hæ ſunt, de quibus dicitur, quod earum natura conuertatur ex poſſibili in neceſſarium apud intellectum, ſed non in eſſe, & impoſſibilis eſt ipſius translatio ad eſſe. Ac ẽt animæ corporum cœleſtium non ſunt aliquid vltra virtutes comprehendentes formas ſpirituales denudatas à materia, & quando intellectus ſcrutatus fuerit has virtutes, & denudauerit eas à formis ſpiritualibus, inueniet eas de natura poſſibilis. quando autem eas ſcrutatus eẽt ſm ꝙ impoſſibile eſt vt denudentur à formis ſpiritualibus, inueniet eas
H de natura neceſſarij ſm aliud ab eis. quia, ſi ipſę eſſent neceſſariæ ſm ſuã ſubſtantiam, ſicut de eis crediderũt Aldaharij, non eſſent de natura poſſibilis ſm ſuam ſubſtãtiam. iam autem conſtitit demõſtratio ꝙ ſint de natura poſſibilis ſm ſuam ſubſtantiam, quãdo eas intellectus denudauerit à natura neceſſarij ſecundum ſuam ſubſtantiam, quæ ſunt formæ ſpirituales, quia ipſæ ſunt corpora finita, ſed nõ ſunt compoſita ex forma & materia, ſm quod ſua forma conſiſteret in materia. quia talia ſũt
I poſſibilia ex ſua ſubſtantia, non neceſſaria ex alio ab eis. Et ſm hoc eſt diſpoſitio cauſę cum cauſato & hoc eſt, quia omne cauſatum, quãdo ipſum ſpeculatus fuerit intellectus, iudicabit ipſum eſſe poſſibile ex ſua ſubſtantia. &, ſi eſſet cauſatum à cauſa æterna, eſſet omnimode neceſſarium per aliud ab eo. ſi autem eſſet cauſatum à cauſa poſſibili, impoſſibile eſſet ipſum eſſe neceſſarium per K
aliud ab eo. poſſibile autem ſimpliciter eſt oppoſitum neceſſario ſimpliciter, & natura medij inter illa eſt poſſibilis ex ſua ſubſtantia neceſſaria ex alio ab ea. ſic itaq; eſt iudiciũ verum apud intellectum in eius cõprehenſione harum potentiarum. Et ſecundum hoc exponetur ſermo Prophetæ in Alchorano, quando dicitur, omnis res eſt corruptibilis ꝑter faciem eius. Et ex eo, quod manifeſtatum eſt in hoc ſermone, diſſoluetur quæſtio Ioannis contra Peripateticos de æternitate mundi. quia (Diſſolutio qõnis Ioannis.)
ille ait iam oſtendit Ariſtoteles ꝙ omne corpus ſit finitũ, & ꝙ cuiuſq; finiti virtus ſit finita, ergo non verificaret de mundo ꝙ ſit ęternus. quia impoſſibile eſt ꝙ illud, cui non eſt virtus infinita, ſit virtutis infinitæ, niſi poſſe eẽt ꝙ poſſe cõuertatur in neceſſarium. Latuit aũt eũ ꝙ virtutes finitæ ſunt duarum ſpecierum Virtus, cui ab eius initio eſt poſſibile ꝙ recipiat neceſſitatem ab alio ab eo, & non auferatur neceſſarium, quia poſſibile eſt æternum eſſe neceſſarium, ſicut dixit Ariſtoteles octauo Phyſicarum auſcultationum. Et vir- L
tus, de qua eſt impoſſibile ꝙ recipiat neceſſitatem ab alio ab ea. & ſimiliter, neq; in particulari, vel in vniuerſalibus ſuis, vel ſuis generibus. M

*Sermonis de ſubſtantia orbis finis.*

AVER-

# AVERROIS

## DESTRVCTIO DESTRVCTIONVM PHILOSOPHIÆ ALGAZELIS.

## Calo Calonymos Hebræo interprete:

*Adiunctis multis Diſputationibus, ac etiam dubijs AlgaZelis, quæ prius apud Latinos minime reperiebantur.*

### PROLOGVS AVERROIS.

INtentio noſtra in hoc ſermone eſt declarare B
ordinē, & apparentiam opinionum ſermonū poſitorū ī libro Deſtructionis Philoſophię Algazelis, & diminutionē plurimorū dictorū eius à gradu veritatis, & demonſtrationis.

### DISPVTATIO I.

### De narratione rationum Philoſophorum, circa antiquitatem mundi, & earum deſtructionibus.

ALGAZEL.

C AIt Algazel, recitās rationes Philoſophorū de Antiqtate mundi Sufficit aūt nobis narrare ex rōnibus eorū id, qđ eſt conueniens aīæ. Et dicimus ꝙ hic modus rationis eſt triplex. Primus quidem, cum dicunt impoſſibile eſt vt proueniat innouatum ab antiquo abſoluto. nam, cum poſuerimus ꝙ ab antiquo non prouenerit mundus exempli gratia, deinde prouenit, tunc nō proueniebat antea, qm̃ non fuit ad eſſe ipſius aliquid inclinās. Et, ſi eſſe mundi ab eo fuit poſ'e poſſibilitate
abſoluta, tunc, cū ꝓductus fuit, non E
euadet quin innouatum ſit quoddā inclinans, aut nō. ſi nō fuit quoddā innouatū inclinās, ergo mundus remāſit in poſſibilitate abſoluta, vt fuerat antea. ſi vero innouatum fuit inclinans, permutabitur quidē ſermo de hoc inclinante. quare nunc inclinauit, & non antea. & ſic aut ꝓcedet in infinitum, aut deuenietur ad aliquod inclinans, quod nunquam defecit eſſe inclinans.

AVERROES.

AIt Auer. Iſte ſermo eſt ſermo in ſupremo gradu graduū to-
picæ, & non peruenit ad demonſtra- F
tionem. quoniā propoſitiones eius ſunt generales: & generales ſunt ꝓximæ communibus: propoſitiones vero demonſtratiuæ ſunt ex per ſe dictis, & appropriatis. Nam nomen poſ'is dr̄ æquoce de poſ'i vt plurimū, & poſſibili vt raro, & poſſibili æqualiter: & nō vr̄ neceſſitas inclinātis in eis eſſe eodē mō. poſſibile. n. vt plurimum bene exiſtimatur ꝙ inclinetur ex ſeipſo, non autem ex inclināte ab extra in oppoſitum quidē poſſibilis æqualiter Sic etiam & poſſibilitas

G litas aliqua eſt in agente,& eſt poſſibilitas agendi: & aliqua eſt in patiẽte,& eſt poſſibilitas recipiendi. Et nõ videtur neceſſitas inclinantis; eſſe in eis eodem modo. Nam poſſibilitas, quæ eſt in patiente,apparet in ea neceſſitas inclinãtis ab extra.apprehenditur.n.ſenſu in rebus artificialibus, & multis ex rebus naturalibus.eſt tñ dubium in rebus naturalibus. nam multæ ex rebus naturalibus eſt principium mutationis earum ex eis. & ideo exiſtimatur in plurimis earum ꝙ motor ſit motum: & non eſt notum per ſe ꝙ oẽ motum habeat motorem,& ꝙ non ſit hic res, quæ moueat ſeipſam. nam hoc totum indiget declaratione: & ideo perſcrutati ſunt de eo Antiqui. Poſſibilitas vero, quæ eſt in agente exiſtimatur in plurimis eius ꝙ non indigeat in exitu eius in actum inclinãte ab extra. nam permutatio agentis ex non agendo ad agendum exiſtimatur in plurimis eius ꝙ non ſit mutatio indigens mutãte:ſicut ꝑmutatio Geometrę ex non geometrizando ad geometrizandũ, & permutatio docentis ex non docendo ad docendũ. Sic etiam & mutatio, quę dr̃ indigere mutãte,aliqua eſt, quę eſt in ſubſtantia,& aliqua in qualitate,& aliqua in quantitate, & aliqua in vbi. Et Antiquum ẽt aliquod dr̃ de antiquo ex ſe, & aliquod de antiquo ex alio apud multos. Vlterius mutationes,aliquę earum apud aliquos permittuntur de antiquo,vt poſſibilitas ꝙ ſit voluntas innouata, in antiquo apud Carneos,& poſſibilitas generationis,& corruptionis in materia prima apud Antiquos,& tñ ẽ antiqua. Sic ẽt & intellecta dicuntur de intellectu,qui eſt in potẽtia, & tñ eſt antiquus apud plurimos eorum. & sũt aliqui eorũ, apud quos non permittitur, & pręcipue apud quoſdam Antiquos eorum,& non apud alios. Similiter & agens aliquod eſt, quod agit voluntarie,aliquod vero naturaliter:& non eſt quidẽ qualitas emanationis actionis poſsibilis ex eis eadem,ſ.circa neceſsitatem inclinãtis. Et quis ſcit an ſit hæc diuiſio agentium ſufficiens? aut inducet demonſtratio ad agens,quod non aſsimilatur agenti naturaliter,neq; agẽti volũtarie,quod nobis apparet. Omnia iſta ſunt quæſita magna, & excelſa: & vnumquodq; eorum indiget ſpeculatione ſeparatim, & cum eo, qd^r dixerint Antiqui de eo. Aſſumere aũt vnum loco multorum quęſitorum eſt locus famoſus locorum fallentiũ turpiũ: & error in vno horum principiorum eſt cã erroris maximi circa ſpeculationem de entibus.

G H I K L M (marginal letters)

ALGAZEL.

A It Alga. Dubitatio autem eſt dupliciter. Primo quidem,vt dicatur eis,quare negatis id, quod dicitur,ꝙ mundus fuerit productus voluntate antiqua, quę determinauerat eſſe eius,& ꝙ procederet priuatio vſq; ad finem, ad quem peruenit, & ꝙ inciperet eſse ab eo, in quo incœpit,& eſſe antea non fuit de voluntate eius, & ideo non fuit productus: attamẽ in hora,qua productus fuit, fuit de voluntate eius, voluntate tamen antiqua,& ideo innouatus fuit? Quid ergo prohibet hanc opinionẽ, & quid eam falſam reddit?

AVERROES.

A It Auer. Iſte ſermo eſt fallax. quoniam cum impoſsibile ſit ei dicere poſſibilitatem retardationis eſſe acti actioni id agentis,& deliberantis

A berãtis actionē ipſam, cùm fuerit a-
gens eligens, dixi poſſibilitatem re
tardationis eius prouenire à volun-
tate agentis. retardatio autē acti ex
volūtate agentis bene poſſibilis eſt,
ſed retardatio eius actioni agētis eſt
impoſſibilis, & ſic retardatio actio-
nis ex deliberatione ad agēdum in
agente voluntario. Attamen dubi-
tatio remanet, prout eſt. nam de ne
ceſſitate eueniet ei vna duarum re-
rum, aut ꝙ actio agentis non cau-
ſabit in agente mutationem, ex qua
ſequitur vt ſit ei mutās ab extra. ſeu
ꝙ ex mutationibus aliqua ē de ſub-
ſtātia mutati abſq; indigentia mu-
B tantis, aut quòd reperitur aliqua mu-
tatio, quæ bene poteſt euenire anti-
quo abſque mutante. Nam id, ex
quo manutenetur cōtrouerſia hic,
ſunt duo. quorum Vnū eſt, ꝙ actio
agētis ſequitur ex ea neceſſario mu-
tatio, & omne mutatum habet mu
tantem. Secundum vero, ꝙ antiquū
non mutatur mutatione aliqua. &
hoc totum eſt difficilis declaratio-
nis. Et ꝙ nō poteſt ſe ſaluare ab eo
ſecta aſſaria eſt ponere agēs primū,
ſeu actionem primam, quoniā im-
poſſibile eſt eis ponere ꝙ diſpoſitio
C agētis circa actum, quod innouatur,
ſit hora actionis diſpoſitio eius ho-
ra priuationis actionis. & ibi procul
dubio eſt aliqua diſpoſitio, quæ in-
nouatur, & proportio, quæ nō fue-
rat: & hæc neceſſario, ſeu in agen-
te, ſeu in patiente, ſeu in vtroq;. Et,
cū ſic fuerit, tunc illa diſpoſitio, quę
innouatur, cùm de neceſſitate om-
ne innouatum ſit ei agens, erit pro-
culdubio agēs eius, aut aliud agēs,
& ſic nō erit hoc agens, primū agēs,
& non erit ſufficiens in agendo ipm
ſolum, ſed cum alio. aut agēs illius
D diſpoſitionis, quæ eſt conditio re-
quiſita in agendo, eſt ipſummet. &
non erit hæc actio, quæ poſita eſt,
emanata ab eo prima, ſed erit actio
eius, propter illam diſpoſitionē, quę
requiritur in agente, antequā agat
actum. & hoc ſequitur neceſſario vt
vides. Niſi dixerit aliquis abuſiue,
quòd ſunt aliquæ diſpoſitiones, ꝗ
fiunt in agentibus, non indigentes
quidē mutante. & hoc profecto eſt
abſurdum, niſi apud permittētes ꝙ
ſunt hic aliqua, quę fiunt ex ſe: & ē
ſermo primorum ex Antiquis, qui
negauerunt agens. & eſt ſermo, cu-
ius falſitas eſt manifeſta ex ſeipſa.
E Attamen in hac dubitatione eſt cō-
fuſio. nam, cum dicimus voluntatē
æternam, & voluntatem innouatā,
dicuntur, æquiuoce. & etiam in cō-
trarietate. nam voluntas, quę nobis
apparet, eſt potentia, in qua eſt poſ-
ſibilitas agendi vnum duorum op-
poſitorum ęqualiter, & poſſibilitas
recipiendi vnum duorum volitorū
æqualiter, cum voluntas ſit deſyde-
riū agentis ad actionem. &, cum eā
egerit, defecit deſyderium, & per-
uenit volitum. & hoc quidem deſy-
derium & actio alligatur duobus op-
F poſitis æqualiter: ſed, cùm dicitur
quòd hic ſit volens vnum duorum
oppoſitorum ęternum, aufertur de-
finitio voluntatis propter permu-
tationem naturæ eius à poſſibilitate
ad neceſſitatem. &, cùm dicitur vo-
luntas ęterna, non aufertur volun-
tas apud peruentionem rei volitæ.
&, cùm non fuerit ei principium,
non fuit innouata ab eo hora in per
uentione rei volitæ. & non poteſt
innui talis eſſe, niſi dicatur ꝙ demō
ſtratio perducat ad inuentionem a-
gentis ſecundū potētiam, ꝗ non eſt.

G nec volũtaria, nec naturalis, ſed lex
appellat eam voluntatem, ſicut per-
ducit demonſtratio ad res, quę exi-
ſtimantur primo aſpectu eſſe oppo-
ſita, & tamen non ſunt oppoſita, vt
dicimus de ente, quod non eſt infra
mundum, nec extra eum.

ALGAZEL.

AIt Alga. reſpondens pro Philo
ſophis. Si autẽ dixerit aliquis
hoc falſum eſſe manifeſta falſitate:
quoniam innouatum habet efficien
tẽ, & cauſantem, ſicut eſt falſum in-
nouatũ eſſe abſq; efficiente, & cau-
ſante, ſic etiam eſt falſum eſſe aliqđ
H efficiens cum complemẽto ſuarum
conditionum, ad hoc vt ſit efficiens,
& cauſans, ac fundamẽtum, adeo ꝙ
non remãſit ex eis aliquid omnino,
deinde retardatur ab eo cauſatum.
ſed eſſe cauſati apud verificationem
cauſantis cum complemento ſuarũ
cõditionum eſt neceſſarium, & eius
tardatio eſt falſa, ſicut eſt falſum eſſe
innouatum cauſatum abſq; cauſan-
te. Et ante eſſe mundi erat volens re-
pertum, & voluntas reperta, & pro-
portio eiꝰ ad volitũ reperta, & nõ eſt
innouatum volens, nec volũtas, nec
fuit innouata voluntati proportio,
I quæ ante nõ fuerat. nam totum hoc
eſt mutatio. ergo quomodo innoua
tum eſt volitum? & quid prohibuit
quin ſit innouatũ antea? & diſpoſi-
tio innouationis non ſeparata eſt à
diſpoſitione priuationis innouatio-
nis in aliqua rerũ, nec in aliqua di-
ſpoſitionum, nec hora horarũ, nec
proportione proportionum, ſed om
nia eadem, ſicut fuerãt antea, & ad-
huc non fuit eſſe rei volitæ, reman-
ſerunt prout fuerant, & tamen repe-
ritur volitum, ergo non eſt hoc niſi
vltimitas inſaniæ.

AVERROES. K

AIt Auer. Hoc eſt manifeſtum
in vltimitate manifeſtationis,
niſi apud negantem aliquam pro-
poſitionum poſitarum ſuperius ſed
Alga. ſe permutauit ab hoc ad exem
plum poſitiuum. & inuoluit cũ eo
hanc reſponſionẽ Philoſophorum.
& hoc eſt, quod dixit.

ALGAZEL.

AIt Alga. Et non eſt falſitas hu-
ius generis in cauſato, & cau-
ſante neceſſario, & per ſe tãtum, ſed
etiam accidẽtali poſitiuo. nã, ſi ho-
mo dixerit repudiare vxorem, & nõ L
peruenerit repudiũ, ſtatim non ima-
ginatur ꝙ adhuc perueniet: quo-
niam poſuit ſermonem cauſam iu-
dicij poſitione, & deliberatiue: & nõ
intelligitur retardari cauſatum, niſi
dependeat repudium in aduentu pa
tris, aut in introitu in domũ. & non
erit ſtatim, ſed cum aduentu patris,
& in introitu in domum. & ſuperſe-
debit peruentio cauſati vſq; ad inuẽ
tionẽ eius, quod nõ inuenitur nũc.
& non peruenit res, niſi iam innoua
ta fuerit diſpoſitio, & eſt ingreſſus in
domum, aut aduentus patris, adeo
ꝙ, ſi voluerit aliquis aſſumere cauſa M
tum à loquela circa peruentionem
eius, quod non peruenit, non in-
telligitur, licet ipſemet ſit ponens &
eligens expreſſe poſitionem. &, cùm
hæc poſitio non fuerit intellecta, &
eam non intelligimus, quomodo in
telligemus hoc in cauſatis eſſentiali
bus intellectualibus neceſſariis? In
conſuetudinibus autem id, quod eſt
in intentione noſtra, nõ retardatur
ab intentione cum præſentia inten-
tionis ad id, niſi propter prohibens.
ſi autẽ verificabitur intentio, & poſ-
ſe, & auferuntur prohibentia, non
intelli-

A intelligitur retardari ei eſſe intenti˜. & hoc quidem imaginatur in deliberatione . quoniam deliberatio nõ ſufficit ad hoc, vt ſit actio, ſed delibe ratio ad ſcribendum nũquam faciet ſcripturam, niſi innouetur intentio reperta in homine, cũ venerit hora actionis. Si aũt fuerit voluntas antiqua, vt eſt intentio noſtra ad actionẽ, non poteſt imaginari retardari intentum, niſi propter prohibẽs, nec imaginari præceſſionem intentionis, nam nõ intelligitur intentio in die ad ſurgendum in mane, niſi per viam deliberationis. Si autem fuerit voluntas antiqua, vt eſt delibera- B tio noſtra, hoc quidẽ non ſufficit in aduentu deliberati, ſed impoſſibile eſt abſq; innouatione emanationis intentionis apud inuẽtionẽ. & in eo eſt ſermo de mutatione. Iterum remanet dubitatio. quare hæc emanatio, aut intentio, aut electio, aut volũtas (appella eam vt vis) innouatur nũc, & non antea. & ſic aut inuenietur innouatum abſq; cauſa, aut procedet in infinitum. & reuertitur ſermo ad id, quod reperitur cauſans cũ complemento ſuarum conditionũ. & non remanſit aliquid demonſtra- C tum tale, & tamen retardatur cauſatum, & erit abſq; diſpoſitione innouata: quod eſt falſum.

AVERROES.

Ait Auer. Hæc exemplificatio eſt poſitiua de repudio. & exiſtimauit cum ea roborare rationes Philoſophorum : eas tamen debilitat. nã ſecta Aſaria poteſt dicere ꝙ, ſicut retardatur repudium loquelæ vſq; ad aduentum conditionis, cùm fuerit mane, aut aliud, ſic retardatur eſſe mundi in actione Dei vſq; ad tẽpus inuẽtionis cõditionis, à quo dependet. & eſt hora, qua intendit eſſe D eius. Attamen non eſt ſic in materialibus, ſicut eſt in intellectualibus. qui autem aſſimilat hunc mundum materialem intellectuali, eſt ex eis, qui ſequuntur cortices rerum.

ALGAZEL.

Ait Alga. Non eſt neceſſe apud iuſſum, & nõ eſt apud aduentum conditionis retardantis iuſſui mandantis. quoniam nõ erit iuſſus abſq; eo, ꝙ copuletur ei actio mandantis, & non eſt proportio intellecti ex eo, quod aſſumitur à natura in hac intelligentia à ſubiecto ſibi conuenienti. Deinde dixit Alga. reſpon- E dens quidem pro ſecta Aſaria. & reſponſio eſt, vt dicatur falſum eſſe voluntatem antiquam dependere ab innouatione rei, quicquid ſit, &cę. vſque ad, & inconueniens abſolutũ non ſufficit abſq; demonſtratione.

AVERROES.

Ait Auer. Hic ſermo eſt ex ſermonibus nimium rethoricis. & vis eius eſt ꝙ, cũ poſuerit aliquis quòd, cùm ſit agens cum omnibus ſuis cõditionibus, impoſſibile eſt vt retardetur ei actum, nõ euadet quin ponat hoc ſciri aut rõne, aut quia ẽ ex rebus ꝑ ſe notis. ſi aũt rõne, oportet quidẽ eũ, vt eã afferat: & tñ nulla F eſt ibi rõ. ſi vero poſuerit hoc tanq̃ per ſe notũ, oportet vt id ſciant oẽs hoĩes diſputantes, & alij. & hoc non eſt verum: quoniam non eſt de conditione requiſita in rebus per ſe notis, vt ſciant eas oẽs hoĩes: nam hoc nõ eſt magis q̃ eſſe famoſum : ſicut non eſt neceſſe ei, quod eſt famoſum, vt ſit per ſe notum.

ALGAZEL.

Deinde dixit Alga. tanq̃ reſpondẽs pro ſecta Aſaria. Nos au-

G tem de neceſſitate intellectus ſcimus ꝙ non imaginatur cauſans cum cõplemento ſuarum conditionũ abſq; cauſato. & permittere hoc eſt dominatio ex neceſſitate intellectus, &c. vſque ad, non ſciebat aurem ſuam om no.

AVERROES.

AIt Auer. Summa huius ſermonis eſt ꝙ, ipſi non ponunt poſſibilitatem contrarij eius, quod videtur de neceſſitate impoſſibilitatis retardationis acti actioni agentis abuſiue, & abſque ratione perducente eos ad hoc, ſed poſuerunt hoc ex de-H monſtratione, quæ perduxit eos ad innouationem mundi. ſicut nõ ponunt Philoſophi contradictionẽ neceſſitatis intellectionis ſciti cum numeratione ſcientiæ, & ſciti, eò quòd vniuntur in Deo glor. niſi per viam demonſtrationis, quam exiſtimauerunt adduxiſſe eos ad hoc in ęterno ipſo, & eo magis eum, qui poſuit ex Philoſophis cõtradictionem neceſſitatis eius, ꝙ ſciens ſit ſeipſum, & non ſcit opus ſuum, cum dixerit in Deo glo. quòd non ſcit, niſi ſeipm. Attamen hic ſermo, cùm inſpicitur, eſt de genere oppoſitionis corrupti I corrupto. nam omne ſcitum ſcientia vera, & vniuerſali in omnibus entibus, non reperitur demonſtratio, quę contradicat ei. & omne, cui reperitur demonſtratio cõtradicẽs, reputatur quidem eſſe verum, non quòd ſit verum in rei veritate. Et ideo, ſi fuerit notum per ſe vere eſſe numeratam ſciam &, ſcitum in apparenti, & in occulto, nos profecto ſententiabimus quòd non eſt demonſtratio apud Philoſophos eſſe eandem, & in Deo glo. ſi vero ſermo de numeratione ſcientiæ, & ſciti eſt opinio, bene poſſibile erit de identi-K tate eorum apud Philoſophos eſſe demonſtrationem. & ſimiliter, ſi fuerit per ſe notum ꝙ non retardatur actum agentis actioni eius, & poſuerit cõtrarium huius ſecta Aſſaria ex eo, quòd apud eos in hoc eſt demõſtratio, nos quidem ſciemus ſententia inciſiua quòd nõ eſt apud eos in hoc demonſtratio. Et hoc quidem, & ſimilia, quando euenerit eis diſputatio, reuertitur res ad conſyderationem creationis cõuenientis, quę non ſit nutrita in opinione, & exiſtimatione. quandoquidem id imaginatus eſt ille cum ſignis, & conditio-L nibus, quibus diſtinguitur inter veritatem, & exiſtimationem in libris Logicę: ſicut eſt, cùm commoti fuerint duo in vno ſermone, & vnus q̃dẽ eorũ dicit, ꝙ ſit verſus, reliquus vero ꝙ non ſit verſus: non reuertitur iudicium in eo, niſi ad creationẽ perfectã: quę quidem diſcernit verſum à nõ verſu, & ad ſcientiam verſuum. & ſicut ille, qui apprehendit verſum, non prohibetur ei, quin neget eum negans, ſic etiam eſt in eo, quod eſt verum apud vnum hominem, non prohibetur ei, quin neget id negãs. Iſti autem ſermones oẽs ſunt in vltimitate mollitiei, & debi-M litatis, oportebat tamen eum, vt nõ inuoluiſſet hunc ſuũ librum his ſermonibus, ſi fuerat intẽtio eius in eo loqui cum hominibus priuatis. Et, qm̃ cõſequentia, quę adduxit in hac ſua diſputatione, ſũt extranea, & extra diſputationem, dixit ſtatim, ſed nõ permittemus cõſequentia huius diſputationis, & dicimus eis, quare negatis aduerſariis, cùm dixerint antiquitatem mundi eſſe falſam? quoniam inducit ad tenendum reuolutiones

A tiones cœli infinitas numero,& non eſt numerus vnitatibus earum, licet habuerint ſextum, quartum, & medium,&c. vſq; ad, & neceſſe eſt vobis dicere ꝙ non ſit par, nec impar, vt recitabimus poſtea. Et hęc etiam eſt quęſtio ſophiſtica. & ſumma ei⁹ eſt.qm̄,quemadmodum vos nō poteſtis contradicere noſtrę rationi, ꝙ mundus ſit creatus, & eſt quia, ſi eſſet non creatus, eſſent reuolutiones non pares, nec impares, ſic etiā nos non poſſumus contradicere ſermoni veſtro,ꝙ,cum fuerit agens nō deficiens habere conditiones agentis, B non retardetur ei actum. & hic quidem ſermo finis eius eſt confirmare dubitationem,& eam cōfiteri: & eſt vna intentionum ſophiſtarum. Tu autem,qui huic libro incumbis,iam ſciuiſti ſermones, quos dixerūt Philoſophi circa affirmationem,ꝙ mundus ſit antiquus,cum hac ratione, & ſermones, quos dixit ſecta Aſſaria in contradictione eius. & audi rationes ſectæ Aſſarię circa nouitatem: & audi ſermones, quos dixerunt Philoſophi in contradictione rationum ſectę Aſſarię in eo, quod ſcripſit iſte homo.

C ALGAZEL.

AIt Algazel. Et dicimus,quare negatis aduerſario, cū dixerit antiquitatem mūdi eſſe falſam? quoniam cauſabit reuolutiones orbis infinitas numero, & non eſt numerus vnitatibus earū, licet habuerint ſextum,quartum,& medietatem. nam orbis Solis voluitur in anno vno,& orbis Saturni voluit̃ in triginta annis,igit̃ reuolutio Saturni erit tertia pars decimę reuolutionis Solis, & reuolutio Iouis medietas ſextę reuolutionis Solis: nā ipſe voluitur in duodecim annis. & ſicut non eſt finis in D numero reuolutionum Saturni, ſic non eſt finis in numero reuolutionum Solis,licet ſint tertia pars decimę, & ſic etiam nō eſt finis in reuolutionibus orbis ſtellarum, quę voluuntur in triginta ſex millibus annorum ſemel, ſicut non eſt finis in motibus ortus Solis in die, & nocte ſemel. Si autem aliquis dixerit ꝙ falſitas huius habetur neceſſario, quęro quomodo recedēt ab hoc ſermone? Si vero vixerit, numerus harū reuolutionū aut eſt par,aut impar? ſi⁹ ſeu par,& impar? ſeu nec par, nec impar. Si quidem dixeritis par, & im- B par ſimul,ſeu nec par,nec impar, tūc habebitur falſitas eius neceſſario. Si vero dixeritis par, tunc par fiet impar in eodem. & quomodo determinauit id,quod eſt infinitum vnum.

Si vero impar, tunc impar fiet par in eodem. & quomodo terminauit hoc vnum,quo fit par? & ſequitur vobis neceſſario ſermo, ꝙ non ſit nec par, nec impar.

AVERROES.

AIt Auer. Summa huius ſermonis eſt, cùm imaginati fuerint duo motus habētes reuolutiones inter extremitates vnius tp̄is, deinde F imaginata fuerit pars vniuſcuiuſq; eoꝝ inter extremitates alterius tēporis, tunc proportio partis ad partem eſt proportio totius ad totum. Verbi gratia, ſi fuerit reuolutio Saturni in ſpatio temporis, quod dicitur annus, tertia pars decimę partis reuolutionis Solis in eodem ſpatio,tunc, cùm imaginati fuerint omnes reuolutiones Solis ad omnes reuolutiones Saturni, quæ fuerint in eodem tempore, de neceſſitate quidem erit proculdubio proportio

G omnium reuolutionum vnius motus ad oẽs reuolutiones alterius motus proportio partis ad partem. Attamen, cũ non fuerit inter duos motus vl'is proportio: quia vnuſquiſq; eorum eſt in potentia, i. non hñs principium, nec finem, & fuerit ibi proportio inter partes, quia vnaquæque earum eſt in actu, tunc non ſequitur de neceſſitate vt ſit proportio totius ad totum proportio partis ad partẽ, vt poſuerunt hoĩes in rõnibus ſuis; qm̃ non reperitur proportio inter duas dimenſiones, & duas mẽſuras, quarũ vnaquæq; ponitur infinita, er H go Antiqui, quia poſuerũt exempli gratia vniuerſum motum ſolis non hr̃e principium, nec finem, & ſic motum Saturni, non erit quidem proportio inter eos omnino vt ſequatur ex hoc, vt ſumma vniuſcuiuſq; eorũ ſit finita ſicut ſequitur in duab⁹ partibus ipſius ſummæ. & hoc eſt manifeſtum per ſe. Hic autẽ ſermo facit opinari ꝙ, cùm fuerit proportio partium ad partes proportio multi ad paucum, ſic etiam ſequit̃ in genere, vt ſit proportio vnius eorum ad alterum proportio multi ad paucum. Attamen hoc ſequitur, cum fuerint ambæ ſummæ finitæ: cũ aũt nõ fue I rit ibi finitas, non eſt ibi multitudo nec paucitas. &, cum ponitur, ꝙ ibi ſit proportio multitudinis ad paucitatem, imaginatur ꝙ ſequat̃ ex hoc alia falſitas, & eſt ꝙ ſit infinitum maius infinito: quod quidẽ eſt falſum. cum. n. accipimus duo infinita in actu, tũc reperitur ꝓportio inter ea: cùm autem accipimus ea in potentia, non eſt ibi proportio. Hæc eſt reſponſio huic quæſtioni: non autem id, cum quo reſpondit Alga. pro Philoſophis. & cum hoc reſoluũtur oẽs dubitationes eueniẽtes eis in hoc ca K pitulo. Et difficilima omnium eſt illa, quã aſſueti ſunt dicere, ſ. ſi fuerint motus in tempore præterito infiniti, non reperitur motus ex eis in tempore præſenti demonſtrato, niſi finiti ſint antea motus ĩfiniti. & hoc quidẽ eſt verum, & conceſſum apud Philoſophos, ſi poſiti fuerint motus præcedentes conditio requiſita in eſſe poſteriorum. nam, cùm oporteat vt reperiatur vnus, oportet vt reperiantur ante eum cauſæ infinitæ. & nemo ſapientum concedit eſſe cauſas infinitas, ſicut eſt poſſibile hoc apud Daharios: quoniam ſequeretur L eſſe cauſatum abſq; cauſa, & motum abſq; motore, ſed Philoſophi. quia induxit eos demõſtratio, ꝙ hic ſit principium motiuum æternum, cuius eſſe nõ habet principium, nec finem, & quòd actio eius neceſſe eſt vt ſit non retardans eſſe eius, ſequitur ergo apud eos vt actio eius non habeat principium, ſicut eſt in eſſe eius. ſin autem, tunc actio eius erit poſſibilis, non neceſſaria, & non erit principium primum, ergo ſequitur vt actiones agentis, cuius eſſe nõ habet principium, non habeant principium, ſicut eſt diſpoſitio in eſſe eius. &, cùm ſic fuerit, neceſſe eſt vt non M ſit aliqua ſuarum operationum primarum conditio requiſita in eſſe ſecundæ. quoniam vnaquæq; earum non agit per ſe, & eſſe vnam ante alteram eſt per accidens. & eſt poſſibile apud eos eſſe infinitum per accidens, non autem per ſe. immo eſt neceſſe vt ſit hæc ſpecies infiniti neceſſaria ſequens eſſe principij voluntarij æterni. & hoc non eſt in imaginationibus motuum ſuccedentium, aut continuorum tm̃: ſed ẽt in rebus

A in quibus exiſtimatur quòd præcedens ſit cauſa ſubſequẽtis, vt homo, qui generat hominem, & ſimilia, nã faciens hominem demonſtratum; mediante alio homine, neceſſe eſt deuenire ad agens primũ antiquum, cuius eſſe nõ habet principium, nec in faciẽdo hominem ab homine, & eſſe hominem ab alio homine in in finitum eſt generatio per accidens: anticipatio vero, & poſtpoſitio p ſe. nam ſicut agens, cuius eſſe nõ habet principium, nõ eſt principium operationibus ſuis, quas operatur abſq; B inſtrumento, ſic nõ eſt principiũ inſtrumento, quo operatur operationes ſuas, quibus nõ eſt principium ex operationibus quidem eius, quarum mos eſt, vt ſint cum inſtrumento. Et, quia opinati ſunt loquẽtes ꝙ id, quod eſt per accidẽs, ſit per ſe, negauerunt eſſe eius, & eſt difficile ſoluere ſermonem eorum: & exiſtimauerunt ꝙ ratio eorum ſit neceſſaria. Attamẽ hoc eſt manifeſtum ex verbis Philoſophorum. qm̃ declarauit princeps Philoſophorum, & eſt Ariſtoteles, ꝙ, ſi motus haberet motum, non eſſet motus: &, ſi elementum haberet elementum, non reperiretur C elementum. Et hic quidem modus infiniti non habet apud eos principium, nec finem, quare non eſt verum dicere de aliquo eius, ꝙ finiat, neque ꝙ ſit ingrediens ipſum eſſe in tempore prẹterito, nec finiet, qm̃ omne, quod finitur, iam incœpit; & quod non incœpit, non finietur; & hoc etiam eſt manifeſtum ex eo, ꝙ principium, & finis ſunt in prẹdicamento relationis. Quare ſequitur ei, qui dicit ꝙ eſt infinitas in reuolutionibus orbis in futurum, vt non ponat in eis principium. nam oẽ, quod habet principium; habet finem: hoc D autem non habet finem, ergo non habuit principium. & ſic eſt diſpoſitio in primo, & vltimo, ſcilicet ꝙ oẽ habens principium, habet finem: & quod non habet principium nõ habet finem: & quod nõ habet finem, non eſt ceſſatio alicui partium eius in rei veritate. nec eſt principiũ alicui partium eius in rei veritate: & quod non eſt principium alicui partium ſuarum, non habet finem. Et ideo, cùm interrogauerunt Loquentes Philoſophos, ſi ceſſauerint motus, qui ſunt ante motum prẹſentẽ, E reſponderũt ꝙ non ceſſauerint: nam ex poſitione eorũ, ꝙ non eſt eis principium, non habent ceſſationem. opinio autem Loquentium, ꝙ Philoſophi concedunt ceſſationem eorũ; non eſt vera. quoniam non ceſſat apud eos, niſi id, quod incœpit. Igitur declaratum eſt tibi ꝙ in rationibus, quas recitauit ex Loquentibus de innouatione mundi, non eſt ſufficientia ad tangendum gradum veritatis, & ꝙ non deueniunt ad gradum demonſtrationis: nec rationes, quas recitauit ex Philoſophis in hoc libro, perueniunt ad gradus demonſtrationis. & hoc eſt, quod intendi- F mus declarare in hoc libro. Et melius quod poteſt cum eo reſponderi interroganti de eo, quod ingreſſum eſt ex operibus eius in tempore prẹterito, vt dicatur ꝙ ingreſſum eſt ex operibus ſuis, ſicut ingreſſum eſt ex eſſe eius. ambo enim nõ habẽt principium. Id autem, cum quo reſpondit Alga. pro Philoſophis circa contradictionem rationis, quòd ſit aliquis motuum orbium velocior alio, & difficultatem in eis, eſt hoc, quod dicit.

G ALGAZEL.

AIt Alga. Si autem dicatur locus erroris eſt, cùm dicunt, ꝙ hæ reuolutiones ſunt collectio vnitatum: quia iſtæ non ſunt in rerum nã: præteritum.n.finitum eſt, futurum vero adhuc non reperitur: collectio autem innuit entia præſentia, & tamen non reperitur aliquid hic. Deinde dixit Algazel, in contradictione huius dicimus quod numerus diuiditur ad par,& impar,& falſum eſt, vt excludatur numerus ab eis,ſiue numeratum remaneat, ſiue deficiat.cùm autem poſuerimus nu
H merum ex numeris, neceſſe eſt credere ꝙ non poteſt quiſpiam euadere,quin ſit par,aut impar,ſiue iudicauerimus eum eſſe,ſiue non eſſe.nã licet non reperiatur poſt eſſe, nõ deficit tñ hæc propoſitio, & non mutatur.hæc eſt ſumma ſermonis eius.

AVERROES.

AIt Auer. Hic ſermo eſt verus in habente principium,& finẽ extra animam,ſeu in anima, ſ. ꝙ ſit iudicium intellectus de eo circa par, & impar hora priuationis,& hora eſſe eius. id autem, quod eſt in potentiã,ſcilicet non habens principium, nec finem,non verificatur de eo, nec
I ꝙ ſit par,nec impar,neq; ꝙ incœpit, neque ꝙ finietur, nec ingrediens in tempus præteritum, nec in futurũ: nam id,quod eſt in potẽtia,eſt tanꝗ id,quod non eſt. & eſt id, quod voluerunt Philoſophi,cùm dixerint ꝙ reuolutiones,quæ fuerant in præteritum, & in futurum non reperiuntur. Diſpoſitio autem huius quæſtionis eſt, omne, quod denominatur eſſe collectio determinata, habẽs principium,& finem,aut denominatur in hoc ex eo,ꝙ habet principiũ, & finem extra animam, aut denominatur in hoc ex eo, quòd eſt in anima,non autem extra animam.id autem, quod eſt ex eo totum in actu, & determinatum in præteritum in anima,& extra animam, eſt neceſſario aut par, aut impar.quod vero ex eis fuerit collectio non determinata extra animam, nõ erit quidem determinatum, niſi ex eo, quod eſt in anima: anima.n. non poteſt imaginari id,quod nõ finitur in eſſe ſuo, & denominatur ẽt hoc modo ꝙ ſit par,aut impar: in eo vero ꝙ eſt extra animam, non denominatur nec par,nec impar. & ſic etiam eſt id, L
quod fuerit de eo in præteritum, & ponatur eſſe in potentia extra animam,ſ.ꝙ nõ habet principium, nec denominatur ꝙ ſit par, nec impar, niſi ponatur in actu,ſ.habens principium, & finem. ergo omnes motus non habentes totum, nec collectionem,ſ.habentes principium,& finẽ, niſi in eo,quod eſt in aĩa,ſicut eſt diſpoſitio in tempore,& motu circulari,neceſſe eſt in natura eorũ, vt non ſit nec par,nec impar, niſi fuerit ex eo,quod eſt in anima.Cauſa autem huius erroris eſt quoniam res, cùm fuerit in anima in vna denomina- M
tione, imaginatur ꝙ ſit extra animã in denominatione illa.Et,quoniam nihil eſt eius, quod fuerat in pręteritum, quod imaginetur in anima, niſi finitũ, exiſtimatur ꝙ oẽ, quod fuerat in pręteritum, ſit ſic natura eius extra animam. Et, quoniam id,quod erit eius in futurum, adiuuat imaginatio ꝙ ſit infinitum ex eo,ꝙ imaginabitur pars poſt partẽ, ſicut exiſtimauit Plato, & ſecta Aſſaria ꝙ ſit poſſibile, vt ſint reuolutiones orbis in futurum infinitę. Et hoc

A hoc totum eſt iudicium imaginabile, nō demonſtratiuum. & ideo fuit magis apprehendens radicem ſuā, & magis conſeruans poſitionē ſuā ille, qui poſuit mūdum habere principium, ponendo habere finem, vt fecerant aliqui Loquentium. Sermo autem Alga. poſtea ꝙ nos dicimus eis ꝙ non eſt falſum ſecundum radices veſtras ponere entia præſentia eadem in eſſe, diuerſa tamen in denominatione, & ſunt infinita, & ſunt animæ hominū ſeparatæ à corporibus hora mortis, quæ ſunt entia non denominata, nec paria, nec B imparia. ipſi autem negant quod dr̄ contra hoc ſcīa neceſſaria, ſicut, cum vos poſuiſtis deſtructionē dependentiæ voluntatis antiquæ innouationi neceſſariam, eſt ſermo in vltimitate mollitiei. Summa aūt eius eſt, ꝙ non debet denegari id, quod dicimus de eo, quod eſt neceſſariū apud vos, ꝙ nō ſit neceſſarium, poſt quam vos ponitis res poſſibiles, quarum impoſſibilitatem ponit aduerſarius eſſe notā de neceſſitate intellectus. id eſt ꝙ, ſicut vos ponitis res poſſibiles, & aduerſarius opinatur ꝙ C ſint impoſſibiles, ſic ponitis vos res neceſſarias, & aduerſarius ponit eas non eſſe neceſſarias. & non poteſtis in hoc toto adducere differentiam inter duas poſitiones. Et iam declaratum eſt in Logicis ꝙ huiuſmodi eſt diſputatio Rhetorica debilis, aut Sophiſtica. Attamen reſponſio in hoc eſt, vt dicatur ꝙ id, quod ponitur notum, neceſſario eſt ſic in ſeipſo. Quod vero vos ponitis, quòd deſtructio eius ſit nota neceſſario, non eſt, ſicut vos ponitis. & non eſt via ad habendum differentiam eorum, niſi per virum perfectæ naturalitatis, ſicut, cùm aliquis poſuerit D aliquem ſermonem eſſe verſum, alium vero quòd nō ſit verſus, quòd diſcernere hoc ſpectat ad virum perfectę naturalitatis ſcientia īnata homini. Ponere autem animas abſque materia multas numero eſt q̄d non notum ex opinionibus Philoſophorum. nam cauſa multitudinis numeralis eſt materia apud eos: cauſa vero diſtinctionis in multitudine numerali eſt forma. Reperiri autem multa numero, eadem tamen forma abſque materia, eſt quid dubium. nam non cognoſcitur, nec diſtinguitur indiuiduum ab indiuiduo aliquo attributo, niſi per accidens, quoniam reperitur E aliud, quod communicat ei in attributo illo: diſtinguitur tamen indiuiduum ab indiuiduo ex parte materiæ. Et iam impoſſibilitas reperiendi infinitum ei, quod eſt in actu, eſt radix nota ex opinionibus Philoſophorum, ſiue ſint corpora, ſiue non ſint corpora. & non reperitur aliquis, qui faciat differentiam inter habentem ſitum, & non habentem ſitum in hac re, niſi Auicenna tantum: alij vero omnes, non F inueni aliquem eorum, qui hoc dicat. & non conuenit radici ſuarum radicum: & eſt ex rebus vanis. nam Philoſophi denegant infinitum in actu, ſeu corpus, ſeu nō corpus. quoniam ſequitur ex eo, quòd ſit infinitum maius infinito. Auicenna autem intēdit blandiri vulgo in eo, in quo aſſueti ſūt audire de anima. Sed eſt ſermo paucæ ſufficientiæ, & blanditiei. nam, ſi eſſent infinita in actu, eſſet pars vt totum, ſcilicet cùm diuiſum fuerit infinitum in duas partes. verbi gra. ſi linea, aut nume-

Cā multitudinis nūeralis ē ipa mā, diſtinctionis vero ī multitudine ipſa forma.

G rus eſſet infinita in actu ex duobus lateribus, deinde diuidatur in duas partes, tunc eſſet quęlibet partiũ infinita in actu, & totũ eſt infinitũ in actu: ergo totum, & pars, quælibet eorum eſſe infinitum in actu. & hoc eſt falſum. & hoc totum ſequitur, cum ponitur infinitum in actu, nõ autem in potentia.

ALGAZEL.

AIt Alga. Si autem dixerit opinionem Platonis eſſe verã: & eſt ꝙ anima ſit antiqua, & vna: diuiditur tamen in corporibus: &, cùm ſeparetur ab eis, redit ad fontem, &
H radicem, & fit vna. Dicimus ꝙ hoc ẽ magis abominabile, & magis abſurdum, & potius credi debet ꝙ ſit contradicens neceſſitatis intellectus. Nã nos dicimus ꝙ aĩa Socratis eſt alia ab anima Platonis. ſi enim eſſet eadem, ſequeretur inconueniens neceſſario. quoniam vnuſquiſque apprehendit animam ſuam, & bene ſcit ꝙ non ſit anima alterius. ſi autem eſſet eadem, eſſent ęquales in ſcientiis, quæ ſunt attributa eſſentialia animabus, ingredientia quidem cũ animabus in omni relatione. Si vero dixeritis ꝙ ſit vna, diuiditur tamẽ cir-
I ca alligantiam cum corporibus, dicimus diuidi vnum, non habens quidem magnitudinem, menſura aliqua in quantitate menſurabili eſt falſum de neceſſitate intellectus. Et quomodo vnum fiet duo? immo mille? deinde redit in vnum. ſed hoc intelligitur de habente magnitudinem, & quantitatem: ſicut mare diuiditur in lacus, & flumina, & ad id redeunt: id autem, quod non habet quantitatem, quomodo diuiditur? Et intẽtio in hoc toto eſt declarare ꝙ ipſi non vicerunt aduerſarios ex opinione eorum de dependentia voluntatis antiquæ in innouatione, niſi cum rationibus neceſſitatis innouantis requiſiti, ꝙ hoc ſit poſſibile: & ꝙ ipſi nõ poſſunt abſolui ab eo, qui ratiocinatur neceſſario cum eis in his rebus cõtra opinionem eorũ, & non poteſt fugi, & euadi ab eo.

AVERROES.

AIt Auerr. Socrates eſt alius à Platone numero: & tamen ipſe, & Plato ſunt idem in forma, quæ eſt anima. ſi autem eſſet anima Socratis alia ab anima Platonis numero, ſicut Socrates eſt alius à Platone L
numero, tunc eſſet anima Socratis, & anima Platonis duę numero, & eædem in forma, & eſſet animę anima. &, cum neceſſe fuerit, vt ſit anima Socratis, & Platonis eadem in forma, & idem in forma, euenit ei multitudo numeralis, id eſt diuiſio propter materias, tunc, ſi anima non moritur ad mortem corporis, ſeu fuerit in ea aliquid huiuſmodi, neceſſe eſt, cum ſeparetur à corporibus, vt ſit vna numero. hæc autem ſcientia non eſt via adipiſcendi eam in hoc loco. Sermo autem, quem fecit in deſtructione opinionis Plato- M
nis, eſt ſophiſticus. & ſumma eius ẽ, quoniã anima Platonis aut eſt alia ab anima Socratis, aut eſt eadẽ: ſed illa non eſt anima Socratis: ergo eſt alia. Attamen nomen alietatis eſt æquiuocum. ſic etiam & identitatis nomen dicitur tot modis, quibus dicitur alietas. & anima quidem Socratis, & Platonis ſunt eædem aliquo modo, & multę aliquo modo: ac ſi diceres ſunt eædem ex parte formæ, & multæ ex parte ſubiecti earum. Cùm autem dixit ꝙ nõ imaginatur

A natur diuiſio, niſi in eo, quod habet quantitatem, eſt ſermo falſus in parte. quoniam hoc eſt verum in eo, quod diuiditur per ſe, & non eſt verum in eo, quod diuiditur per accidens: ideſt quod illud diuiditur per accidens, quia eſt in diuiſibili per ſe. diuiſibile autem per ſe eſt corpus. exempli gratia diuiſibile per accidens eſt, vt diuiſio albedinis repertæ in corporibus, cùm diuiditur corpus per ſe: & ſic formæ, & animæ diuiduntur per accidens, ideſt per diuiſionem ſubiecti earum. Anima autem præ cęteris aſſimilatur lumi-
B ni, &, ſicut lumen diuiditur ad diuiſionem corporum illuminatorum, deinde fit vnum in ablatione corporum, ſic eſt res in animabus cum corporibus. Et adducere hoc in his demonſtrationibus eſt turpe. nam reputatur de eo, quòd non ſit homo talis, ꝙ hoc eum lateat: ſed voluit cùm hoc blandiri hominibus ſui temporis: & eſt remotum à moribus eorum, qui intendunt patefacere veritatem. Et forte iſte vir habet excuſationem ex tempore, & lo-
C co ſuo, ſicut diſcernitur in libro ſuo.

Et, quoniam iſti ſermones nõ adiuuant ad veritatem aliquam, dixit & intentum ex hoc toto eſt declarare ꝙ ipſi non vicerunt aduerſarios ex opinione eorum de dependentia voluntatis antiquæ in innouatione, niſi cũ rationibus neceſſitatis innouantis requiſiti: & ipſi non poſſunt abſolui ab eo, qui ratiocinatur demonſtratiue cum eis in iſtis rebus contra opinionem eorum, & nõ poteſt euadi ab eo. Ego autem dico ꝙ qui ratiocinatus eſt de eo, quod eſt notum per ſe quòd ſit tale aliter quàm ſit, non reperitur ſermo, cum quo poſſumus abſolui ab eo. Nam D
omnis ſermo declaratur cum rebus notis, quibus æqualiter ambo credunt aduerſarij. &, cum ratiocinatus eſt vnus aduerſariorum in omni ſermone quòd ſit aliter quàm ſit, ille, quẽ poſuit aduerſarius, non erit ſibi via contradicendi ei, ſed talis eſt extra ſpeciem humanã, & ſunt homines, quos debemus corrigere, & caſtigare. Qui vero ratiocinatus eſt in per ſe noto quòd nõ ſit per ſe notum propter errorem ingredientem in eo, hic quidem eſt ei medela. & eſt ſoluere dubitationem illam.
Attamen qui non cõcedit per ſe no- E
tum, quia eſt diminutus in naturalitate, hic quidem non eſt eum aliquid docendum, nec corrigendum. nam eſt, ſicut ille, qui imponit cęco vt ſciat deſignationem colorũ, ſeu eorum eſſe.

ALGAZEL.

Ait Alga. raciocinans pro Philoſophis. Si autẽ dixerit hoc conuertitur contra vos. quoniam Deus glo. ante creationem mundi poterat eum creare menſura anni, aut duorum annorum, & non eſt fi- F
nis poſſe eius: & quaſi expectauit, & non creauit, deinde creauit, tunc tẽpus dimiſſionis aut fuit finitum, aut infinitum. ſi dixeritis finitum, ergo eſſe creatoris fuit finitum. ſi vero infinitum, ergo finita eſt menſura, in qua ſunt poſſibilitates infinitæ, & ambo falſa. Dicimus ꝙ menſura, & tempus ſunt creata apud nos. & nos declarabimus verificationem reſpõſionis ad hoc, cùm loquemur de ſecunda ratione eorum.

AVERROES.

Ait Auerr. Plurimi eorum, qui dixerũt innouationem mundi

G di, dixerunt innouationem temporis cum eo. Quare, cum dixit ꝙ mẽſura dimiſſionis aut eſt finita, aut infinita, eſt ſermo non verus. nam qđ non habet principiũ, nõ ceſſat, nec finitur: & etiam qm̃ aduerſarius nõ confitetur ꝙ ſit dimiſſioni menſura. Quod vero debet dici eis, eſt vtrum ſit poſſibile vt innouatio temporis ſit extremitas eius, quæ eſt eius principiũ, lõgior ab inſtãte, in quo ſumus? aut impoſſibile? Si dixerint impoſſibile, tunc poſuerunt menſuram terminatam, qua maior nõ poteſt imaginari ab agente. & hoc eſt falſum, & abominabile apud eos Si vero dixerint ꝙ ſit poſſibile vt ſit extremitas eius longior ab inſtante ex
H tremitatis creatę, dicatur eis, vtrum ſit poſſibile in hac extremitate ſecũda, vt ſit extremitas lõgior ea? Si dixerint ſic, & non euadent ab hoc, dicatur eis, ergo hic eſt poſſibilitas innouationis menſurarum infinitarum numero, & ſequitur vobis, vt ſit ceſſatio earum ſecundum vos in reuolutionibus conditio requiſita in innouatione menſuræ temporalis, quæ eſt ex eis. Si autem dixeritis quòd id, quod eſt infinitum, non ceſſat, tunc id, quod ſequit̃ ſecundũ
I vos aduerſario in reuolutionibus, ſequitur vobis in poſſibilitate menſurarum temporũ, quæ innouantur. Si autem dixerit ꝙ ſit differentia inter ea, qm̃ poſſibilitates illę infinitę quæ ſunt in menſuris, non exierunt in actum, & poſſibilitates reuolutionum infinitarum iam exierunt in actum, dicitur eis ꝙ poſſibilitates rerum ſunt ex eis, quæ connectuntur rebus, ſiue ſint pręcedentes res ipſas ſiue cum eis, vt tenẽt aliqui, & ſunt neceſſario numerantes res ipſas. Si

autem falſum eſt reperiri reuolutiones infinitas ante reuolutionem repertam in inſtanti, tunc erit falſum K
reperiri poſſibilitatem reuolutionũ infinitarum: niſi quòd poſſet dicere aliquis quòd tempus eſt terminatum menſura, ideſt tempus mundi: & impoſſibile eſt reperiri tẽpus maius eo, & minus eo, vt Philoſophi dicunt de menſura mundi. & ideo iſti ſermones non ſunt demonſtratiui. Quare eſſet magis cautum dicenti mundum eſſe creatum ponere tempus terminatum menſura, & nõ ponere poſſibilitatem ante id, quod ẽ poſſibile, & ponere etiam magnitudinem finitam. ſed magnitudo hẽt L
totum, tempus vero non hẽt totũ.

ALGAZEL.

Ait Alga. recitãs de philoſophis in eo, ꝙ negarunt aduerſario, ꝙ ſit ex per ſe notis retardari actionem antiqui antiquo, aliqua ſpecie rationum in hac propoſitione. Si autem dixerit, quare negatis dimittenti rationes neceſſitatis, & adducẽti rationem eis ex aliis modis? &c. vſque & non diſcernitur, & cognoſcitur res à ſuo ſimili in aliquo.

AVERROES.

Ait Auer. Summa eius, quod recitauit ipſe de Philoſophis in M
hoc capitulo, eſt in adducendo rationem, ꝙ impoſſibile ſit reperiri innouatum ab agente æterno ex eo, quòd impoſſibile eſt vt ſit ibi voluntas. Attamen hæc quæſtio eſt eis cõgrua, cum conceſſerint aduerſario ꝙ oppoſita omnia ſunt indr̃ia reſpectu ad voluntatem antiquã, tam id, qđ fuerit ex eis in tẽpore, vt prius, & poſterius, & tã id, quod eſt in qualitate contraria, vt albedo, & nigredo: & ſic priuatio, & eſſe ſunt apud

eos

A eos indifferentia reſpectu ad voluntatem primam. &, quoniam conceſſerunt hanc propoſitionem aduerſario, licet non teneant eam, dixerunt eis ꝙ de natura voluntatis eſt nõ inclinare magis actionem vnius duorum indifferentium prę alio, niſi ex aliquo approprianté. & eſt cauſa, q̃ reperitur in vno duorum, quę non reperitur in alio. ſin autem, tunc eēt vnum duorum indifferentium caſu & fortuna. Philoſophi autem confitentur eis hunc ſermonem. nam, ſi eſſet voluntas ab ęterno, tunc eſſet poſſibile fieri innouatum ab antiquo, B &, cum non potuerint Loquentes reſpondere, coacti ſunt ad dicendum quòd voluntas antiqua ſit attributum, cui⁹ natura ſit diſtinguere rem ab indifferenti abſque eo, ꝙ ſit ibi approprians inclinans actionem vnius duorum indifferentium prę alio: ſicut caliditas eſt attributũ cuius natura eſt calefacere, & ſcientia eſt attributum, cuius natura eſt apprehendere ſcitum. Attamen eis reſpondet aduerſarius ex Philoſophis, hoc eſt falſum, & non poteſt imaginari eſſe eius. quoniam duo indifferentia, quę apud volentem ſunt ęqualiter, non pendet actio eius C magis in vno quàm in alio, niſi in eo ſunt differentia, id eſt in eo, quod eſt in vno eorum attributum, quod non eſt in alio. cum vero fuerint ęqualia omnibus modis, & non fuerit ibi approprians omnino, tũc voluntas pendebit in eis ęqualiter. &, cum pendebit in eis ęqualiter, & ipſa fuerit cã actionis, non eſt dependentia actionis in vno eorum magis quam in alio. & tunc aut pendet in duabus actionibus ſimul, aut nõ pẽdet neque in vno eorum, & ambo ſunt falſa. In primo autem ſermone D quaſi concederent eis, ꝙ oĩa ſunt ſimilia reſpectu ad agens primum, & ſequit' eis vt ſit ibi approprians prius eo. & hoc eſt falſum. Et, quia reſpondent ꝙ voluntas ſit attributum, cuius natura eſt diſcernere, & cognoſcere ſimile à ſimili, in eo ꝙ eſt ſile, contradixerunt eis, ꝙ hoc non intelligitur, nec eſt quid intellectuale de voluntate, & quaſi negauerũt eis radicem, quã iam conceſſerũt. Hęc eſt ſumma huius capituli, & eſt permutatio ſermonis à quęſtione prima ad ſermonem de voluntate: E permutatio autem eſt operatio ſophiſtica.

### ALGAZEL.

AIt Alga. reſpondens pro Loquentibus circa affirmationẽ voluntatis Dubitatio autem eſt dupliciter, Primo quidem, cum dixerint hoc, non poteſt imaginari: nã an ſcitis hoc de neceſſitate, aut ſpeculatione, aut impoſſibile eſt ratiocinari aliquod eorũ, vſq; ad affirmare attributum, cuius natura eſt appropriare rem ſuo indifferenti?

### AVERROES.

AIt Auer. Iſta diſputatio includitur in duabus rebus. Prima F eſt, quia ipſe concedit, ꝙ voluntas, q̃ apparet nobis, non eſt verum de ea dicere quòd diſtinguat rem à ſimili, in eo quòd eſt ſimile. & ratio intellectualis iam cogit, vt ſit attributum tale in agente primo, & id, quo exiſtimatur impoſſibile eſſe attributum tale, eſt, ſicut exiſtimatur ꝙ nõ eſt hic ens, nec infra mundum, nec extra. Et ſecundum hoc voluntas attributa ipſi Deo glorioſo, & voluntas hominis erũt dictæ æquiuoce, ſicut eſt in nomine ſciẽtię, & aliis attributis,

G tributis,quorum eſſe in æterno, non eſt prout eſt in innouato,appellamꝰ tamen eam voluntatem in lege . Attamen apparet ꝙ finis gradus huius diſputationis eſt topicus . quoniam demonſtratio , quæ inducit ad affirmandũ attributum tale in hac re,ſ. ꝙ appropriet ſimile in eſſe à non ſimili , eſt poſitio volitorum ſimilium , & tamen non ſunt ſimilia:immo etiam ſunt oppoſita, poſt quam omnia oppoſita reuertuntur ad eſſe, & priuationem , quę ſunt in vltimitate oppoſitionis, quę eſt repugnans ſimilitudini. & poſitio eo-
H rum,ꝙ res in quibus pendet voluntas,ſint ſimiles,ē poſitio falſa:& ſermo erit de hoc poſtea . Si autem dixerint,nos autem diximus ꝙ ſunt ſimilia reſpectu ad volens, poſtquam fuerit remotum ab intentionibus: intentiones enim ſunt, quę appropriant rem magis vni actioni,quàm alteri: dicimus ꝙ intentiones, quę ſunt ex eis,quibus perficitur ſubſtãtia volentis, vt intentio noſtra , qua pendet volũtas noſtra in rebus, ſunt falſę de Deo . quoniam voluntas talis eſt deſyderium rei ad perfectionem apud diminutionem repertam
I in ſubſtantia volentis. intentiones vero, quę ſunt in ſubſtantia voliti , non ex eo ꝙ aliquid voliti peruenit volenti , quod non fuerat in eo , ſed hoc peruenit volito tantum, vt exitus rei à priuatione ad eſſe , non eſt dubium ꝙ eſſe eſt melius ſibi,quam priuatio,i. rei exeunti . & hęc eſt diſpoſitio voluntatis primę cum entibus . quoniam ipſa eligit ſemper eis melius duorum oppoſitorum . & hoc eſſentialiter, & primo . & hęc eſt vna ſpecierum diſputationis,quas ĩcludit hic ſermo. Secunda vero eſt

quia ipſe non concedit hoc attribu- K
tum voluntatis , quę eſt in apparentia nobis , & conatus eſt affirmare ꝙ reperiatur in nobis in rebus ſimilibus voluntas , quę eligit rem prę ſimili. & adduxit ad hoc exemplum , vt ſi ponantur ante aliquem duo dactyli ſimiles omnimode,& conſyderat ꝙ impoſſibile eſt eos ſimul capere,& conſyderat ꝙ non imaginetur apud eum inclinans ad aliquem eorum, & ipſe proculdubio eliget vnũ eorum in capiendo . Quod quidem eſt ſophiſticum . Nam,cum poſuerit aliquod tale , & poſuerit volentẽ quem induxit neceſſitas ad comedẽ- L
dum dactylum , ſeu ad capiendum , tunc captio quidem vnius duorum dactylorum in hac diſpoſitione non eſt diſtinguere ſimile à ſimili , ſed eſt tenere ſimile loco ſimilis : & quemcunque eorum acceperit, peruenit ei volitum , & erit adimpleta eius intentio:& voluntas ſua erit pẽdens in electione captionis vnius eorum,potius quam in dimiſſione abſoluta,non autem in captione vnius eorum, & electione eius , potiuſquã in dimiſſione alterius,ſ.cum ponantur intentiones in eis æquales, quo-
niam ipſe non eligit accipere vnum M
eorum,quodcunq; ſit,& inclinat eũ ad relinquendum aliud . & hoc eſt manifeſtum per ſe . nam electio vnius eorum prę alio eſt inclinatio vnius eorũ prę alio , & impoſſe eſt vt inclinet ad vnum duorum ſimilium prę alio,in eo ꝙ eſt ſimile . ſi autem fuerint in eſſe ſuo , in eo ꝙ ſunt duo indiuidua,non ſunt ſimilia: nam omnia duo indiuidua, differt vnum eorum ab alio aliquo attributo,appropriato ei.ergo, ſi poſuerimus voluntatẽ pendere in aliqua re appropriata

priata

A priata alicui eorum , tunc imaginatur eſſe voluntas in aliquo eorum p̄ alio, propter differentiam repertam in eis,igitur non erit pendens voluntas in duobus ſimilibus, in eo quòd ſunt ſimilia. Hæc eſt diſpoſitio rei , quam narrauit de primo modo dubitationis.Deinde recitauit Alga. ſecũdum modum dubitationis in eo , quod dixerit non reperiri attributum,quod diſtinguet vnum ſimiliũ ab alio,& dixit .

ALGAZEL.

AIt Alga. Et modus Secundus
B dubitationis eſt, quia nos dicimus , vos autem in opinione veſtra eſtis indigentes appropriatione rei præ ſimili . quoniam mundus eſt à cauſa ſua cauſante eum in diſpoſitione propria cum aſſimilatiõe differentiarum eius : & quare appropriatur aliquibus modis ? & falſitas differentiæ rei à ſimili in intellectu aut ĩ neceſſitate naturaliter,aut coacte non differt,&c. vſque ad, fuit autem affirmatio ſitus in eo , potiuſ quàm mutatio ſitus. & hoc eſt , qđ non poteſt euadi ab eo.

AVERROES.

AIt Auer. Prouenit ex hoc ſer-
C mone ꝙ oportet de neceſſitate Philoſophos confiteri ꝙ ſit hic aliquod attributum agenti mundum, approprians rem præ ſimili. nam ipſi tenent ꝙ mundus poteſt eſſe maior quàm eſt,aut minor. &,cum ſic fuerit,ſunt ſimiles circa eſſe eius. Si autem dixerint Philoſophi ꝙ mundus poſſibile eſt vt ſit in figura ſibi propria,& quantitate corporum appropriatorum , & numero appropriato, & ꝙ hæc aſſimilatio nõ imaginatur,niſi in tempore innouationis,& ꝙ non ſit ibi hora, in qua fuit

innouatio mundi dignior alia,dici D
tur eis ꝙ iam poſſibile fuerat eis reſpondere huic ꝙ creatio mundi fuit in hora digniori,ſed appropinquantur eis duo ſimilia, inter quæ impoſſibile eſt Philoſophis ponere differentiam : quorum vnum eſt appropriatio partis motus,qui eſt in orbibus : ſecundum vero appropriatio loci polorum orbium quoniam omnia duo puncta oppoſita,quæ poſuerimus in linea protracta ab vno eorum ad aliud , tranſiens per centrum ſphæræ, poſſunt eſſe poli . ap-
propriatio autem duorum puncto- E
rum præ cæteris pũctis,quæ poſſunt eſſe poli eiuſdem ſphæræ præ cæteris punctis,quæ ſunt in illa ſphæra , nõ erit, niſi ex attributo appropriãte vnum duorum ſimilium . Si vero dixerint ꝙ non eſt verum vt omnis locus ſphæræ poſſit eſſe locus polorum,dicitur eis , ſequitur vobis ſecundum hanc radicem ꝙ nõ erit ſimilium partium : & iam vos dixiſtis in multis locis ꝙ eſt ſimplex , & propter hoc fuit ei figura ſimplex , & eſt rotunda . Vlterius,ſi poſuerint ꝙ ſint ibi loca non ſimilia , diceſ eis quomodo ſunt diſſimiles naturali-
ter?an ex eo ꝙ ſunt corpus , aut ex F
eo ꝙ ſunt corpus cœleſte? & non poteſt eſſe priuatio ſimilitudinis his duobus modis. Dixit,&,cum ſic fuerit , ſicut ſtat apud eos , dicere ꝙ horæ in innouatione mundi ſunt ſimiles, ſic bene ſtat aduerſario dicere ꝙ omnes partes orbis ſunt æquales, vt ſint poli . & non videtur ꝙ hoc appropriatur eis in vno ſitu præ alio , nec in vno loco præ alio . & hæc eſt declaratio huius quæſtionis , & eſt rhetorica:nam multa,quę apparent demonſtratiue eſſe neceſſaria , ſunt

primo

G primo aſpectu poſſibilia. Attamen reſponſio apud Philoſophos eſt ꝙ ipſi opinãtur fuiſſe apud eos demõſtrationem, ꝙ mundus ſit compoſitus ex quinque corporibus, corpore quidem neq; graui, neq; leui, & eſt corpus cœleſte rotũdum, quod mouetur circulariter, & quatuor corporibus: quorum duo ſunt ſicut extrema: nam vnum eſt graue abſolute, & eſt terra, quæ eſt centrum corporis circularis, & alterum eſt leue abſolute, & eſt ignis, qui eſt in cõcauitate orbis circularis: & id, quod ſequitur terram, & eſt aqua, eſt graue in comparatione ad aerem, & leue qui- H dem in comparatione ad terram, ſ. & aſſociatur aquæ aer, & eſt leuis in cõparatione ad aquam, & grauis in cõparatione ad ignem. Et cauſa ꝙ terræ ſit grauitas abſolute, eſt quia eſt in vltimitate remotionis à motu circulari: & ideo fuit centrum fixum. Et cauſa leuitatis ignis abſolute eſt, quia ẽ in vltimitate appropinquationis motui circulari, & corpora, quæ ſunt inter ea, reperitur eis vtrunque ſimul. ſ. grauitas & leuitas, quia sũt in medio inter duo extrema. ſ. locũ longiorem, & locum propinquiorẽ. &, niſi eſſet corpus circulare, nõ eẽt I ibi nec graue, nec leue naturaliter, nec ſurſum, nec deorſum naturaliter, nec abſolute quidem, nec reſpectiue, nec eſſent diuerſa naturaliter, adeo ꝙ terra, exempli gratia, de natura eius eſt vt moueatur ad locum appropriatum, & ignis de natura eius etiam eſt vt moueatur ad alium locũ, & ſic quod eſt inter ea ex corporibus, & mũdus eſt finitus ex parte corporis circularis. corpus enim circulare eſt finitum ex ſe, & natura ſua ex eo, ꝙ id circuit ſuperficies vna circularis: corpora vero rectarum K dimenſionum non ſunt finita ex ſe, cùm poſſit eſſe in eis additio, & diminutio. ſunt tamẽ finita, quia ſunt in medio corporis, cui impoſſibilis eſt additio, & diminutio: & ideo eſt finitum ex ſe, & propter hoc impoſſibile eſt vt ſit corpus circuens mundum, niſi circulare: ſin autem, ſequeretur vt corpora aut finiantur ad alia corpora, & procedet in infinitũ, aut finiantur in vacuum. & iam declarata eſt impoſſibilitas amborum ſimul. Qui autem imaginatus fuerit hoc, ſciet ꝙ omnis mundus, qui ponitur, impoſſibile eſt vt ſit, niſi ex L iſtis corporibus, & ꝙ corpora aut erunt circularia, & erunt non grauia nec leuia, aut recta, & erunt grauia aut leuia, ſ. ignis, aut terra, aut quod eſt inter ea, & ꝙ iſta nõ ſunt, niſi circularia, aut in continente circulari: quoniam omne corpus aut mouetur à medio, aut ad medium, aut circa medium: & ꝙ in motibus corporum cœleſtium eſt dextrum, & ſiniſtrum, & cõmiſcentur corpora quatuor, & fiunt ex eis omnes generationes contrariæ: & ꝙ iſta quatuor corpora contraria non deficiunt eſſe ꝓpter motus illos in generatione con- M tinua, & corruptione continua, i. in partibus ſuis. quoniam, ſi deficeret aliquis horum motuum, tunc corrumperetur hæc ordinatio, & proportio. nam manifeſtum eſt ꝙ hæc ordinatio neceſſe eſt vt ſit cõſequẽs numerum repertum in iſtis motibus. ſi enim eſſet magis, aut minus, peruerteretur hęc ordinatio, aut eẽt alia ordinatio, & numerus horum motuum aut eſt de neceſſitate ad eſſe eius. quod eſt hic, aut ad bene eſſe.

Et hoc totum non expectes hic declara-

*De cõpõne mũdi quamplurima.*

*Si deſi[re] aliq[uis] cœleſt[ium] motuu[m] corrũpe[re]tur hęc [or]dinatio [&] ꝓportio. Idẽ lib. [de] ſu[b]ſta[ntia] or[bis] ca. 4. vid[e] oppoſi[tionem] Met. 41. Vide [etiam] Zim.*

A declarari demonſtratiue. ſi autem fueris ex hominibus demonſtrationis, ſpeculare de his in locis ſuis. & audi hic ſermones, qui ſunt magis ſufficientes ſermonibus iſtorum: &, ſi non fecerint te adipiſci veritatem facient tamen te adipiſci dominiū cogitationis: quæ mouebit te ad habendum veritatem in ſpeculādo in ſcientiis. Nam conſydera ꝙ quilibet orbis orbium cęleſtium eſt viuens: quoniam ſunt habentes corpora determinatę mēſurę, & figuræ, & mouentur ex ſe ex partibus determinatis, non ex quacunque ſit: & omne, B quod eſt tale, eſt viuēs neceſſario .ſ. nos, cum videmus corpus determinatę quantitatis, & qualitatis moueri in loco ex ſe à parte determinata, non propter aliquid ab extra, nec ex quacunque parte ex partibus, & mouetur ſimul ad duas partes oppoſitas, ſententiabimus deciſiue ꝙ ſit viuens. Diximus autem non propter aliquid ab extra, quoniam ferrum mouetur ad magnetem, cum occurrit ei magnes ab extra, ac etiam qa mouetur ad eā à qualibet parte partium. Et, cū verificatum fuerit hoc, ergo corpora cœleſtia habent loca C quæ ſunt poli naturaliter: & impoſſibile eſt vt ſint poli præter illa loca. ſicut animalia, quæ ſunt hic, habent membra propria in locis propriis corporis, & in eorum operationibus propriis, & impoſſibile eſt vt ſint in aliis locis eorum, ſicut membra motus, quæ ſunt in locis determinatis animalis. poli autem ſunt ī animali circulari in gradu horum membrorum ſ. ꝙ ſunt membra motuum. Et nulla eſt differētia in hoc inter animalia rotundi corporis, & nō rotūdi, niſi ꝙ iſta membra differunt in animali non rotundo figura, & potētia, & in animali rotundo differunt potentia tantum: quare exiſtimatur in eis primo aſpectu ꝙ non differant, & ꝙ poſſibile ſit vt ſint poli in orbe, quæcunque puncta fuerint. Et quemadmodum, ſi aliquis dixerit ꝙ hic motus in hac ſpecie animalis, i. quæ eſt hic, poſſe eſt vt ſit in quocunq; loco eius, & ꝙ ſit in loco, vbi eſt in alia ſpecie animalium, eſt deridendum: quoniam datum eſt omni animali motū fieri in locis conuenientibus naturę illius animalis, aut in loco tali, & in alio nō poteſt fieri motus illius animalis: ſic eſt diſpoſitio in diuerſitate corporum cœleſtium in locis polorum ex eis. nam corpora cęleſtia non ſunt eadem ſpecie, plura vero numero, ſed ſūnt plura ſpecie, vt indiuidua animalium diuerſorum. licet non reperiatur illius ſpeciei niſi vnum indiuiduum tantum. Et hæc eadem reſponſio eſt, quę dicitur in reſponſione, quare cœli mouentur ad partes diuerſas. nam ex eo, quòd ſunt animalia, neceſſe eſt vt moueātur ex partibus determinatis, ſicut ē in dextro, & ſiniſtro, & ante, & retro quæ ſunt partes determinatæ in motu animalis, niſi ꝙ ſunt diuerſa in animalibus diuerſis figura, & potentia, & ſunt diuerſa in corporibus cęleſtibus potentia. & ideo poſuit Ariſto. ꝙ in cęlo ſit dextrum, & ſiniſtrū ante, & retro, & ſurſum, & deorſum. Diuerſitas autem corporum cœleſtium in partibus motuū eſt, quia differunt ſpecie: & eſt quid propriū eis, ſ. ꝙ differant ſpecies eorum propter diuerſitatem partium motuum eorum. † Et conſydera corpus cœleſte primū eſſe vnum animal, cui determi-

D E F

Corpa cęleſtia nō ſunt eadē ſpē Idem lib. d̄ ſubſtātia orbis, ca. 5. vide opp. 2. cœ. 49. & 59. cō. Vide cō. Zim.

† Corpus cęleſte e vnū aīal. vide infra diſp. 3. & 2. cœ. 42. 71. & 74.

G determinauit natura ſua ſeu ad ne-
ceſſitatem, ſeu ad bene eſſe, vt mo-
ueatur ſecūdum omnes partes ſuas
vno motu ab oriente in occidens: a-
lij vero orbes, determinauit natura
eorum, vt moueantur contra hunc
motum. & pars orbis totius, quā de-
terminauit natura, eſt melior omni
bus partibus, cū hic orbis fuerit me-
lior oībus orbibꝰ, & totis melius mo
bilibus oportet, vt ſit ei pars melior.
Et hoc totum declaratū eſt hic mo-
do rhetorico.: in locis autē propriis
declaratum eſt demonſtratiue. ſi er-
go dilexeris eſſe ex hominibus de-
H monſtrationis, perquire ea in loco
proprio. Et, cùm ſciueris hoc, non
erit tibi difficiſe debilitare rationes
quibus ratiocinatus eſt Alga. cū fue
rint duo motus diuerſi ſimiles in cō
paratione ad quemlibet orbem or-
bium cęleſtium, & in comparatione
ad id, quod eſt hic. quoniam appa-
ret primo aſpectu ꝙ motus orienta-
lis poſſit eſſe aliis præter orbem pri-
mum, & ꝙ motus occidentalis poſ-
ſit eſſe ei. & hoc (vt diximus) eſt, vt
ſiquis imaginatus fuerit ꝙ pars mo
tus in Cancro ſit pars motus in ho-
I mine. & non euenit hæc exiſtima-
tio de Cancro. & homine propter
diuerſitatem figurę in eis: euenit ve
ro orbibus cœleſtibus, quia ſunt cō-
cordes in figura. & qui conſydera-
uerit in aliquo facto factorum, non
declarabitur ei ſcientia eius, niſi cū
declarata fuerit ei ſcientia intenta
in illo facto, & finis intētus in eo. &
cum non ſciuerit omnino ſciētiam
eius, poſſe erit vt exiſtimet ꝙ poſſe
ſit reperiri hoc factū, licet ſit in qua-
cunque figura fuerit, & in quacunq;
quantitate, & quocunque ſitu par-
tium, & in quacunque compoſitio-
ne. hoc idem euenit Loquentibus K
de corpore cœleſti. Et omnia iſta
ſunt cogitationes primo aſpectu, &
ſicut qui opinatus fuerit hoc in fa-
ctis ignorat facta, & factorem, ſed ha
bet in eis opiniones non veras, ſic ēt
eſt diſpoſitio in creatis. Et aduerte
huic radici, & non acceleres in iudi-
cādo creaturas Dei glo. primo aſpe-
ctu, & eris ex eis, de quibus dicitur,
tu es prope os eorum, & longe ab in-
terioribus. Illuminet Deus glo. o-
culos noſtros lumine ſcientiæ ſuæ,
& auferat à nobis velamina ignorā-
tiæ. nam ipſe eſt tribuens ſcientias: L
& notitia operationum propriarū
corporum cęleſtium eſt noticia fa-
cientis ea, quem inſpexit Abraam.
requieſcat in pace, cum dixerit fa-
ciens cęlum, & terram: & nos tranſ-
feramus ad ſermones Algazelis in
motibus.

ALGAZEL.

AIt Alga. Secundum vero con-
ſequens conſyderatur ex par-
te diuerſitatis motuum orbium: ali-
qui quidem ex oriente in occidens,
& aliqui econtra, &c. vſque ad poſſi-
bile eſt aduerſario afferre rationes
diuerſitatis in rebus, & diſpōnibus. M

AVERROES.

AIt Auer. Non latet aūt te Rhe-
torica in hoc ſermone, ex eo,
quod præceſſit, ac etiam eius reſpō-
ſio, & ꝙ hoc totum eſt eius, qui non
intelligit naturas illas excelſas, & o-
perationes nobiles, quæ fiunt ex eis
& aſſimilat ſcientiam Dei glo. ſcien
tiæ hominis ignorantis. Et, cum di-
xit, ſi autem dixerint duę partes op-
poſitæ ſunt contrariæ, & quomodo
fient æquales, dicimus ꝙ hoc eſt, ſi-
cut id, quod dicitur, ꝙ ante, & poſt
in inuentione mundi ſunt contra-
ria, &

A ria, & quomodo ponitur aſſimilatio eorum. Id autem, quod exiſtimauerunt, ꝙ ſit notum eſſe ſimilitudinẽ horarum diuerſarum in comparatione ad poſſibilitatem eſſendi, & ad omne congruum, quod imaginatur poſitio eius in eſſe, & ſic etiã eſt nota ęqualitas diſpoſitionum, & ſituum, & locorum, & partium in comparatione ad congruum ei, illud eſt ſermo manifeſti erroris ex ſe, nam, ſi conceſſum fuerit ꝙ poſſibilitas eſſe hominis, & priuationis ſit ęqualiter in materia, ex qua cauſatus eſt homo, & ꝙ hoc ſit ratio ad

B probandum ꝙ ſit inclinans faciens eſſe, & non priuationem, tunc non eſt poſſibile imaginari ꝙ poſſibilitas videndi, & non videndi ipſius oculi ſit æqualiter. nam nemo poteſt ponere ꝙ partes oppoſitę ſint ęquales, ſed debet ponere ꝙ recipiens ea eſt indifferens, & ſequuntur ex eis operationes indifferentes. & ſic ante, & poſt, quæ ſunt ſimilia, ex eo ꝙ hoc eſt ante, hoc vero poſt, poſſibile eſt tamen vt ponatur ꝙ ſint ſimilia circa receptionem eſſe. Attamen hoc totum non eſt verum. nam qđ

C ineſt oppoſitis, eſſentialiter eſt, vt recipiẽtia eorum ſint diuerſa: ꝙ autem recipiens actionem contrariorum ſit vnum in vna hora hoc eſt impoſſibile. Philoſophi autẽ non tenent poſſibilitatem eſſe rei, & priuationis æqualiter in vna hora. ſed tempus poſſibilitatis eſſe eſt aliud a tempore priuationis, & hora apud eos eſt conditio requiſita in innouatione eius, quod innouatur, & in corruptione eius, quod corrumpitur. Si autem eſſet tempus poſſibilitatis eſſe rei, & tempus priuationis idem, ideſt ĩ materia rei propinqua

D erit eſſe eius corruptio poſſibilitatis priuationis eius, & erit poſſibilitas eſſe, & priuationis ex parte agentis, non autem ex parte recipientis. Et ideo, qui conatus eſt ex hac via affirmare agens eſt ſermo ſufficiens, tamen eſt rhetoricus, & topicus, non demonſtratiuus: licet exiſtimatum fuerit in Alfarabio, & Auicenna ꝙ ipſi proceſſerint hac via ad probandum ꝙ omnis actio habeat agens. & eſt via, qua non proceſſerunt Antiqui: & profecto ſecuti ſunt iſti duo viri in hoc Loquentes noſtræ gentis.

E Attamen quo ad innouationem totius apud tenentem innouationem eius non imaginatur quidẽ in eo antecedẽs, nec ſubſequens. qm̃ antecedens, & ſubſequens in horis imaginantur in comparatione ad inſtans pręſens: &, cum non fuerat ante creationem mundi apud eos tẽpus, quomodo imaginatur vt præcedat inſtans ipſum, in quo creatus eſt mundus? & non poteſt demonſtrari hora ĩ creatione mundi: quoniam antea aut non fuerat tempus, aut fuerat tempus infinitum: & ambobus modis non demonſtratur ei hora propria, in qua pendeat volun-

F tas. & ideo hic liber nomẽ propriũ ſibi congruum præ cæteris eſt Deſtructio ſimpliciter, non deſtructio philoſophandi. nam quod facit adipiſci incumbentem ei eſt deſtruere, & deuaſtare ſententias. Et, cum dixit, ſi autem fuerint ei poſſibiles rationes diuerſitatis cum ſimilitudine, conueniunt aduerſario rationes diuerſitatis in rebus, & diſpoſitionibus, i. ſi verificatum fuerit Philoſophis ponere diuerſitatẽ in partibus motuum, verificatur etiam aduerſario ponere diuerſitatem in tempori-

G bus cum credulitate ſimilitudinis in eis. Attamen hæc eſt contradictio ſecundum ſermonem dicentis, non ſecundum rem ipſam, cum cōceditur proportio inter partes oppoſitas, & tēpora diuerſa. & huic cōtradicit proportio in hac mutatione tēporum, & partium. & aduerſario eſt ponere æqualitatem inter eos in ratione diuerſitatis, aut ratione ſimilitudinis, quare omnia iſta ſunt ſermones topici.

ALGAZEL.

AIt Alga. Dubitatio autem Secunda pro radice rationis eo-
H rum eſt vt dicatur, vos negatis emanationem prouenientem ab antiquo, & tamen impoſſibile eſt vobis abſque cōfeſſione eius. Nam in mūdo ſunt innouationes, & habent cauſas. ſi autem innouationes illæ proceſſerint ad alias īnouationes, & ſic in infinitum, eſt falſum. & hoc non eſt id, quod cogitet aliquis intelligens. Si autem hoc eēt poſſibile, eritis abſque neceſſitate concedendi agens, & affirmare neceſſarium in eſſe, quod eſt ſuſtentaculum innouationum poſſibilium. &, cum inno-
I uationes habuerint extremitatem, ad quam deueniat proceſſus earū, tunc illa extremitas erit antiquum ipſum. ergo non euadet ſecundum radicē veſtram, quin permittamus emanationem innouati ab æterno.

AVERROES.

AIt Auer. Si vellent Philoſophi ponere ens antiquum in eſſe ꝓpter ens, quod īnouatur, hoc modo inferēdo rationem, ſcilicet ſi poſuiſſent ꝙ innouatū, in eo ꝙ eſt innouatum, emanat ab æterno, tunc eſſet eis refugium exonerandi ſe à dubitatione in hac diſputatione.

Sed debes ſcire ꝙ Philoſophi ꝑmittunt eſſe īnouatum ab innouato in infinitum per accidens, cum fuerit hoc reiteratum in materia comprehenſa finita: vt ꝙ ſit corruptio corrupti in eis conditio requiſita in eſſe ſecundi tantum. ver. g. quoniam eſt neceſſe apud eos vt homo ab homine generetur, cum conditione, ꝙ corrumpatur homo præcedens, ita ꝙ ſit materia, ex qua generetur tertius. verbi gratia ꝙ imaginentur duo homines, quorum primus fecit ſecundum ex materia hominis corrupti: &, cùm fuerit homo ſecūdus, ipſemet homo primus corrumpit, L
& facit homo ſecundus ex materia eius hominem tertium, iterum corrumpitur homo ſecundus, & facit ex materia eius homo tertius hominem quartum. Nam poteſt imaginari in duabus materiis poſſe fieri actionem in infinitum, abſq; eo ꝙ ſequatur inde falſitas. & hoc tantū, quantum remanet agens. &, cū hoc agens non fuerit ei principium, nec finis in eſſe ſuo, tunc hec actio non habebit principium in eſſe ſuo, nec finem, vt declaratum eſt ſuperius. Et ſic accidit imaginari in eis in tēpore præterito, ſ. cū pręceſſerit ho- M
minem homo, qui eum fecerit, & hō corruptus, & ante hominem illum homo, qui eum fecerit, & homo corruptus. nam omne tale, cum ſuſtentatur in agente antiquo, tunc eſt in natura circuli, in quo impoſſibile eſt eſſe quid totum. Si vero fuerit homo ab homine ex materiis infinitis, & poſſibile eſt vt addātur additione infinita, tūc eſt falſum: quoniam eſſet poſſibile reperiri materiam infinitam, & reperiretur quiddam totū, quod nō finiretur: quoniam,

A niam, ſi reperiretur totum finitum additum additione infinita, abſque eo, ꝙ corrũpatur aliquid eius, tunc erit poſſibile, vt reperiatur totum, quod non finitur: & hoc eſt, quod iam probauit Ariſt. in lib. Phyſi. ergo modus, quo probauerunt Antiqui ens antiquum, quòd non moueatur omnino, non eſt ex parte eſſe innouatorum ab eo, in eo ꝙ ſunt innouata, ſed in eo ꝙ ſunt antiqua in genere. Et conueniens apud eos eſt, quòd hic proceſſus in infinitum ſequat̃ ab ente agente antiquo: quo-B niam innouatum neceſſe eſt vt ſequatur per ſe à cauſa innouata. Sed modus, quo poſuerũt Antiqui, quo ad eſſe ens æternum vnum numero, abſque eo, quòd recipiat aliquã ſpeciem mutationis, ſed duo modi: quorum Vnus eſt, quoniam inuenerunt hoc eſſe circulare antiquum, inuenerunt enim generationem hominis, qui reperitur nunc, eſſe corruptionem præcedentis, & generationem huius corruptionem præcedentis, & ſic corruptionem eius, qđ corrumpitur ex eis, inuenerunt eſſe generationem ſubſequentis: & intulerunt de neceſſitate quòd hæc mu-C tatio antiqua ſit à motore antiquo, & moto antiquo, non mutabili ex ſe, ſed quod mutatur tantum in loco ſecundum partes, ſcilicet appropinquando quibuſdam generatis, & diſtando. & hoc erit cauſa corruptionis corrupti ex eis, & generationis generati: & illud eſt corpus cęleſte. & hoc quidem corpus eſt ens, nõ mutabile: & ipſum eſt cauſa innouationum ex parte operationum ſuarum, quæ fiunt, & ipſum, ex parte cõtinuationis harum operationum ei ſ. non habens principium, nec finẽ, eſt ex cauſa non habente principiũ, D nec finem. Secundus autem modus, quo poſuerunt ens antiquum, non corporeum omnino, nec habẽs materiam, eſt, quia inuenerunt omnia genera motuũ deuenire ad motum in loco, & inuenerunt motum in loco deuenire ad mobile ex ſe à motore primo, non moto omnino, nec per ſe, nec per accidens: ſin autẽ, reperirentur motores, qui mouentur, ſimul infiniti: & hoc eſt falſum. Et oportet vt hic primus motor ſit æternus: ſin autem, non eſſet primus. Et, cum ſic fuerit, tunc omnis motus E in eſſe deuenit ad hunc motorem ꝑ ſe, non autem per accidens: & eſt id, quod reperitur cum omni moto in hora, qua mouetur. Eſſe autem mobile ante motorem, vt hominem generari ab homine, hoc eſt per accidens, non per ſe. Motor autẽ, qui requiritur in homine à principio generationis eius ad finem eſſe eius, eſt hic motor. & ſic eſſe huius motoris requiritur in eſſe omnium entium, & requiritur in conſeruatione eorum, quæ ſunt in cœlo, & terra, & reliquorum, quæ ſunt in medio. Et hoc totum nõ declaratur in F hoc loco demonſtratione, ſed ſermonibus, qui ſunt de genere huius ſermonis, & ſunt magis ſufficientes, quàm ſermones aduerſarii ei, qui confitetur veritatem. Et, cum declaratum fuerit tibi hoc, non indiges euaſionibus, quibus tuetur ſe Alga. à quæſtione Philoſophorum circa modos dubitationum contra eos in hac diſputatione: quoniam ſunt euaſiones diminutæ. nam, cùm non fuerit ſibi declaratus modus, quo poſuerunt ens æternum in eſſe, nõ erit declaratus ei modus euaſionis eorũ

G ex eſſe innouati ab æterno. & hoc eſt, ſicut diximus, mediãte eo, quod eſt æternum ex ſe, ſed generabile, & corruptibile ꝓpter motus ſuos particulares, non propter motum vniuerſalem circularem, ſeu mediante eo, quod eſt paſſionis æternæ in genere, ſ. non habens nec principium, nec finem. Sermo autem Alga reſpondet pro Philoſophis. Si autem dixerit, nos equidem non negamus emanationem innouati ab antiquo idest quodcunq; innouatum fuerit, ſed negam⁹ emanationem innouati ab antiquo, quod ſit caput innouatorum ab antiquo. poſtquam nõ H diſtinguitur hora innouationis ab ea, quę fuerat antea circa inclinationem modi eſſendi, non ex eo, quòd imaginatur hora, nec inſtrumentũ, nec conditio, nec natura, nec accidẽs nec cauſa cauſarum, quæ cauſat aliquam rem. Cùm autem non fuerit hoc innouatum primũ, ipſum poteſt eſſe vt emanet ab eo cum innouatione alterius rei de diſpoſitione ſubiecti recipientis, ſeu aduentu horæ conuenientis, aut eò ꝙ currit ita hoc curſu naturali. Et, quia reſpõdit eis Alga. hac reſponſione, dixit, I reſpondens eis, interrogatio autem de aduentu diſpoſitionis, aut aduẽtu horæ, & omni, quod innouatur in eo;, eſt conueniens, & aut procedet in infinitũ, aut perueniet ad antiquum, ex quo erit innouatum primum. Attamẽ nos dicimus quòd hęc interrogatio eſt, quam interrogauit primo: & hæc ſpecies cõſequẽtiæ eſt illa, quam intulit contra eos, ad tenendum ꝙ emanet innouatum ab æterno. &, quia reſpondit ei reſponſionibus non congruis interrogationi, & eſt permittere innouatũ ab æterno, non autem innouatum primum, ideo reiterauit quæſtionẽ eis. Sed reſponſio huius quæſtionis eſt id, quod præceſſit de modo emanationis innouati ab antiquo primo, non in eo ꝙ eſt innouatum, ſed in eo ꝙ eſt æternum, ex eo ꝙ eſt æternum ſecundum totum, innouatum vero ſecundum partes. nam oẽ agens æternum apud eos, ſi emanauerit ab eo innouatum per ſe, nõ eſt antiquum primum apud eos. & actio eius apud eos ſuſtentatur antiquo primo. ſ. aduentus conditionis actionis antiqui, quod non eſt primum, ſuſtentatur antiquo primo, eo modo, quo ſuſtentatur innouatum ab antiquo primo: & eſt ſuſtẽtatio, quæ eſt ſecundum totum, nõ ſecundum partes. Deinde adduxit reſponſionem pro Philoſophis in eo, quòd ipſe imaginatus fuit partim imaginationem opinionis eorum: & eſt ꝙ non poteſt imaginari innouatum ab antiquo, niſi mediãte motu circulari, q̃ aſſimilatur antiquo, ex eo ꝙ non habet principium, nec finem: & aſſimilatur innouato quia omnis pars ei⁹ imaginatur generata, & corrupta: & hic motus ex innouatione partium eius erit principium innouationum, & erit in æternitate vniuerſitatis ei⁹ actio æterna. D. d. circa dubitationem huic modo, quo emanat innouatũ ab antiquo primo ſm opinionẽ Philoſophorum, & dixit eis, motus circularis aut eſt innouatus, aut antiquus. Si aũt eſt antiqu⁹, qũo poſſit eẽ principium primũ innouatorũ? Si vero innouatus, tũc indiget innouante, & ꝓcedet res in infinitũ. Si vero dixerint ꝙ ipſe aſſimilat᷑ antiquo aliquo modo, & aſſimilat᷑ innouato aliquo

K

L

M

modo

A modo : nã aſſimilat' antiquo , ex eo ꝙ eſt permanẽs,& aſſimilat' innouato,ex eo ꝙ innouat'. Dicimus vtrum ſit principium innouatorum , ex eo ꝙ eſt permanens , aut ex eo ꝙ eſt innouatus. Si aũt ex eo ꝙ eſt permanẽs, igit' emanat aliquod innouatum ex aliquo,ex eo ꝙ eſt ꝑmanẽs . Si vero emanat ab eo, ex eo ꝙ eſt innouatus,ergo indiget eo, qđ faciet innouationem, & ꝓcedet hoc in infinitum . & hæc eſt diſpõ ſermonis eius . Et eſt ſermo ſophiſticus . qm̃ nõ emanat ab eo innouatum , ex eo ꝙ eſt ꝑmanens,ſed emanat ab eo,ex B eo,ꝙ ẽ ĩnouatus . ſed ipſe nõ indiget cã innouãte. qm̃ innouatio eius nõ eſt noua,ſed eſt operatio antiqua. ſ. abſq; principio,& abſq; fine . & neceſſe eſt vt agens huius ſit agens antiquum : qm̃ actio antiqua eſt ab agente antiquo, & innouata ab agente innouato: motus autem intelligitur de antiquitate eius , ꝙ non hẽat primum,nec vltimũ. & hoc eſt, qđ intelligitur de permanentia eius. nã motus nõ eſt permanens,ſed eſt ſucceſſiuus .&,quia Alga. conſyderauit hoc,dixit eis in euaſione ab hac cõ- C ſequentia,eſt ſpecies induſtriæ reiterata quibuſdam quæſtionibus.

ALGAZEL.

Ait Alga. Secunda autem rõ eorũ ĩ hac diſputatiõe ẽ, qm̃ exiſtimauerunt ꝙ dicens mundũ poſtponi Deo glo. & Deũ glo. præcedere eũ , vſq; ad,& , cum neceſſe fuerit antiquitas tpis,& eſt prolatio mẽſuræ motus,ſequitur antiquitas motꝰ . &,cum ſequitur antiquitas motus, ſequitur antiquitas moti.

AVERROES.

Ait Auer. Via autem proceſſus ſermonis,quẽ recitauit de eis, non eſt demonſtratiua. & ſumma eius eſt ſi Deus glo . præceſſerit mundum,aut erit prior cauſalitate , non tpe,ſicut prioritas hominis reſpectu vmbrę ſuę:aut erit prior tpe, vt prioritas ædificatoris reſpectu parietis . Si autem fuerit prior prioritate hominis reſpectu vmbræ ſuæ : & Deus eſt antiquus : ergo mundus eſt antiquus. Si vero fuerit prior prioritate tpis,ſequitur vt ſit præcedens mundum tempore non habente principium,& erit tempus antiquum. nã, cũ ante tempus fuerit tempus, non poteſt imaginari innouatio eius. &, cùm tempus fuerit antiquum , ergo E motus eſt æternus : qm̃ non imaginatur tempus,niſi in motu : &,cum motus fuerit æternus , erit motũ in eo æternum,& motor eius de neceſſitate æternus . Attamen hæc demonſtratio non eſt vera: quia Deus glo. non eſt ex eis, quorum natura eſt eſſe in tpe : mũdus vero eſt cuius natura eſt eẽ in tpe . & non eſt vera apud eos proportio æterni ad mundum , ita ꝙ aut erunt ſimul , aut eſt ante eum tempore,ſeu cã . æternum enim non eſt ex eis, quorum natura eſt eſſe in tempore : mundi vero F natura eſt eſſe in tempore.

ALGAZEL.

Ait Alga. Dubitatio autem eſt vt dicatur ꝙ tempus ſit innouatum, & creatum , & non eſt ante id tempus omnino . Et dictum noſtrum, ꝙ Deus glo. ſit ante mundũ , & tp̃s,eſt ꝙ ipſe fuerat, & nõ fuerat , mũdus , nec tp̃s : deinde fuit & cũ eo mũdus,& tp̃s. Et dictũ noſtrũ, nãq; fuit, & non erat mundus, nec tempus,eſt eſſe ſubſtantia creatoris, nec priuatio ſubſtãtiæ mundi. Et dictũ noſtrum, fuit & cum eo mũdus , eſt

G eſſe duarum ſubſtantiarum tantū, & præceſſio eſt ſeparatio in eſſe tantum, & mundus eſt vt vnum indiuiduum. Si autē dixerimus, fuit Deus glo. & non aliud, exempli gratia poſtea fuit Deus, & aliud, non importat dictio niſi eſſe ſubſtantiæ, & priuationem ſubſtantiæ, & vlterius eſſe duarum ſubſtantiarum. & non eſt de neceſſitate huius conſyderare rē tertiam, & eſt tempus. & licet imaginatio non quieſceret, niſi conſyderaret rem tertiam, & eſt tempus, tamen inſpicias fallacias imaginationis.

AVERROES.

H AIt Auer. Hic ſermo eſt ſophiſticus, & corruptus. quoniam iam facta eſt demonſtratio ꝙ ſunt hic duæ ſpecies ipſius eſſe, quorum vnum eſt in natura motus, & hoc nō euadit à tempore: & aliud nō eſt in natura motus, & hoc eſt æternū, & nō denominatur tempore. id autem, quod eſt in natura motus, eſt ens notum ſenſu, & intellectu: eius vero, quod non eſt in natura motus nec in mutatione, iam facta fuit demonſtratio de eſſe eius apud omnes confitentes ꝙ omne motum habet motorem, & omne actum habet agens, & ꝙ cauſæ mouentes altera alteram non procedunt in infinitum, I ſed perueniunt ad cauſam primam, quæ non mouetur omnino. & facta fuit etiam demonſtratio ꝙ id, quod non eſt in natura motus, eſt ſupra eſſe eius, quod eſt in motu, & facta ēt eſt demonſtratio ꝙ ens, quod eſt in natura motus, non euadit à tempore, & ꝙ ens, quod non eſt in natura motus, non euenit ei tempus omnino. Et, cum ſic fuerit, tunc præceſſio vnius eorum alteri, i. eius, quod non euenit ei tempus, nō eſt prioritas temporalis, nec prioritas cauſę ī cauſato, quæ ſunt de natura entis, quod mouetur: vt eſt prioritas hominis reſpectu vmbræ ſuæ. Et ideo qui aſſimilauerit præceſſionem eſſe non moti moto præceſſioni eē duorum motorum vnius quidem reliquo, errauit. nam quælibet duo entia huius generis, cum aliquod eorum conſyderatum fuerit in comparatione ad ſecundum, tunc verificabitur de eo dicere aut erūt ſimul, aut ante id, ſeu poſt id tempore. & q proceſſerūt hac via ex Philoſophis, ſunt poſteriores Maurorum, propter paucitatem intelligentiæ eorū in opinionibus Antiquorum. ergo præceſſio vnius duarum entitatum reliquæ eſt præceſſio eſſe, quod non mutatur, nec eſt in tempore, eē mutabili, quod eſt in tempore, & eſt alia ſpecies præceſſionis. &, cū ſic fuerit, non verificatur de his duabus entitatibus, nec ꝙ ſint ſimul, nec quòd vna earum præcedat aliam. Sermo autem Alga. ꝙ præceſſio Dei glorioſi mundo non eſt præceſſio temporalis, ſed poſtponitur ei mundus, eſt ſermo verus: ſed non intelligit retardationem mundi ei, cū non fuerit præceſſio eius temporalis, ſed retardationem cauſati reſpectu cauſæ. nam poſtpoſitio opponitur præceſſioni: & oppoſita ſunt in eodem genere de neceſſitate, vt declaratum eſt in ſcientijs. Et, cum non fuerit pręceſſio temporalis, non erit poſtpoſitio temporalis. Et contingit huic etiā dubitatio præcedens, & eſt quomodo poſtponitur cauſatum cauſæ, quę perfecte habet conditiones agentis. Philoſophi autem, quia poſuerunt ꝙ ens mobile, vniuerſalitas eius non habet principium, non

accidit

A accidit eis hæc dubitatio: & poſſunt dare modum emanationis entium innouatorum ab ente æterno. Et ex rationibus eorum ad probandum ꝙ ens mobile non habet principiũ, nec innouationem quò ad vniuerſalitatem eius, eſt quoniam, cũ fuerit poſitum innouatum, poneretur ens repertum, antequã reperiretur. Innouatio enim eſt motus: & motus neceſſario eſt in moto, ſiue ponatur motus in tempore, ſiue in inſtanti. Vlterius omne innouatum eſt poſſibilis innouationis, antequã innouetur: licet etiam Loquẽtes excitentur etiam in hac radice, & in po
B ſterum loquemur de ea cũ eis: poſſibilitas autem eſt paſſio neceſſaria paſſionũ entis mobilis, & ſequitur neceſſario, ſi ponať innouata, vt reperiatur, antequã reperireť. & hoc totum eſt ſermo topicus in hoc loco, niſi ꝙ eſt magis ſufficiens verbis hominum. Sermo autem Alga. ſi aũt eſſet Deus glo. & nõ aliud exempli grã, deinde fuit Deus cũ alio, nõ importat hæc dictio niſi eſſe ſubæ, deinde fuerunt duo, & nõ eſt de neceſſitate huius conſyderare rem tertiam, & eſt tps, eſt ſermo verus, niſi
C ꝙ ſequitur vt ſit retardatio ſua ei nõ retardatio temporalis per ſe: ſed, ſi fuerit, eſt per accidens, cum tempus præceſſerit ſubſequens, ſ. ex neceſſitate pręceſſionis temporis, & ipſum eſſe inouatum: mundus autem nõ euenit ei hoc de neceſſitate, niſi eſſet pars moti, quã excedit tps ex extremitatibus eius: vt accidit Moyſi, & aliis hominibus gñabilibus & corruptibilibus. Et hoc totum non eſt declaratum hic demonſtratiuè. qđ vero declaratum eſt hic, eſt ꝙ cõtradictio non ſit vera: & quod recitauit ipſe poſtea de rationibus Philoſophorum, non eſt verum. D

ALGAZEL.

AIt Alga. Reſpondens pro Philoſophis. Si autẽ dixerit ꝙ dictum noſtrum, ꝙ fuit Deus glo. & non mundus, habet intelligentiam tertiam præter eſſe ſubſtãtiæ, & priuationem mundi ratione. quoniã, ſi nos cõſyderabimus priuationem mundi in futurum, tunc proueniret eſſe ſubſtantiæ, & priuatio ſubſtantiæ. & non eſt verũ dicere Deum, & non mundũ: ſed cõueniens eſt dicere erit Deus, & non mundus: & dicere in præteritum fuit Deus, & non E mundus. & erit differentia inter dicere noſtrum fuit, & erit, qm̃ non erit id, quod intelligitur de vno, id, quod intelligitur de alio, & perſcrutabimur nunc in quo conſiſtit differentia. Et nõ eſt dubium ꝙ ipſi non differunt in eſſe ſubſtãtię, nec in priuatione mundi, ſed in re tertia. nã cũ nos dicimus de priuatione mũdi in futurum, fuit Deus glo & nõ mũdus, diceť nobis ꝙ hic eſt error. fuit enim dicitur de pręterito, & ſignificauit ꝙ ſub dictione fuit, eſt intelligentia tertia, quę eſt in ſe trãſiens: & tranſiens ex ſe eſt tempus, & tran- F ſiens ex alio eſt motus, qui tranſit tranſeunte tempore: ergo de neceſſitate ſequitur vt ante mundũ ſit tẽpus, quod completum eſt, vſque quo peruenerit ad eſſe mundi.

AVERROES.

AIt Auer. Intẽtio huius ſermonis eſt ad notificandum quod in ſermone dicẽtis fuit ſic, & nõ ſic, deinde fuit, ſic & ſic, eſt intelligentia tertia: & eſt tempus, quod ſignificauit illa dictio, fuit in ratione differẽtiæ

G ferentiæ intelligentiæ huius rei in
præterito, & futuro: nam nos, cum
conſyderauerimus eſſe alicuius rei
cũ priuatione alterius, dicimus eſt
ſic, & non ſic, & mutatione amba-
rũ intelligentiarum determinatur
ꝙ ſit hic res tertia. ſi autem, cum di-
cimus fuit ſic, & non ſic, non ſignifi
caret illa dictio, fuit, aliquid, non eſ-
ſet differentia inter dicere noſtrum
fuit, & erit. Attamen hoc, quod
dixit, non totum eſt notum per ſe.
non eſt dubium in eo circa compa-
rationem entium adinuicem in prę
ceſſione, & poſtpoſitione: quando-
H quidem fuerint ex eis aliqua, quo-
rum natura eſt eſſe in tempore. cũ
vero non fuerint in tempore, illa di
ctio fuit, & ſimilia ei nõ gnificant
in iſtis propoſitionibus, niſi copula
tionẽ recitationis recitato, ſicut di-
cim⁹, & fuit Deus pius, & miſericors,
& ſic, ſi vnum eorum fuerit in tem-
pore, & aliud non in tempore, ſicut
dicimus, fuit Deus, & non mundus,
deinde fuit Deus, & mundus. Qua-
re nõ eſt cõueniens his entibus hęc
comparatio, de qua exemplificauit.
Verificatur tamen comparatio veri-
I ficatione indubitata, cum ſit com-
paratio priuationis mundi ad eſſe
eius: quoniam priuatio eius de ne-
ceſſitate eſt vt ſit in tempore, ſiqui-
dem eſſe mundi fuerit in tempore.
& cum impoſſibile eſt vt ſit priua-
tio mundi in horamet eſſe mundi,
ergo eſt de neceſſitate antea, & pri-
uatio id præcedit, & mundus poſt-
ponitur ei, qm̃ prius, & poſterius in
motu nõ intelligunt̃, niſi cum tpe.
Et qđ ingreditur in hunc ſermonẽ
de inuolutione, eſt quia accepta eſt
comparatio inter Deum, & mun-
dum. & hac via tantum deſtruitur
hic ſermo: & nõ erit demõſtratiuus, K
ſ. quẽ recitauit Alga. ꝑ philoſophis.

A L G A Z E L.

AIt Alga. Reſpondens Philoſo
phis pro Loquentibus, in con
tradicẽdo huic ſermoni, dicimus ꝙ
intelligentia radicalis ambarum di-
ctionum eſt eſſe ſubſtantię, & priua
tio ſubſtãtię. & res tertia, qua eſt co-
pulatio dictionum, eſt proportio ſe
quẽs reſpectu noſtri. & ratio huius
eſt, qm̃ nos, ſi conſyderauimus pri-
uationem mundi in futurum, & vl-
terius conſyderabimus poſt hoc eſſe
ſecũdum, iam diceremus apud hoc
fuit Deus, & non mundus. & verifi- L
cabitur ſermo noſter, ſiue ſi intelle-
xerimus de eo priuationem primã,
ſiue priuationem ſecundam, quæ
eſt poſt eſſe. ſi autem in hoc fuerit
proportio ad futurum, poſſibile eſt
vt conuertatur in pręteritũ, & pro-
ferant eum cũ dictione præteriti, &
hoc totũ propter defectum imagi-
nationis in imaginãdo aliquod ens
incipere, niſi cõſyderauerit ei aliqd
ante. & hoc præcedens, à quo nõ po
teſt euadere imaginatio, reputatur
ꝙ ſit res vera in eſſe, & eſt tẽpus, &
eſt ſimile defectui imaginationis in M
cõſyderando finire corpus in parte
capitis, exempli gratia niſi ad ſuper-
ficiẽ ſuperiorem eius, & imaginatur
ꝙ vltra mundum ſit locus, aut ple-
nus, aut vacuus. Et, cum dicitur ꝙ
non ſit ſupra ſuperficiẽ mundi ſur-
ſum longinquius, defecit imagina-
tio obedire in hoc concedẽdo illud:
ſicut, cum dicitur ꝙ ante eſſe mũdi
nõ ſit aliquid pręcedens, & tñ eſt ve
rum, defecit in hoc concedere. Et,
qm̃ poſſibile eſt imaginationem fal
ſam fieri, cùm imaginatus fuerit ali
quis ſupra mundum eſſe vacuũ, qđ
eſt di-

A eſt dimenſio infinita; dicendo ei ꝙ vacuum non eſt intelligibile ex ſe: dimenſio vero eſt conſequens corpus, cuius diametri extendunt. &, cùm corpus habeat dimẽſiones, tũc dimenſio, quæ id perſequitur, eſt finita, & deciſio vacui, & pleni nõ eſt intelligibilis. & iam probatum eſt ꝙ vltra mundum non ſit vacuum, nec plenum, licet imaginatio non obediat in hoc concedendo. ſic etiã dicitur ſicut dimenſio localis cõſequitur corpus, ſic dimenſio temporalis motum. nam ipſa eſt extenſio motus, ſicut hęc eſt extenſio dimenſionum corporis. Et, ſicut probatio fi- B nitatis diametrorum corporis prohibet affirmationem dimẽſionis locis ſupra ipm, ſic probatio finitatis motus ex lateribus eius ꝓhibet imaginationem dimenſionis temporalis poſt ipſum, licet imaginatio inuoluatur in imaginationibus, & exiſtimationibus ſuis, & nõ obediat ei. Et nulla eſt differentia inter dimenſionem temporalem, cuius probatio diuiditur apud comparationẽ eius ad ſurſum, & deorſum: ſiquidẽ poſſe eſt affirmare ſurſum, quo non ſit ſuperius, ſic poteſt affirmari ante, ante C quod non ſit ante verum, non imaginabile, ſicut eſt in ipſo ſurſum. & hoc ſequitur, & aduerte huic, quia ipſi conuenerunt ꝙ non eſt vltra mundum vacuum, nec plenum.

AVERROES.

Ait Auer. Summa huius ſermonis ſunt duę quæſtiones: quarum Vna eſt ꝙ imaginari præteritum, & futurum, quæ ſunt ante, & poſt, ſunt duo reperta reſpectu noſtræ imaginationis. nã poſſibile eſt nobis imaginari futurum fieri præteritum, & præteritũ, quod fuit antea futurum. &, cùm ſic fuerit, ergo D præteritum, & futurum nõ ſunt ex rebus exiſtentibus per ſe, & non habent eſſe extra animam, ſed eſt res, quam operatur aĩa. &, cùm deſtruatur eſſe motus, deſtruitur intelligentia huius proportionis, & comparationis. Attamen reſponſio eius eſt ꝙ conſecutio motus, & temporis eſt vera: & tẽpus eſt aliquid, quod operatur intellectus in motu: ſed mot⁹ non deſtruitur, nec tempus, qm̃ nõ prohibetur eſſe temporis, niſi cum entibus non recipientibus motum: eſſe vero entium mobilium, ſeu cõſyderatio eſſe eorum euenit eis tempus neceſſario: quoniam non ſunt E hic, niſi duo entia. ſ. ens recipiẽs motum, & ens non recipiens motũ, & impoſſibile eſt vt conuertatur vnũ eorum ad reliquum, niſi eſſet poſſibile conuerti neceſſarium ad poſſibile. Si autem motus eſſet impoſſibilis, deinde reperiretur, tunc de neceſſitate conuerteretur natura entiũ non recipientium motum ad naturam recipientium motum. quod eſt falſum. & hoc eſſet, qm̃ motus eſt in re neceſſario. Et, ſi motus eſſet poſſibilis ante eſſe mundi, tunc res pręce- F dentes recipientes eſſent in tempore neceſſario: qm̃ motus eſt poſſibilis, in eo ꝙ recipit quietem, non autem in priuatione. in priuatione enim non eſt poſſibilitas omnino, niſi eſſet poſſibile vt priuatio deferret eſſe. & ideo impoſſibile eſt innouatio quin præcedat id priuatio. & non ẽ dubium ꝙ ſeparatur priuatio innouati in ſubiecto recipiente eſſe innouati, & remouetur ab eo priuatio, ſicut eſt in aliis contrariis. nam calidum, cùm ſit frigidum, nõ conuertitur ſubſtantia calidi in frigidum, ſed

G ſed mutatur ſubiectum recipiẽs à ca
lido in frigidum. Quæſtio autem ſe-
cunda,& fortior quidem earum, eſt
ſophiſtica, & corrupta. Et ſumma
eius eſt ꝙ imaginari præceſſionem
ante initium primi motus,ante quẽ
nõ fuit aliquod, quod mouetur, eſt
ſic ut imaginari ꝙ vnum corporum
mundi, & eſt ſurſum exempli gra-
tia,finit̃ neceſſario aut ad aliud cor-
pus,aut ad vacuum. nam dimenſio
eſt quid ſequens corpus, ſicut tẽpus
eſt quid ſequẽs motum. &, ſicut eſt
impoſſibile reperiri corpus infini-
tum, ſic impoſſibile eſt reperiri di-
menſionẽ infinitam.&, cùm impoſ-
ſibile ſit reperiri dimenſionem infi-
H nitam, impoſſibile eſt finiri omne
corpus,ad aliud corpus, aut ad ali-
quid,in quo conſyderatur eſſe dimẽ
ſionem: & eſt vacuum exempli gra-
tia, & procedet in infinitum: & ſic
motus,& tempus eſt quid ſequẽs ea.
Si autẽ impoſſibile eſt reperiri mo-
tũ pręteritum infinitũ, & fuerit hic
motus primus finitus in extremita-
te initij,impoſſibile quidem eſt repe
riri in eo ante. nam,ſi eſſet ei añ, re-
periretur ante primum motũ alius
motus. Attamen hæc quęſtio,vt di-
ximus, eſt turpis, & eſt ex locis per-
I mutationis ſophiſticis, ſi legeris ar-
tem ſophiſticam. & hoc quidem ꝑ
mutando iudiciũ ad quantitatẽ nõ
habentem ſitum, in qua non reperi-
tur totum,& eſt tempus,& motus,à
iudicio quantitatis habentis ſitũ, &
totum,& eſt corpus. & ponendo im
poſſibilitatem priuationis finiẽdi in
quantitate habente ſitum probatio
nem ꝙ ſit impoſſibilis in quantitate
non habente ſitum, & ponẽdo actũ
mẽtis in imaginando additionem,
in eo quod eſt in actu,eiuſdem con-
ſyderationis. Et hic eſt error manife K
ſtus. nam imaginatio additionis de
magnitudine reperta in actu, & ꝙ
neceſſe ſit vt finiatur ad aliã magni-
tudinẽ, non eſt quid repertũ in ſub-
ſtantia magnitudinis,nec aſſumitur
in definitione eius. Imaginatio ve-
ro præceſſionis, & poſtpoſitionis in
motu innouato eſt quid per ſe aſſũ-
ptum in definitione eius. nam im-
poſſibile eſt vt ſit motus innouatus
niſi in tempore,ſ ꝙ excedat tempus
initium eius. Et ſic impoſſe eſt ima-
ginari tẽpus hñs extremũ, quod nõ
ſit finis alterius tẽporis: poſtquã fue
rit definitio inſtantis ꝙ ſit res, quæ
eſt finis præteriti,& principium fu- L
turi. inſtans enim eſt pręſens: & præ
ſens eſt mediũ neceſſario inter præ-
teritũ,& futurũ. & imaginari inſtãs
præſens, ante quod non ſit præteri-
tum,eſt falſum. Et nõ eſt ſic in pun-
cto: nam punctum eſt finis lineę, &
reperitur cũ ea, quia linea eſt quie-
ſcens. & poſſibile eſt imaginari pun-
ctum,quod ſit principium lineæ, &
non ſit finis alterius lineę: inſtãs ta-
mẽ impoſſibile eſt vt reperiatur,nec
cum tempore futuro, nec cum præ-
terito, & eſt neceſſario poſt præteri-
tum,& ante futurum.&,cùm impoſ M
ſibile eſt ei vt ſit de ſe, impoſſe eſt vt
ſit ante eſſe futuri, abſq; eo ꝙ ſit fi-
nis temporis pręteriti.& cauſa huius
erroris eſt ſimilitudo inſtantis cum
puncto. Demõſtratio autem,ꝙ om-
nis motus innouatus ſit ante eum
tempus, eſt qm̃ omne innouatũ aut
non erit,& impoſſibile eſt in inſtan-
ti,in quo verũ eſt dicere ꝙ innoua-
tum ſit,ꝙ nõ ſit. remanſit ergo ꝙ ve
rũ eſt dicere de eo ꝙ non ſit in alio
inſtanti præter primum,de quo ve-
rum eſt dicere ꝙ ſit: & inter quęli-
bet

A bet duo inſtãtia eſt tempus mediũ: non.n.continuatur inſtans inſtãti, ſicut non continuatur punctum pũcto: & iã declaratum eſt hoc in ſcientijs: ergo ante inſtãs, in quo innouatus eſt motus, eſt tps neceſſario. nam cùm imaginemur duo inſtantia in eſſe, fit inter ea proculdubio tempus. ſurſum autem non aſſimilatur ipſi ante, vt dictum eſt in hoc ſermone, nec inſtans aſſimilatur puncto, nec quantitas habens ſitum aſſimilatur non habẽti ſitum. Qui aũt abuſiue permittit eſſe inſtans, quod non ſit
B præſens, aut præſens, ante quod non ſit præteritũ, ipſe negat tẽpus, & inſtans. ponendo inſtans tale, etiã præſupponit tempus non habens principium. & hæc poſitio contradicit ſibi ipſi. Quare impoſſibile eſt vt attribuatur eſſe præceſſionis in omni innouato imaginationi. nã qui negat præceſſionem, negat innouatum: &, qui negat ꝙ ſit ſurſum ipſi ſurſum, eſt ecõtra: qm̃ ipſe negat ſurſũ ſimpliciter. &, cũ auferatur ſurſum ſimpliciter, aufertur deorſum ſimpliciter. Et, cũ auferantur duo iſta, auferfertur graue, & leue. & nõ eſt actus imaginationis inconueniens in corpore
C rectarum dimenſionum, ꝙ neceſſe ſit vt finiatur ad corpus aliud, immo eſt neceſſarius. nam corpus rectarũ dimenſionum poſſibilis eſt ei additio: & cui poſſibilis eſt additio, id nõ habet terminũ naturaliter. Et ideo ſequitur vt finiãtur corpora recta ad corpus rotundum continens: qm̃ eſt completũ, cui impoſſibile eſt vt fiat additio, nec diminutio. Et ideo, cum acquirit intellect⁹ imaginari de corpore rotundo ꝙ neceſſe ſit finiri ad aliud præter id, tunc imaginatus eſt inconueniens, & falſum. Et hæc oĩa

non ſunt apprehenſa apud Loquentes, neq; apud eum, qui non incęperit ſpeculari ordine artificiali. Vlte- D
rius, qm̃ non ſequitur tẽpus motũ, ſicut ſequitur finitas magnitudinem: nã finitas ſequitur magnitudinem, quia eſt in ea, ſicut eſt accidens in ſubiecto ſibi appropriato, & demõſtratur tale demõſtratione ſubiecti ſui, & eſt in loco, vbi eſt ſubiectum ſuũ. & non eſt ſic in cõſecutione tẽporis motui, ſed conſecutio tẽporis motui magis aſſimilatur conſecutioni numeri numerato, ſ. ꝙ, ſicut non cõſyderatur numerus in conſyderatione E
numerati, & nõ multiplicat᷑ in multiplicatione eius, ſic eſt diſpoſitio tẽporis cũ motibus, & ideo eſt tempus vnum omni motui, & moto, & reperitur in omni loco, adeo ꝙ, ſi imaginati fuerimus homines carceratos à pueritia in vna ſpelunca terrę, determinabimus ꝙ iſti non apprehendũt tempus, eò ꝙ non apprehendũt aliquem motuũ ſenſibilium, qui ſunt in mundo. Et ideo tenet Ariſt. ꝙ eſſe motuum in tẽpore eſt ſimile præ oĩbus eſſe numeratorũ in numero. nam numerus non multiplicatur in multiplicatione numeratorũ, & nõ demonſtratur ei locus, cũ demõſtrã F
tur loca numeratorum. & videtur ei ꝙ propter hoc fuit proprietas eius menſurare motum, & menſurare eſſe entium, quæ mouentur, in eo quòd mouentur, ſicut numerus mẽſurat corpora eorum. & ideo dicit Ariſt. in definitione temporis quòd ſit menſura motus ſecũdum prius, & poſterius, quæ ſunt in eo. Et, cùm ſic fuerit, quemadmodum cùm poſuerimus numeratum quoddam innouatum, non oportet vt numerus ſit inouatus, ſed oportet, ſi fuerit

nume-

G numeratum, vt ſit ante id numerus, ſic oportet, ſi fuerit hic motus innouatus, vt ſit ante eum tempus. ſi autem innouatum fuerit tempus, cùm fuerit motus demonſtratus, quicunque ſit, tunc tempus apprehenditur cum motu illo. & hoc quidem facit te intelligere ꝙ natura tẽporis eſt remotiſſima à natura magnitudinis.

ALGAZEL.

AIt Alga. reſpondens pro Philoſophis. Si autem dicitur, hoc pondus eſt tortuoſum, mundus eñ non habet ſurſum nec deorſum, qa

H eſt rotundus, rotundum autem nõ habet ſurſum nec deorſum, ſed appellatur pars ſurſum id, quod eſt ꝓpe caput tuum, & deorſum, quod eſt ꝓpe pedẽ tuũ, & eſt nomẽ determinatũ in cõparatione ad te, & pars, q̃ eſt deorſum reſpectu tui, & ſurſũ reſpectu alterius, cũ imaginatus fueris eũ eẽ in alia parte rotũditatis terræ: & etiam planta pedis eius erit in oppoſitum plantæ pedis tui: imo pars, quam imaginatus es ſurſum ex partibus cœli die, eſt eadẽ ſub terra nocte: & quod eſt ſub terra, reuertitur ſupra terram circulariter. Primum vero in eſſe mundi non poteſt ima-

I ginari vt conuertatur vltimum. & eſt, quemadmodũ, ſi imaginati fuerimus lignum, cuius vna duaꝝ extremitatum ſit groſſa, alia vero ſubtilis, & deliberauerimus appellare partem groſſam contiguam ſubtili ſurſum ad locum, ad quem finitur: aliã vero partem deorſum, non videtur ex hoc eſſe differentia eſſentialis mũdo: ſed ſunt nomina diuerſa, q̃ ſunt ex diuerſa poſitione huius ligni, adeo ꝙ, ſi mutatur ſitus eius, non mutatur nomen: mundus aũt non mutatur: ergo ſurſum, & deorſum eſt proportio abſoluta tibi, & non mu- K tantur partes mundi, & ſuperficies eius. Priuatio autem præcedens mũdum, & finem primum, eſſe eius eſt ens eſſentiale, & nõ imaginatum vt recipiat permutationem, & fiat vltimũ, nec priuatio, imaginata à nobis ꝙ ſit corruptio mundi, quæ eſt priuatio eueniens, poteſt imaginari ꝙ fiat pręcedens: ſed extremitates finis mũdi, quarum vna eſt prima, & alia vltima, ſunt duę extremitates eſſentiales permanentes, & non poteſt exiſtimari permutatio in eis permutatione relatiui ad eas: & econtra eſt in diſpoſitione ſurſum, & deorſum. L

Quare poſſibile eſt nobis dicere ꝙ mundo nõ eſt ſurſum, nec deorſũ: & tamẽ impoſſibile eſt nobis dicere ꝙ eſſe mundi nõ habet ante, & poſt. &, cùm probatũ fuerit ante, & poſt, tunc nihil aliud eſt diſpoſitio temporis, niſi id, quod eſt eius per prius, & poſterius.

AVERROES.

AIt Auer. Hic ſermo reſponſionis Philoſophorum eſt in vltimitate ruinæ. Et ſumma eius eſt ꝙ ſurſum, & deorſum ſunt duo relatiua, quare euenit eis diſcurſus imaginatiuus: diſcurſus vero in añ, & poſt M non eſt imaginatiuus, qm̃ in eo non eſt relatio, ſed eſt intellectualis. Et diſpoſitio huius eſt, quoniã ſurſum, imaginatum in aliqua re, poſſibile eſt imaginari deorſum in re illa, & deorſum poteſt imaginari ſurſum. ſed in priuatione præcedente innouatum, quæ dicitur ante, non poteſt imaginari ꝙ ſit priuatio, q̃ eſt poſt innouatum, quę appellatur poſt. At tamen dubiũ poſt hoc remanſit eis. quoniam Philoſophi tenent ꝙ hic ſit ſurſum naturaliter, & eſt id, ad quod

A qđ moueť leue, & deorsũ nãliter,& eſt id ad qđ moueť graue. ſin aũt, eſſent graue & leue reſpectiue, & poſitione. & tenent ꝙ finis corporis, qđ eſt ſurſum, nãliter euenit ei in imaginatione finis aut ad vacuum, aut ad plenum. Sed hæc ratio opponitur ei apud Philoſophos duob9 modis. Primo quidem, qm̃ ipſi ponunt ſurſum ſimpliciter, & deorſum ſimpliciter, & tamen non ponunt primum ſimpliciter, nec vltimum ſimpliciter. Secundo vero, quia aduerſarius poteſt opponere ꝙ non eſt cauſa imaginationis ꝙ ſit ſurſum ipſi B ſurſum: & procedet hoc in infinitũ, ex eo ꝙ eſt relatiuũ. ſed accidit hoc imaginationi, qm̃ ipſe non apprehẽdit magnitudinem, niſi copulatam magnitudini, ſicut non apprehendit innouatum, quod non habeat præcedens. Et ideo permutatus eſt Alga. ex dictione ſurſum, & deorſum ad vltra, & extra: & dixit, reſpondens Philoſophis, ſed reſpondemus illi dictioni vltra mundum, & extra, & dicimus mũdo infra, & extra, &c. vſq; ad, & hæc eſt cauſa erroris. & deſtruxit in hac permutatione id, cum quo diſputauit cum Philoſophis in aſſimilatione finis in tempore fini magnitudinis. C nos autẽ iam declaraui mus modum fallaciæ in hac aſſimilatione, id quidem, quod ſufficit, & declarabimus ꝙ ſit quæſtio ſophiſtica. & nõ oportet id hic reiterare.

ALGAZEL.

Ait Alga. Ratio autẽ alia apud eos ad probandum æternitatem temporis. Dixerunt, non eſt dubium apud vos ꝙ Deus glo. poterat creare mũdum, anteq̃ creaſſet eum ſpacio centum annorum, aut ducentorũ, aut mille, & ſic in infinitũ. hæc autem ſpacia diſtinguntur menſura, & quantitate. Et impoſſibile eſt D quin affirmemus aliquid ante eſſe mundi extenſum, & mẽſuratum, cuius pars aliqua ſit durabilior, & longior alia. Et impoſſibile eſt quin affirmemus aliquid ante eſſe mundi, &c. vſq; ad ergo ante mũdum apud vos eſt aliquid habens quantitatem diuiſibilem, quod eſt tempus: ergo ante mundum eſt apud vos tempus.

AVERROES.

Ait Auer. Summa huius ſermonis eſt ꝙ, cũ imaginati fuerimus motum, inuenimus cũ eo ſpacium menſurans eum, quaſi ſit menſura eius. E motus vero eſt menſuratus, & inuenimus hoc ſpaciũ, & menſuram poſſe poni in eo motum longiorem motu poſito primo, & æqualem ei, & conuenientem cum eo. & ex hoc ſpacio dicimus vnum motum eſſe longiorem alio. &, cum ſic fuerit, & mundo ipſi fuerit ſpacium vnum apud vos à principio vſq; ad præſens, ponamus exempli gratia, quòd hoc ſit mille annorum, & qm̃ ipſe Deus glo. poterat creare añ hũc mundum alium mundum, tunc erit ſpacium, quod menſurat eum, longius ſpacio, quod menſurat primum mundum menſura determinata, F & ſic poteſt creare tertium ante iſtum ſecundum, & quilibet horũ mundoꝝ neceſſe eſt vt præcedat ad eſſe eius ſpacium, quo poteſt menſurare menſuram eſſe eius. &, cum fuerit hæc poſſibilitas in mundis, procedetur in infinitum, ſ. ꝙ poſſit eſſe añ mundum mundus, & ante mũdum illum alius mundus, & procedetur in infinitũ. ergo hic eſt ſpacium ante omnes mundos. & hoc ſpacium, menſurans omnes, impoſſibile eſt

G vt ſit priuatio: priuatio. n. non men-
ſuratur: & non erit niſi quantitas ne
ceſſario: nam menſurans quantitatē
eſt quantitas neceſſario. Igitur quan
titas menſurans eſt id, quod nos ap
pellamus tp̄s, & apparet ꝙ ſit pri⁹ eſ-
ſe oībus rebus, quæ imaginatæ ſunt
innouari, ſicut menſura debet eſſe
præcedens mēſurato in eſſe. Et quē-
admodū, ſi fuerit hoc ſpacium, qđ
eſt tempus, innouatū in innouatio-
ne primi motus, neceſſe eſt vt ſit an-
te id ſpaciū, quod eſt menſurans id,
& in eo eſt innouatum, & eſt quaſi
menſura ei: ſic neceſſe eſt vt ſit ante
H omnem mundum, cuius eſſe imagi-
natur ſpacium eum menſurans. Igi-
tur hoc ſpaciū non eſt innouatum:
nam, ſi eſſet innouatum, eſſet ei ſpa-
ciū id menſurans: nā oē innouatum
habet ſpaciū id menſurans, quod ap
pellatur tempus. Et hic eſt magis cō-
ueniens modus moderū, quibus po-
nitur hic ſermo: & eſt via Auicennæ
in probatione eſſe temporis. Atta-
mē eum intelligere eſt difficile, qm̄
omne poſſibile eſt ſpacium copula-
tum ei. & eſt locus quæſtionis, niſi
cùm cōceditur ꝙ poſſibilitates, quæ
ſunt ante mundum, ſunt de natura
I poſſibilitatis repertę in hoc mundo,
ideſt ſicut poſſibile quod eſt in hoc
mundo, de natura eius eſt vt eueniat
ei tempus, ſic poſſibile, quod eſt an-
te mundum. hoc tamen eſt manife-
ſtum in poſſibili, quod eſt in mun-
do, vnde poteſt imaginari ex eo eſſe
temporis.

ALGAZEL.

Ait Alga Dubitatio autem eſt,
quoniam hoc totū eſt ex ope-
re imaginationis. & magis cōueniēs
modorum, circa ablationem præ
ceſſionis tempori, eſt cùm dicimus
vtrum fuerat in poteſtate Dei crea- K
re orbem ſuperiorem in eleuatione
eius, maiorem eo, quo creauit eum.
Si autem dixerint non, ergo eſt defi-
ciēs. Si vero dixerint ſic, vt duo bra-
chia, vel tria, & ſic procedet in infini
tum, tunc in hoc eſt affirmare dimē-
ſionem vltra mundum habentē mē-
ſurā quantitatiuam. nam eleuatum
menſura duorum brachiorum, aut
trium occupabit locum maiorē eo,
quem occupabat aliud per duo bra-
chia, vel tria. ergo vltra mundum,
ſm̄ hoc, eſt quātitas determinās ha-
bentem, quantitatem, & eſt corpus,
aut vacuum: igitur vltra mundum L
eſt vacuum, aut plenum, &c. vſq; ad
& reſponſio noſtra, imaginando in
imaginatione exiſtimationem poſſi-
bilitatū temporaliū ante eſſe mun-
di, eſt ſicut reſponſio veſtra, imagi-
nando in imaginatione exiſtimatio
nem poſſibilitatum localium vltra
eſſe mundi.

AVERROES.

Ait Auer. Hoc conſequens ver
eſſet, cùm fuerit poſſibile ad-
dere menſuram corporis mundi in
infinitum. nam ſequitur ſecundum
hoc, vt reperiatur à Deo glo. aliquid
finitum, quod præcedent poſſibilita- M
tes quantitatiuę infinitę, &, cùm hoc
fuerit poſſibile in poſſibilitate ma-
gnitudinis, erit ēt poſſibile in poſſi-
bilitate tēporis, & erit tēpus finitum
in extremis ſuis, licet fuerint ante id
poſſibilitates temporales infinitæ.
Attamen reſponſio ei eſt, ꝙ imagi-
nari menſurā mūdi maiorē, ſeu mi-
norē ea, quę eſt, nō eſt verū, immo ē
impoſſibile: & nō ſequitur ex eo, ꝙ
hoc eſt impoſſibile, vt ſit imagina-
tio poſſibilitatis alterius mundi an-
te hunc mundū impoſſibilis, niſi na

tura

K A tura poſſibilis iam innouata fuerit: & non fuerant eſſe mundi niſi duæ naturæ. natura ſcilicet neceſſarij, & impoſſibilis. & manifeſtũ eſt quòd iudicium intellectus de eſſe naturarum triũ non defecit, nec deficiet in iudicando de eſſe neceſſarij. & impoſſibilis. Hæc autem quæſtio non ſequitur Philoſophis. qm̃ ipſi tenẽt ꝙ mundus impoſſibile eſt vt ſit minor eo, quod eſt, nec maior. Si autẽ admittitur, vt ſit magnitudo maior magnitudine alia, & hoc ĩ infinitũ, tunc poſſibile eſt vt reperiatur hñs menſuram abſq; fine. &, ſi admittiť

L B vt reperiatur hñs menſuram abſque fine, tunc erit ens habẽs menſuram infinitã in actu. & hoc eſt id, quod iam declarauit Ariſ additionem in habente menſurã in infinitum eſſe falſam. Sed ĩ opinione eius, qui admittit hoc, ex eo ꝙ euenit ei defect⁹ in Deo, bene conuenit ei hæc queſtio. nam poſſibilitas hic eſt intellectualis, ſicut eſt ante mũdum apud Philoſophos. & propterea qui dicit de innouatione mundi ĩnouatione temporali. & dicit eſſe oẽ corpus in

M C loco, ſequiť ei neceſſario vt ſit ſupra eũ locus, & hoc ẽ aut corpus, in quo ſit innouatio, aut vacuum. nã locũ neceſſe eſt præcedere innouatum neceſſario. & ideo qui deſtruit naturã vacui, & dicit finire corpus, non poterit ponere mundum innouatum. Et ideo qui negat ex poſterioribus ſectæ Aſſariæ eſſe vacuũ, ſeparat radices hominum. quod non video in eis: ſed recitauit mihi hoc aliquis, q operam dedit opinioni horum hominum. Si autem eſſet operatio huius ſpacij menſurãtis motum, quod eſt quaſi menſura motus, de operatione imaginationis falſę, ſicut imaginatio mundi maioris, aut minoris eo, quod eſt, nõ erit tempus in rerum natura: nã tempus nihil aliud eſt, niſi id, quod apprehendit intellectus de hoc ſpacio menſurante motum. & , cùm fuerit per ſe notum ꝙ tempus reperitur in rerum natura, oportet vt ſit hæc operatio rationis ex operationibus eius veris attributis intellectui, non ex operationibus attributis imaginationi. D

ALGAZEL.

Ait Alga. Nos autẽ dicimus ꝙ id, quod non eſt poſſibile, non eſt attributum poſſe: & eſſe mundũ maiorem & minorem eo, quod eſt, non erit poſſibile: ergo non eſt imaginabile. E

AVERROES.

Ait Auer. Hæc eſt reſponſio ei, quod negauit ſecta Aſſaria de poſitione mundi, ꝙ impoſſibile eſt vt ponat eum Deus glo. maiorẽ, aut minorem, eſt defectus Deo glo. quoniam defectus non eſt defectus, niſi eius, cui attribuitur poſſe, non autẽ de re falſa.

ALGAZEL.

Deinde dixit Alga. dubitãs eis, hęc aũt excuſatio eſt inconueniens tribus modis. Quorum vnus eſt, ꝙ hoc eſt prædominium intellectus, nam intellectus conſyderans mundũ maiorem, aut minorẽ eo, qđ eſt, brachio, non eſt ſicut conſyderatio coniunctionis inter nigrũ & album, & eſſe ac priuationem. impoſſibilis autem eſt collectio inter ablationem, & affirmationẽ, & ad id conuertuntur omnia mẽdacia, ergo eſt ſententia corrupta. F

AVERROES.

Ait Auer. Sermo ĩ hoc, ſicut dixit, eſt prędominiũ ĩtellectus, qui

G qui eſt primo aſpectu. ſed apud itellectum verum nõ eſt prędominiũ: nã ſermo de poſſibilitate huius, ſeu de priuatione poſſibilitatis ei⁹ indiget demõſtratione. & ideo dixit verum, cùm dixit ꝙ impoſſibilitas huius nõ eſt ſicut conſyderatio coniunctionis inter nigrum, & album, quoniam hoc manifeſtum eſt per ſe eſſe falſum. Eſſe vero mundum maiorẽ, aut minorem eo, quod eſt, impoſſibile eſſe, non eſt notum per ſe. mẽdacia autem, licet conuertantur ad mendacia per ſe nota, cõuertuntur tamẽ duobus modis, quorum Vnus
H eſt, ꝙ hoc ſit notum per ſe eſſe falſum, Scdus vero, vt cõſequatur à poſitione eius conſequens proximũ, aut diſtans falſitati ex falſitatibus ꝑ ſe notis ꝙ ſint falſę. verbi gratia, ſi poſitum fuerit poſſibile eſſe mundũ maiorem, aut minorem, ſequitur ex eo vt ſit extra eum plenum, aut vacuum: & ponere extra eum plenũ, aut vacuum ſequitur ex eo falſum ex falſitatibus: ex vacuo quidem eſſe dimenſionem ſeparatam: ex corpore vero ipſum eſſe mobile ſursũ, aut deorſum, aut circulariter. ſi autẽ hoc fuerit, ſequitur vt ſit pars alte-
I rius mundi: & iam declaratum eſt eſſe alium mundum cum iſto, eſſe falſum in ſcientia Naturali: ſaltim ſequeretur vacuum. nam mundus non poteſt euadere à quatuor elementis, & corpore circulari, quod mouetur circa ea. Qui autem deſyderat ſcire hoc, percutiat id cũ digito ſuo in locis, vbi debet hoc conſyderari, & hoc poſt conditiones, quę precedere debent ſpeculãti ſpeculatione demonſtratiua. Deinde recitauit ſecundum modum.

ALGAZEL. K

Ait Alga. Si autem mundus fuerit, prout eſt cum impoſſibilitate eſſendi maior, ſeu minor eo, qđ eſt, tunc eſſe eius, prout eſt, eſt neceſſarium, non autẽ poſſibile: neceſſarium autem non indiget cauſa, & tunc dixerunt id, quod dixerunt Dahariæ de ablatione agẽtis, & ablatione cauſæ, quæ eſt cauſa cauſarũ: & hæc non eſt opinio veſtra.

AVERROES.

Ait Auer. Reſponſio huius, ſm opinionem Aui. eſt in promptu. nam neceſſariũ in eſſe apud eũ eſt duplex, neceſſarium in eſſe ex ſe, L
& neceſſarium in eſſe ex alio. Attamen reſponſio apud me in hoc eſt melior. nam ſequitur de neceſſitate vt in rebus neceſſariis ſm hunc ſermonem nõ ſit nec agẽs, nec faciens, verbi gratia inſtrumentum, quo ſecatur lignum, eſt inſtrumentũ menſuratum in quantitate, & qualitate, & materia, i. ꝙ non poteſt eſſe ſine ferro: & impoſſibile eſt vt ſit abſque figura ſerræ, & impoſſibile eſt vt ſit ſerra in quacunq; menſura fuerit: & tamen nemo dicit ꝙ ſerra ſit neceſſaria in eſſe. Et vide quãta eſt pulchra iſta ſophiſticatio. Si autem auferatur neceſſitas quãtitatum rerum fa- M
ctarum, & qualitatum, & materierũ earum, vt putat ſecta Aſſaria in creaturis cum Deo glo. auferretur ſcientia reperta in agente, & in creatis: & eſſet poſſibile, vt omne agens ſit magiſter, & omne imprimens in entibus creans. & hoc totum eſt deſtructio intellectus, & ſcientiæ.

ALGAZEL.

Ait Alga. Tertius autem, ꝙ hoc corruptum, non deficit aduerſarius tenere oppoſitum eius, & dicit

A cit ꝙ non fuit eſſe mundi ante eſſe eius poſſibile, ſed conuenit eſſe poſſibilitati abſq; additione, ſeu diminutione. Si autem dixeritis, iam permutatum eſt antiquum à non poſſe ad poſſe, dico ex eo ꝙ eſſe nõ fuerat poſſibile, nõ erat denominatũ in poſſe determinato, & diminutio aduentus eius, quod impoſſibile eſt, non indicat non poſſe. Si vero dixeritis quomodo erat impoſſibile, & factum eſt poſſibile? dicimus nõ eſſe falſum eſſe aliqñ impoſſibile, aliqñ vero poſſibile. Si autem dixeritis tẽpora ſunt æqualia, dr̃ vobis & menſurę quoq; ſunt ęquales. & quomo B do erit menſura aliqua poſſibilis, & tñ maior, aut minor impoſſibilis? ſi autem hoc non eſt falſum, ſimiliter & illud non eſt falſum, hæc eſt via quæſtionis, & verificationis in reſponſione, ꝙ id, quod dixerunt de imaginatione poſſibilitatum, nihil eſt. Quod aũt concedi debet, eſt ꝙ Deus glo. eſt ęternus, potens quidẽ, cui nunq̃ deficit actio, ſi voluerit: & non eſt in hoc poſſe aliquid, ꝙ affirmet tempus durabile, niſi imaginatio commiſcuerit ei alia.

C AVERROES.

Ait Auer. Summa huius ſermonis ẽ ꝙ dicet ſecta Aſſaria Philoſophis, hęc quæſtio eſt apud nos mendoſa, ſ. ſermo dicentis mundũ eſſe poſſibile maiorẽ, & minorẽ eſſe. qm̃ hæc queſtio imaginatur ſm opinionem dicentis poſſibilitatem præcedere exitum rei ad actum, ſ. eſſe rei poſſibilis, ſed dicitur ꝙ poſſibilitas eſt cum actu, ꝓut eſt abſq; additione, ſeu diminutione. Attamen dicimus ꝙ negatio pręceſſionis poſſibilitatis rei poſſibili eſt negatio neceſſarij. nã poſſibile opponit ei, qđ eſt impoſſibile, abſque medio inter D ea. ſi aũt res eſſet impoſſibilis ante eſſe ſuum, eſt impoſſibilis neceſſario: & ponere impoſe in eſſe eſt falſum inconueniens: ponere vero poſe in eſſe, eſt falſum poſe, nõ aũt falſum inconueniens. Quòd aũt poſſibilitas cum actu ſit falſa patet: qm̃ poſſibilitas, & actus ſunt duo oppoſita, q̃ non congregantur in vno tempore: ergo iſtis ſequitur ꝙ non reperiatur poſſibilitas nec cum actu, nec ante. Et conſequens verum ſectæ Aſſariæ in hoc ſermone nõ eſt, ꝙ permutet ęternum à non poſſe ad poſſe. nõ. n. appellatur non potens qui non põt operari impoſſibile: ſed conſequens E verum eſt, vt res permutetur de natura impoſſibilis ad nãm eſſe, & eſt ſicut conuerſio neceſſarij ad poſe. Ponere vero aliquid in aliqua hora impoſe, & poſe in alia non remouet id à natura poſis. nam hæc diſpoſitio omnis poſſibilis, ver. g. ꝙ oẽ poſſibile, eſſe eius eſt falſum in hora, qñ eſt eſſe eius cõtrarij in ſubiecto ſuo. Cùm autem cõfiteatur aduerſarius ꝙ aliquid ſit impoſſibile in aliqua hora, poſſibile vero in alia, iam confeſſus eſt ꝙ res ſit de natura poſſibi- F lis ſimpliciter, non autem de natura impoſſibilis. & ſequitur ex hoc, cùm ponitur ꝙ mundum fuiſſe impoſſibilem ante innouationem eius ęternitate infinita, vt ſit, cũ innouatus ẽ, permutata natura eius ab impoſſibili ad poſſibile. hæc autẽ queſtio eſt alia à q̃ſtione, de qua loquebamur, & iam diximus ꝙ proceſſus à quæſtione ad queſtionẽ eſt operatio ſophiſtica. Cùm autem dixit & verificatio in reſponſione, ꝙ id, quod dixerunt de poſſibilitatibus, nihil eſt, quod aũt concedi debet, &c. licet in

G hoc loco non ſit aliquid, quod neceſſitet eſſe tempus æternum, vt dixit, eſt tñ aliquid, quod neceſſitat poſſibilitatem eſſendi mundũ æternum, & ſic etiam tempus: nam Deus glo. non defecit eſſe potens in actione. & non eſt hic, quod neceſſitet impoſſibilitatem copulationis operationis eius continuè cum eſſe eius: ſed forte oppoſitum huius indicat impoſſibilitatẽ, & eſt quod nõ erit potens in aliqua hora, potens vero in alia, & nõ dicitur de eo ꝙ ſit potens niſi temporibus determinatis finitis: & tñ ipſe eſt ens æternum, & antiquũ.

H Et rediȷt quęſtio vtrũ ſit poſſibile, vt ſit mundus antiquus, & ęternus, aut ĩnouatus, aut erit poſ̃e vt ſit innouatus, & impoſ̃e vt ſit antiquus. Si autem fuerit innouatus, vtrũ ſit poſſibile vt ſit actio prima, vel ne. Si autem non erit intellectui poſſibilitas perueniendi in vnum horum oppoſitorũ, tunc reuertitur ad auditũ. & non numeratur hęc quęſtio inter intellectuales. Et, cùm dixerimus ꝙ primũ impoſ̃e eſt ei dimittere operationem bonam, & operari prauã, qm̃ eſt diminutio ei, quæro quę eſt maior diminutio q̃ ponere actionẽ

I æterni finitã, & terminatã in actione ĩnouati, cum hoc, ꝙ actio terminata imaginatur ab agẽte terminato, nõ aũt ab agente antiquo, nõ terminato, nec in eſſe, nec in actione? & hoc totum, vt vides, non latet eũ, qui habet etiam paucum viſum in intellectualibus. Et quomodo eſt impoſſibile agenti æterno quin ante actionem, quę emanauit ab eo in ꝑſentiarũ, ſit actio alia, & ante actionem actio, & procedet hoc in intellectu noſtro in infinitum, ſicut procedit eſſe eius, ſ. agentis in infinitũ. nã

K ille, cuius eſſe nõ adæquatur tẽpus, & non cõprehẽdit eũ ab extremitatibus eius, neceſſe eſt vt actio eius nõ comprehendatur à tempore, & nõ adęquetur ei tempus terminatũ. qm̃ oẽ ens nõ retardatur actio eius eſſe eius, niſi quia deficit in eſſe ſuo aliquid, ſ. ꝙ non erit in eſſe ſuo perfecto, aut quia eſt ex eligentibus, & retardatur actio eius eſſe eius ꝓpter electionem. Qui autem ponit ꝙ ab ęterno non emanat niſi actio noua, iam ponit ꝙ actio eius aliquo modo eſt violenta, & ꝙ nulla ſit ei electio in actione ſua illo modo.

### ALGAZEL. L

AIt Alga. Tertia ratio de antiquitate mundi eſt ꝙ Philoſophi tenuerunt, dicentes ꝙ eſſe mũdi fuit poſſibile ante eſſe eius. nam falſum eſt vt ſit impoſſibile, deinde fiat poſſibile. Et hoc quidẽ poſſibile non habet principium, & non defecit eſſe permanens, & non defecit mundum poſſibilem eſſe: quoniam non eſt hora horarum, in qua poſsibile ſit denominare mũdum eſſe impoſſibilem. &, cùm poſsibilitas nõ defecerit, tũc poſsibile circa cõueniẽtiã poſsibilitatis non defecit. nam dicere, eſt poſsibile eſſe eſt ꝙ non eſt im M
poſſibile eſſe eius. &, cùm fuerit eſſe eius poſſibile in æternum, non erit falſum eſſe eius in æternum. ſin autem, ſi eſſet falſum eſſe eius ſemper, & incõueniens, dicemus ꝙ eſt poſ̃e eſſe eius in æternũ. ſi aũt eſt falſum dicere ipſum eſſe poſ̃e in æternum, eſt falſum dicere poſſibile non defecit. &, ſi falſum eſt dicere poſ̃e nõ defecit, erit verum ꝙ poſſibile hẽt principium. &, cùm fuerit verum habere principium, erit ante hoc impoſſibile, & veniet res ad affirmandum horam,

A horam, in qua non fuit mundus poſſibilis, & non fuit ipſe Deus glori. potens in eo.

AVERROES.

Ait Auer. Qui autem cõcedit ꝙ mundus, anteq̃ fuiſſet, fuerat poſſibilis poſſibilitate non deficiente, neceſſe eſt ei eſſe mundum æternum. nam id, quod nunq̃ defecit eſſe poſſibile, ſi poſitum fuerit nõ defeciſſe eſſe, non ſequitur ex poſitione eius inconueniens, & quod eſt poſſibile vt ſit æternum, neceſſe eſt vt ſit ęternum. id enim, quod poſſibile eſt ei vt recipiat æternitatem, poſſibile B eſt ei, vt non ſit corruptibile, niſi ſit poſſibile vt corruptum fiat æternũ. & iõ dicit ſapiẽs Ariſt. ꝙ poſſibilitas in rebus æternis eſt neceſſaria.

ALGAZEL.

Ait Alga. Dubitatio autem eſt vt dicatur mundus nõ defecit eſſe poſſibilis innouationis, & nõ reperitur aliqua hora, in qua nõ imaginetur innouatio eius. & cùm imaginetur ens in æternum, nõ erit ĩnouatum, & non erit quid eueniens cõuenientiæ poſſibilitatis, ſed in cõtrarium eius. & hoc eſt, ſicut ſermo eorũ de loco, ſ. ꝙ conſyderare mundũ C maiorem, & creare corpus ſupra mundum eſt poſſibile, & ſic tenere aliquid ſuperius aliud ſupra hoc, & ſic in infinitum, & non eſt finis poſſibilitati additionis, & cũ hoc eẽ plenum ſimpľr infinitum eſt impoſſibile, & ſic ens, cuius extremitas non finitur, impoſſibile. ſed quemadmodum dicit ꝙ poſſibile ſit corpus finitum, i. hñs ſuperficiem, & ꝙ non poterit cõſyderare id in magnitudine, & paruitate, ſic quoq; poſſibilitas innouationis, & principium ipſius eſſe non requirit præceſſionem, & poſtpoſitionem, & radix eſſendi innouatũ eſt eius, quod eſt poſſe, non aliud. D

AVERROES.

Ait Auer. Qui autẽ ponit ꝙ ante mũdum fuerat poſſibilitas vna numero, quæ non defecit, neceſſe eſt ei dicere vt ſit mundus ætern⁹. Qui vero ponit ꝙ ante mundũ fuerant poſſibilitates in æternum, non finitæ numero, vt poſuit Alga. in reſponſione, ſequitur ei vt ante hunc mundum ſit mundus, & ante mundum ſecundum mundus tertius, & procedet in infinitum. ſicut eſt in indiuiduis hominum: & præcipue cũ ponatur corruptio præcedentis conditio requiſita in eſſe ſubſequentis. E ver. g. ſi Deus glo. erat potens creare ante hunc mundum alium mundũ, & ante illum alium, neceſſe eſt procedere in infinitum. ſin autẽ, ſequeretur vt perueniat ad mundum, ante quẽ non eſt poſſibile creare alium mundum. Attamen hoc non dicunt Loquẽtes, & non ponunt id in rationibus ſuis, quibus ratiocinantur de creatione mundi. Quòd autẽ poſſibile eſſet vt ſit ante hunc mundum mundus alius in infinitum, hęc quidẽ poſitio exiſtimatur ꝙ non ſit inconueniens: ſed, cũ ſpeculetur de ea, apparet ꝙ ſit inconueniẽs: quoniã ſequitur vt ſit natura mundi nã vnius F indiuidui, quod eſt in hoc mũdo generabili, & corruptibili. & erit emanatio eius à primo principio, eo modo, quo emanauit ab eo indiuiduũ: & hoc mediãte moto æterno, & motu æterno: ergo erit hic mũdus pars alterius mũdi, ſicut eſt in indiuiduis generabilibus, & corruptibilibus in hoc mundo, & de neceſſitate perueniet ad mundum æternum in indiuiduitate, aut procedet, &, cũ de neceſſitate

G ceſſitate abſcinditur proceſſus, igitur abſciſſio eius in hoc mundo eſt dignior, ſcilicet ponẽdo eum vnum numero, & æternum.

ALGAZEL.

Ait Alga. Rõ Quarta eſt. Quoniam ipſi dicunt omne innouatum præceditur à materia: innouatio .n. indiget materia: igitur materia non erit innouata. Quod autẽ innouatur, ſunt formæ, & accidẽtia, qualitates quidem ſuper materias, &c. vſq; ad, & non erit materiã primam innouari falſum.

AVERROES.

H Ait Auer. Summa huius ſermonis eſt ꝙ omne innouatum eſt poſſibile ante innouationem ei⁹: & poſſibilitas præſupponit rẽ, in qua exiſtit, & eſt ſubiectum recipiens rẽ poſſibilem. nam poſſibilitas, quę eſt ex parte recipientis, non debet aliquis exiſtimare ꝙ ſit poſſibilitas, q̃ eſt ex agente. cùm enim dicimus de Socrate quòd poſſibile eſt vt faciat hoc, eſt aliud q̃ dicere in re facta ꝙ ſit poſſibile: quare conditionatur in poſſibilitate agentis poſſibilitas patientis. agens enim impoſſibile eſt vt agat impoſſibilia. &, cùm non ſit poſſibile vt ſit poſſibilitas pręcedens

I innouatum abſq; ſubiecto omnino: & impoſſibile eſt vt agens ſit ſubiectum, nec poſſibile: nam poſſibile cùm peruenerit ad actum, aufertur poſſibilitas: igitur non remanet niſi ꝙ ſit ſubiectum poſſibilitatis res recipiẽs poſſibilitatem: & eſt materia. materia autem non generatur, in eo ꝙ eſt materia, qm̃ indigeret alia materia, & procedet in infinitum. ſed, ſi materia generaretur, eſt in eo ꝙ ẽ compoſita ex materia, & forma. & omne generatũ generatur ex alio: & tunc aut procedet in infinitum directe in materia infinita: & hoc eſt falſum, licet imaginati fuerimus motorem æternum: non enim reperitur aliquid in actu infinitum: aut aduenient ad eam formę, vna quidẽ poſt aliam in ſubiecto quidem non generabili, nec corruptibili, & aduẽtus earum vnius poſt ablationem alterius æternus, & circularis. Si autem hoc fuerit, neceſſe eſt eſſe hic motũ æternum, qui faciat aduẽtum huius poſt ablationem alterius, quæ ſunt in generabilibus, & corruptibilib⁹ in ęternum. qm̃ apparet ꝙ gñatio vniuſcuiuſq; gñatorũ eſt corruptio alteri⁹, & L corruptio eius gñatio alterius, & ꝙ nõ ſit aliquid ex nihilo. nã gñatio ẽ cõuerſi rei, & mutatio eius ex eo, qđ eſt ĩ potẽtia, ad actũ. Quare impoſſibile eſt vt ſit priuatio rei id, quod defert eſſe, nec eadem cum re, quæ denominatur generari, ſ. ꝙ dicamus de ea ꝙ generata eſt. remanet ergo vt ſit hic aliquod ſubiectum formarum contrariarum, & eſt id, cui adueniunt formę ſucceſſiue.

K

ALGAZEL.

Ait Alga. Dubitatio eſt vt dicatur, poſſibilitas, quã ponũt, reuertitur ad iudicium intellectus, & M omne, quod intellectus conſyderat eſſe eius, & non prohibetur ei id cõſyderare, appellamus poſſibile. ſi autem prohibetur, appellamus falſum, & inconueniens. ſi vero non poterimus conſyderare priuationẽ eius, id appellamus neceſſarium. Hęc autẽ ſunt iudicia intellectualia, non indigentia quidem aliquo, adeo ꝙ perueniat ei denominatio. Et hoc quidem probatur tribus rationibs. & prima eſt hęc. quoniam, ſi poſſibilitas determinaret aliquod ens,

A ad quod referat, & dicitur ꝙ ſit poſſibilitas ad id, ſic etiam impoſſibilitas determinaret aliquod ens, & dicitur eſſe impoſſibilitas ad id. impoſſibile autem non habet eſſe in ſe, nec materiam, in qua fiat inconueniẽs, adeo ꝙ referatur impoſſibilitas ad materiam.

AVERROES.

Ait Auer. Quòd autem poſſibilitas determinet materiam exiſtẽtem, hoc patet. qm̃ alia intellecta vera non euadunt quin determinẽt aliquod ens extra animam, poſtq̃ verum, vt dictum eſt, in definitione B eius eſt, vt reperiatur in anima, ſicut reperitur extra animam. igitur non euadet ex dicto noſtro aliquid eſſe poſſibile, quin determinet hoc intellectũ aliquid, in quo reperiatur hęc poſſibilitas. Attamen, aſſumere probationem, ꝙ non determinet intellectum poſſibilitatis aliquod ens, in quo ſuſtentatur, eſt ſermo ſophiſticus. nam impoſſibile determinat ſubiectũ, ſicut ipſum poſſibile. & hoc patet. impoſſibile enim eſt oppoſitũ poſſibilis. contraria autem oppoſita determinant proculdubio ſubiectũ: nã impoſſibilitas eſt negatio poſſibilitatis. ſi aũt poſſibilitas determina- C uerit ſubiectum, tũc impoſſibilitas, quę eſt negatio huius poſſibilitatis, determinat etiam ſubiectum, vt dicimus ꝙ eſſe vacuum eſt impoſſibile, qm̃ eſſe dimẽſiones ſeparatas eſt impoſſibile extra corpora naturalia, & infra: & dicimus ꝙ ambo contraria impoſſibile eſt eſſe in eodem ſubiecto. & dicimus ꝙ eſt ĩpoſſibile duo eſſe vnum: & hoc quidem in eſſe. & totum hoc eſt manifeſtum per ſe: & nihil eſt conſideratio huius ſophiſticationis hic adductę ab eo.

ALGAZEL. D

Ait Alga. Et ſecunda eſt, qm̃ nigredo, & albedo, determinat intellectus in eis ante eſſe earum ꝙ ſint poſſibiles. Si aũt hęc poſſibilitas referatur ad corpus, in quo fiunt, ita ꝙ dicatur diſpoſitio eius, ꝙ hoc corpus poſſe eſt vt denigretur, & dealbetur: &, cũ albedo in ſe non ſit poſſibilis, & non habeat denominationem poſſibilitatis: ſed poſſe eſt corpus, & poſſibilitas refert ad id: tunc dicim' quid eſt iudiciũ nigredinis, & albedinis, in ſe, vtrum ſit poſſe, aut neceſſarium, aut impoſſe? & nõ põt euadi E quin dicat ꝙ ſit poſſe. & ſignificat ꝙ intelſs, & determinatio circa poſſitatẽ nõ indigent poſitione ſubſtantię entis, ad quod referatur poſſibilitas.

AVERROES.

Ait Auer. Hęc eſt fallacia. nam poſſe dr̃ de recipiente, & recepto: id aũt, qđ dicitur de ſubiecto recipiẽte, opponitur ei impoſſibile: id vero, quod dr̃ de recepto, opponitur ei neceſſarium. Quod autem denominatur à poſſibilitate, cui opponit impoſſe, non eſt id, quod exit in actũ à poſſibilitate, ex eo ꝙ exit in actũ. qm̃, cũ exierit, aufertur ex eo poſſibilitas. denominatur tñ à poſſibilitate, ex eo ꝙ eſt in potentia. & ſubiectũ F huius poſſibilitatis eſt ſubiectũ, qđ permutatur ab eſſe in potentia ad eſſe in actum. & hoc eſt manifeſtũ ex definitione poſſibilis. nam eſt id, qđ non eſt, & eſt in poſſe vt ſit & nõ ſit. Et hoc non ens poſſibile, nõ ſt poſſe ex eo ꝙ non eſt, nec ex eo ꝙ eſt in actu, ſed eſt poſſibile ex eo ꝙ eſt in potentia. Et ideo dixit ſecta Namatezela ꝙ id, quod non eſt, ſit ſubſtantia quędam: nam id, quod non eſt, eſt cõtrariũ ipſi eſſe: & vnũquodque

G differt ab alio. &, cùm aufertur priuatio alicuius rei, eſt loco eius eſſe eius. &, cum aufertur eſſe eius, eſt loco eius priuatio eius. &, qm̄ ſubſtantia priuationis, impoſe eſt vt cõuertatur in eſſe, nec ſubſtantia eſſe conuertatur in priuationẽ, neceſſe eſt vt recipiens ea ſit quid tertium præter ea, & eſt id, quod denominatᷣ à poſſibilitate, & generatione, & permutatione à denominatione priuationis ad denominationẽ ipſius eſſe. priuatio. n. nõ denominatur à generatione, & mutatione, nec res, quæ fit in H actu, denominatur hoc: & gn̄atum, cùm erit in actu, aufertur ab eo denominatio gn̄ationis, & mutatiõis, & poſſibilitatis: ergo non poteſt euadi de neceſſitate ab aliquo denominato à generatione, & mutatione, & conuerſione ex priuatione ad eſſe, ſicut eſt in permutatione cõtrariorũ vnius ad aliud, ſ. ꝙ neceſſe ſit eſſe eis ſubiectum, in quo adueniunt vnum quidem poſt ablationẽ alterius, niſi ꝙ in mutatione, quæ eſt in alijs accidentibus, eſt in actu, in ſubſtãtia vero in potentia. Nec poſſumus etiam ponere hoc denominatum à poſſibilitate, & mutatione rem, quæ eſt in I actu, ſ. ex qua fit generatio, ex eo ꝙ ẽ in actu. qm̄ hoc etiam deperditur: id autem, ex quo fit gn̄atio, oportet vt ſit pars gn̄ati. Igitur hic eſt ſubiectũ neceſſario recipiens poſſibilitatẽ, qđ eſt ſedes mutationis, & gn̄ationis: & eſt id, quod dicitur gn̄ari, & mutari, & permutari ex priuatione ad eſſe. Nec poſſumus ponere hoc de natura rei exeuntis in actum, ſ. de natura entis in actu. nam, ſi hoc eſſet, nõ generaretur ens. generatio. n. eſt ex nõ ente, nõ ex ente. nam natura eſt qđ, ad quod conuenerunt Philoſophi, & ſecta Mahatazela ꝙ reperiatur: niſi ꝙ Philoſophi tenẽt ꝙ non erit denudatum formis repertis in actu, ſcilicet non erit denudatum ipſo eſſe: permutatᷣ tñ ex eſſe ad eſſe, ſicut permutatur ſperma exempli gratia ad ſanguinem, & permutatio ſanguinis ad membra ſenſitiua. nam, ſi eſſet denudatum ipſo eſſe, eſſet ens in ſe. ſi autem eſſet ens in ſe, nõ eſſet ex eo generatio. & hoc quidem apud eos eſt id, quod appellãt materiam: & eſt cauſa generationis, & corruptionis: & omne ens denudatum ab hac natura eſt apud eos non generabile, nec corruptibile. K L

ALGAZEL.

Ait Alga. Tertia vero, ꝙ animæ humanæ apud eos ſunt ſubſtãtiæ exiſtentes per ſe, & non ſunt corpus, neq; materia, nec copulatę adæquatæ materię, & ſunt innouatę, ꝓut id tenet Auicenna, & verificantes ex eis, & habent poſſibilitatem ante innouationem ſuam, & non habent ſubſtantiam, nec materiã vt ſit poſſibilitas earum denominatio relatiua, & non reducitur ad poſſe potentis, nec ad agens, & ſciendo ad quid reducitur, cõuertitur hoc cõtra eos.

AVERROES. M

Ait Auer. Nunq̃ vidi ſapientis eſſe dictum, ꝙ anima fuerit innouata innouatione vera, & poſtea ꝙ ſit remanens, niſi id, quod recitauit Auicenna. omnes tamen confitentur ꝙ innouatio eius ſit relatiua, & eſt peruentio eius ad poſſibilitates corporales, recipientes quidem hanc continuationem, ſicut poſſibilitates, quæ ſunt in ſpeculis ad copulationem radij Solis cum eis. & hæc poſſibilitas apud eos non eſt de natura poſſibilitatis formarum generatarum

ratarum

A ratarum,& corruptarum,ſed eſt poſſibilitas modo, quo opinãtur demõſtrationẽ adducere nos ad eam.& ſubiectum huius poſſibilitatis ẽ natura diuerſa à natura materiæ. & non percipiet opiniones eorum in his rebus niſi qui operã dederit libris eorũ cum conditionibus,quas dixerunt. & attributa,quę dixerunt, cum perfectione ſcientię innatę,& magiſtro ſapiente. Dubitare aũt Alga. his rebus hac dubitatione non cõuenit tali,qualis ipſe eſt. Nam nõ euadet ab vno duorũ. aut enim ipſe ſciuit hęc omnia ſecundum veritatem, & adduxit ea hic pręter veritatem: & hęc B eſt operatio prauorum: aut non intellexit ea ſecundum veritatem, & dubitauit in ſermone, mediante re, quæ non comprehendit ſcientiam: & hæc eſt operatio ignorantiũ. Iſte autem vir,abſit apud nos ab his duabus denominationibus, licet nõ poſſint boni euadere,quin vilipendant eum. Attamen vilipenſio Alga.eſt cõpilatio hui⁹ libri. & forte coactus fuit propter tempus, & locum eius.

ALGAZEL.

C AIt Alga.reſpondens pro Philoſophis.Si autem dicatur reuerſio poſſibilitatis ad iudicium intellectus eſt quid falſum:qm̃ nihil eſt iudicium intellectus,niſi ſciẽtia de poſſibilitate: poſſibilitas autem eſt ſcitum,quòd eſt diuerſum à ſcientia. ſed ſcientia eſt, quę id comprehẽdit & id ſequitur, & alligatur ei, prout eſt. ſcientia autem,ſi imaginatũ fuerit ꝙ ſit priuatio eius, non deperditur ſcitum,quod eſt poſſibile,ſed remanet poſſibile poſſibile, licet non ſciatur. ſcitum vero, cùm imaginatum fuerit auferri, auferetur ſciẽtia. D ſcientia autem, & ſcitum ſunt duo, quorum vnum eſt ſequẽs, aliud vero attrahẽs,&c. vſq; ad, & erit poſſibilitas denominatio eis hac via.

AVERROES.

AIt Auer. Quod poſuit in hoc capitulo eſt ſermo verus,& declarabitur tibi hoc ex eo,quod diximus de ĩtelligẽtia naturę poſſibilis.

ALGAZEL.

AIt Alga. cõtradicens ſapientibus.Et reſponſio eſt ꝙ reuerſio poſsibilitatis, & neceſſitatis, & impoſſibilitatis ad iudicia intellectualia eſt vera, & id, quod dixerunt, quòd diſpoſitio iudiciorum intellectus eſt ſcientia eius, & ſcientia determinat ſcitum, dicitur eis, quemadmodum coloratio, & animalitas, & alia iudicia vniuerſalia ſunt permanẽtia in intellectu apud eos, & ſunt ſcientiæ, quibus dicitur non eſſe ſcita, & ſcita quidem eorũ non habent eſſe demonſtratũ,adeo ꝙ declarauerunt Philoſophi quòd vniuerſalia reperiuntur in ſcientiis, non autem demonſtrata: eſſe vero demonſtratum eſt in particularibus indiuidualibus,quæ ſunt ſenſibilia, non autẽ intellectualia,ſunt tamen cauſa cõſyderationis intellectus, & faciendi iudicium abſtractum à materia intellectuali:ergo coloratio eſt iudicium abſtractum in intellectu præter nigredinem, & albedinem. & nõ pôt imaginari, cùm fuerit color,q nõ ſit niger,nec alb⁹, nec alius color. & confirmata eſt intellectui forma colorationis abſq; differẽtia, & dicitur quòd ſit forma, cuius eſſe eſt in ſcientiis,non aũt demonſtrata

(margin letters: E beside "ſio poſsibilitatis"; F beside "demonſtratum eſt in particularibus")

G ſi aũt hoc non fuerit impoſſibile, ſic non erit impoſſ. id, quod diximus.

AVERROES.

Scĩa non ẽ rei vl'is, ſed particularĩ i vl'i. vid. 1. de aĩa, cõ. 8. & alia ibi annotata. vide Ale. Aph. lib. 1. Quęſtio. natural. qõ. 3.

Ait Auer. Hic eſt ſermo ſophiſticus. nam poſſibilitas ẽ quid vniuerſale habens particularia reperta extra animam, vt ſunt alia vniuerſalia. ſcientia autem non eſt ſciẽtia rei vniuerſalis, ſed eſt ſcientia particularium modo vniuerſali, quem facit intellectus in particularib⁹, cũ abſtrahit ab eis naturam vnam cõmunem, quæ diuiſa eſt in materiis, & vniuerſale non eſt natura eius natura rerũ, quibus eſt vniuerſale. At- H tamen ipſe in hoc ſermone fallitur, accipiens quidem naturam poſſibilitatis pro natura vniuerſali, abſque eo, ꝙ ſint ibi particularia, in quibus ſuſtentatur hoc vniuerſale .ſ. poſsibilitas vniuerſalis. vniuerſale autẽ nõ eſt ſcitum, ſed cum eo ſciuntur res, & eſt quid repertum in natura rerũ ſcitarũ in potentia. &, niſi eſſet hoc eſſet cõprehenſio eius particulariũ, in eo ꝙ ſunt vniuerſalia, comprehẽſio falſa. hoc aũt ſic eſſet, ſi nã ſciti eſſet particularis per ſe, nõ aũt per accidens. ſed eſt contrarium, ſ. ꝙ ſcitum eſt particulare per accidens, vniuerſale vero per ſe. & ideo cùm non cõ- I prehendit id intellectus, ex eo ꝙ eſt vniuerſale, fallitur in eo, & iudicat de eo iudicio falſo. cùm autem abſtraxerit naturas, quæ ſunt in particularibus a materiis, & poſuerit eas vniuerſales, bene põt de eis iudicare iudicio vero, & ꝙ nõ miſceantur ei naturæ. & poſsibilitas eſt vna harũ naturarum. Vlterius ſermo Philoſophorum ꝙ vniuerſalia reperiuntur in intellectu, non autem demonſtrata, intentio eorum in eo eſt, ꝙ reperiuntur in actu in intellectu, nõ autem demonſtrata, & non ponunt ꝙ K non reperiuntur omnino demõſtrata, ſed volunt ꝙ ſunt in potentia, & non in actu. nã, ſi non eſſent. oĩno eſſent falſa &, cùm fuerint extra intellectum, ſunt in potentia, & poſsibile eſt extra aĩam in potentia. ergo hoc mõ aſsimilatur natura eorũ naturę poſsibilis. Et ex eo conatus eſt facere ſophiſticationem, qm̃ aſsimilauit poſsibilitatem vniuerſalibus, quia ſunt conuenientia, & eadẽ, circa eſſe, quod eſt in potẽtia. Vlterius poſuit ꝙ Philoſophi dicunt ꝙ vl'ia non hñt eſſe extra animam omnino, & intulit ex hoc, ꝙ poſsibile non habet eẽ L extra animam omnino. O quanta eſt vilis hæc fallacia, & corrupta ſententia huius hominis.

ALGAZEL.

Ait Alga. Cũ aũt dicunt, ſi imaginaret' priuatio intellectuum, aut occultatio eorũ, nõ auferret' poſſibilitas, dicimus, ſi imaginaret priuatio eorũ, vtrũ iudicia vl'ia, & ſunt genera, & ſpecies, eſſent priuata. Cũ aũt dixerint ſic, quia nihil hñt, niſi iudicia in intellectu, ſic etiam eſt dictum noſtrũ de poſsibilitate. & nulla ẽ differẽtia inter ambas naturas. Si autem exiſtimauerint ꝙ remanſerint in ſcientia Dei glo. ſic ẽt eſt ſer- M mo de poſsibilitate. & neceſsitate. & intentum eſt oſtendere cõtradictionem verborum eorum.

AVERROES.

Ait Auerr. Apparet ex hoc ſermone contradictio ſuiipſius, & ignorantia eius. nam magis ſufficiens, quod ſit in eo, fundatur ſuper duas propoſitiones, quarum vna eſt ꝙ ipſe declarauit quòd poſsibilitatis aliqua eſt particularis extra animam, & aliqua vniuerſalis, & eſt intel-

A intellectum illorum particularium. & eſt ſermo non verus. Si autem dixerint ꝙ natura particularium extra animam ex poſſibilibus eſt natura vniuerſalis, quod ē in intellectu, tunc non habet nec naturam particularis, nec vniuerſalis, aut erit natura particularis nā vniuerſalis. & hæc omnia ſunt dementiæ, & chimeræ. & quomodocunque ſit, vniuerſale habet aliqđ eſſe extra aīam.

ALGAZEL.

Ait Alga. Excuſatio autem de impoſſibilitate, ꝙ referatˀ ad materiam, quę attribuitur rei, cum
B prohibetur ei contrarium eius, non omnis profecto impoſſibilitas eſt ſic. nam eſſe ſocium Deo glo. eſt falſum, & non eſt materia, ad quam referatur impoſſibilitas. Si autem exiſtimauerint ꝙ falſitas ſocij eſt ſeparatio Dei glo. in ſe. & eſſe eius eſt neceſſarium, & ſeparatio refertur ad id, dicimus eis ꝙ non eſt neceſſariū. mundus enim eſt cum eo, igitur nō eſt ſeparatus. Si vero exiſtimauerint ꝙ ſeparatio eius à ſimili eſt neceſſaria, & cōtradicens neceſſario eſt impoſſibile, & eſt relatio eius ad id, dicimus ꝙ diſpoſitio ſeparationis Dei
C glo. à mundo, non eſt ſicut ſeparatio eius à ſimili. nam ſeparatio eius à ſimili eſt neceſſaria, & ſeparatio eius à creaturis non eſt neceſſaria.

AVERROES.

Ait Auer. Hic totus eſt ſermo vanus, & cadēs. quoniam non eſt dubium apud eum ꝙ iudicia intellectus ſunt iudicia ei ſecundū naturas rerum extra animam. &, ſi nō eſſet extra animā, nec poſſibile, nec impoſſibile, tunc eſſent iudicia intellectus in hoc, ac ſi non eſſet iudicium, & non eſſet differentia inter intellectum, & imaginationem. Eſſe D
autem ſimile Deo glo. eſt impoſſibile in eſſe, ſicut ipſe eſt neceſſarius in eſſe. & non eſt opus multiplicare ſermonem in hac quæſtione.

ALGAZEL.

Ait Alga. Adhuc excuſatio eſt inconueniēs in animabus innouatis, habentibus ſubſtantias ſeparatas, & poſsibilibus antea ad innouationem: & nō eſt ibi aliquid, cui attribuitur. Cum autem dixerint ꝙ materia poſsibile eſt vt eligant eam animæ iſtæ, ſunt relationes longæ. Si autem hoc vobis ſufficit, non eſt abſurdum, quin dicatur E
ꝙ diſpoſitio poſsibilitatis innouati eſt ꝙ potens id poſsibile eſt ei vt id innouet, & erit relatio eius ad agens, licet non fuerit innatum ei, ſicut eſt relatio animæ ad corpus patiēs, quāuis non ſit ei innatum. & nulla eſt differentia inter proportionem ad agens, & proportionem ad patiens, cum non fuerit quid īnatum in ambobus ſubiectis.

AVERROES.

Ait Auer. Intendit inferre eis, ſi poſuerint poſsibilitatem in in F
nouatione animæ, non innatam in materia, ꝙ ſit poſsibilitas in patiēte vt poſsibilitas in agente in emanatione actionis ab eo, & erunt æquales ambæ poſsibilitates. & hoc ē inconueniens. quoniam ſecundum hanc poſitionem adueniet anima, quaſi vellet corpus ab extra, ſicut vult faciens factū, & non erit vt diſpoſitio in corpe, quemadmodū nō erit faciens diſpoſitio in facto. Attamen reſponſio ei eſt ꝙ non prohibetur quin reperiantur aliquæ ex ꝑfectionibus, quæ currunt curſu diſpoſitionum, cum ſeparatur ſubie-

ctum

G ctum eius, vt nauta in naui, & faciẽs cum inſtrumento, quo operatur. Si autem eſt corpus tanquam inſtrumentum animæ, ipſa quidem eſt diſpoſitio ſeparata. Sed non eſt poſſibilitas, quæ eſt inſtrumento, vt poſſibilitas, quæ eſt agenti: ſed reperiť inſtrumentum in ambabus rebus ſimul, ideſt poſſibilitate patientis, & poſſibilitate agentis: & ideo ſunt inſtrumenta mouentia. & mota. & in eo ꝙ ſunt mouẽtia, reperitur eis poſſibilitas, quę eſt in agẽte: & in eo ꝙ ſunt mota, reperitur eis poſſibilitas, quæ eſt in patiente. & non ſequitur H eis ex poſitione animę ſeparatæ vt ponatur poſſibilitas, quæ eſt in recipiẽte, eadem cum poſſibilitate, quæ eſt in agente. Vlterius poſſibilitas, quæ eſt in agẽte, apud Philoſophos non eſt iudicium intellectuale tantum, ſed iudicium de re extra animam. & non eſt vtilitas cõtradicenti, aſſimilanti quidem vnam duarũ poſſibilitatum alteri. Et, quoniam conſyderauit Alga. ꝙ iſti ſermones omnes faciunt dubitationes, & confuſionem ei, qui non poteſt eas ſoluere, & eſt opus prauorum Sophiſtarum, ideo dixit. I

ALGAZEL.

AIt Alga. *Si* autem dixerit, adhę ſiſtis in omnibꝰ quęſtionibus oppoſitioni dubitationibus cum dubitationibus, & nõ euadet id, quod poſuiſtis, à dubitationibus, dicimus dubitatio declarat corruptionẽ ſermonis proculdubio, & ſoluuntur modi dubitationum, conſyderando dubitationem, & quæſitum. Nos autem non intendimus in hoc libro niſi adaptare opinionem eorum & mutare modos rationum eorum cum eo, cum quo declarabitur deſtructio earum. & non incũbemus K ad ſuſtentandum opinionẽ aliquã. vnde non egrediemur ab intentione libri, nec complebimus ſermonẽ in aſſumendo rationem demonſtrãtem innouationem mundi: quoniã intentio noſtra eſt deſtruere rationes eorum, notificando id, quod ſequitur. affimare vero opinionem veram, derelinquimus in alio libro quem edere decreuimus in hoc, domino concedente, quem Fundamenta legum appellabimus: in quo q. dem affirmationem facere intendimus, ſicut in hoc libro deſtructionẽ facere volumus. L

AVERROES.

AIt Auer. Oppoſitio autem dubitationibus cum dubitationibus non facit deſtructionem: facit tamen confuſionem, & dubium ei, qui fecit dubitationes dubitationibus, & non verificatur apud eum vna duarum dubitationum, & deſtructio dubitationum, quæ opponuntur ei. Et plurimi ſermonum, cum quibus oppoſuit hic vir, ſunt dubitationes euenientes, cum adducuntur ſermones eorum, aliquis apud aliquem, & aſſimilantur diuerſi adinuicem. Attamen hęc quæſtio non eſt perfecta: quæſtio enim M perfecta eſt, quæ facit deſtructionẽ opinionis eorum ſecundum rem ipſam, non ſecundum ſermonem dicentis. vt eſt poſitio eius, ꝙ ſit poſsibile aduerſario ꝙ poſsibilitas ſit iudicium iutellectuale, vt ponunt hoc in vniuerſali. Nam, ſi conceditur verificatio ſimilitudinis inter ea, non ſequitur ex hoc deſtructio eſſendi poſsibilitatem iudicium ahhærens ipſi eſſe. ſequeretur enim ex eo vnũ duorum, aut deſtructio eſſendi vniuerſale

A uerſale in intellectu tantum', aut eē poſſibilitatem in intellectu tantum. Et debuit incipere adaptare veritatem, antequam inciperet de eo, quod facit confuſionem conſyderantibus & dubitationem, vt non moriatur conſyderans, antequā incumbat libro illi, aut moriatur ipſe, antequam componat eum. qui quidem liber adhuc non peruenit ad nos: & forte non edidit eum. Cum autem dixit ꝙ ipſe non intendit in hoc libro aliquam opinionem ſuſtentare, dixit hoc, vt non exiſtimetur de eo ꝙ ipſe intendat ſuſtentare opinionem
B ſectæ Aſſariæ. & apparet ex libris dedicatis ei quòd reuerſus eſt in ſcientijs diuinis ad opiniones Philoſophorum. & ex magis apparentibus de eis in hoc, & verior in confirmatione eius eſt liber eius, appellatus Feneſtra luminarium.

## DISPVTATIO II.

### De deſtructione ſermonis eorum de æternitate mundi, & tēporis, & motus.

ALGAZEL.

C AIt Alga. Scias ꝙ hæc diſputatio eſt ramus primę. quoniā mundus apud ~~eos, ſicut~~ eſt antiquus, non habens principium in eſſe ſuo, ſic eſt ęternus, non habens finem in fine ſuo: & non poteſt imaginari finitas, nec corruptio eius, ſed nunquam defecit, nec deficiet ſic eſſe. Rationes autem eorum quatuor, narratę circa antiquitatem eius, extenduntur circa ęternitatem eius. & dubitatio cōtra eas eſt, ſicut dubitatio hic abſque
D differentia. Nam ipſi dicūt ꝙ mundus eſt cauſatus, & cauſa eius eſt antiqua, & æterna: & ſic eſt ſimul cauſatum cum cauſa. & dicunt ꝙ, cum non mutatur cauſa, non mutatur cauſatum, & cauſa eius remanebit. & ſuper hoc ædificauerunt prohibitionem innouationis & ipſamet currit circa ablationem ceſſationis curſu primæ. & hęc eſt via eorum prima.

Secunda autem eſt, quoniam mūdus, cum corrūpitur, erit corruptio eius poſt eē ei⁹, & erit in eo poſt, ergo fuit in eo tempus. Tertia vero via eſt, ꝙ poſſibilitas eſſendi nō ceſſat. & ſic eſſe poſſibile poteſt eſſe in
E cōuenietia poſſibilitatis, niſi ꝙ hæc ratio non eſt fortis. nam nos negamus ꝙ ſit antiquus ex parte ante, & non negamus ꝙ ſit æternus à parte poſt, ſi fecerit Deus glo. eum remanere in æternum: cùm non ſit de neceſſitate innouati vt habeat finem, & de neceſſitate actionis eſt vt ſit innouata, & vt habeat principium. Et non eſt neceſſe apud aliquem, vt ſit mundo proculdubio finis, niſi apud Ela abo alhauil alhalaph. qui quidem dixit, ſicut eſt impoſſibile in tempore præterito eſſe reuolutio-
F nes infinitas, ſic etiam eſt in futurū. & eſt falſum. quoniam omne futurum non ingreditur in eſſe omnino non comprehenſo, nec æquali. præteritum vero iam ingreſſum eſt totum in eſſe comprehenſo, licet nō fuerit æquale. &, cum declaratū fuerit nos non denegare remanentiam mundi ex parte intellectus in ęternum, ſed poteſt ſtare remanentia, & finitas eius: ergo cognoſcitur quę pars poſſibilis conuenit in lege. & conſyderatio in eo non dependet in re intelligibili.

AVER-

G AVERROES.

AIt Auer. Quod autem dixit, ꝙ id, quod ſequitur ex ratione prima eorum de antiquitate mundi in præteritum, ſequitur idem ex ea in futurum eſſe verum: & ſic etiam eſt in ratione ſecunda eorum. Cum autem dicunt quòd non ſequitur in tertia ratione in futurum id, quod ſequitur in præteritum ſecundum opinionem eorum, quia nos negamus vt ſit mundus æternus in præte
H ritum, & non eſt falſum vt ſit æternus in futurum, niſi apud Auoalhozil alhalaph, qui quidem tenet eſſe mundum ęternum ex duabus extremitatibus falſum, nõ eſt, ſicut dixit. quoniam, cum concedunt eis quòd mundus non defecit poſſibilitas eius & quòd poſſibilitas euenit ei, tanquã quid eum ſequens, quo menſuratur hæc poſſibilitas, ſicut euenit enti poſſibili, cum exierit in actum hæc diſpoſitio, & apparet de hoc ſpatio ꝙ non habuerit principium, verificabitur eis tempus non habere principium. hoc enim ſpacium nihil aliud eſt niſi tẽpus & appellatio eius, qui
I appellauerit id dahar, ideſt æternũ, nihil eſt. Et, cum fuerit tempus copulatum poſſibilitati, & poſſibilitas copulata eſſe moti non habet principium. Cum autem dixerint ꝙ omne, quod reperitur in præteritũ, habet primum, eſt propoſitio falſa: quoniam primum reperitur in præteritum æternum, ſicut reperitur in futurum. Diſtinctio autem eorũ in hoc inter primum, & operationẽ eius, eſt ratio indigens demonſtratione. quoniam eſſe eius, quod fuit in præteritum non æternum, eſt aliud ab eſſe eius, quod fuit in præteritum ęternum. nam id, quod fuit in præteritum non æternum eſt finitum ex duabus extremitatibus. ſ. habet principium, & finẽ. quod vero eſt in præteritum æternum non habet principium, nec finem, neque ceſſationem. & ideo, quia non ponunt Philoſophi ꝙ motus circularis habeat principium, non ſequitur eis vt habeat finem: quoniam ipſi non ponunt eſſe eius in præteritum eſſe generabile & corruptibile. & qui cõcedit hoc eis, contradicit verbis ſuis. & ideo fuit hæc propoſitio vera, ꝙ omne habens principium habet finem. Quòd autem ſit quid habens principium, & non finem nõ eſt ve-
rum, niſi ꝙ poſſibile fiat æternum. L nam omne habens principium eſt poſſibile. Quòd autem ſit aliquid poſſibile, vt recipiat corruptionem, & recipiat ęternitatem, eſt quid non ſcitum, & debet ſpeculari de eo. Et iam ſpeculati ſunt de eo Antiqui, & Hauoalhauil conuenit cum philoſophis in eo, ꝙ omne innouatũ corrumpitur, & eſt conſequens fortiſſimum ad eradicandum ſermonem de innouatione mundi. Qui autem diſtinguit inter præteritum, & futu-
rum, ꝙ id, quod fuit in præteritum, M iam exijt totum in eſſe: id vero, qđ erit in futurum, non exit totum in eſſe: exit enim de eo aliquid, & aliquid non: eſt ſermo fallax. Nam id, quod fuit in præteritum, in rei veritate iam exijt in tempore: & quod exijt in tempore, id excedit tempus ex duobus laterib⁹, & habet totum, & eſt finitum neceſſario. Quod vero non exijt in præteritum, vt eſt ꝓceſſus eius, quod innouatur, nõ exit in præterito, niſi ęquiuòce. ſed ipſum cum pręterito durat in infinitum, & non habet totum. totum vero

A ro ex partibus eius tempus enim nõ reperitur ei principium primum, innouatum in præteritum. nam omne principium innouatum eſt in tẽpore præſenti: & omne tempus præſens habet ante id præteritum: ergo id, quod reperitur æquale tempori, & tempus eſt æquale ei, neceſſe eſt vt ſit infinitum, & ꝙ non exeat ex eo in eſſe præterito, niſi partes eius, quas comprehendit tempus ex duobus lateribus: ſicut non exit in eſſe moti ex tempore in rei veritate, niſi inſtans, nec ex motu, niſi id, quod mouetur in magnitudine, in qua B mouetur in inſtanti, de quo quæritur. Nam quemadmodum ens, qđ non defecit in præteritum, non dicimus ꝙ id, quod tranſijt ex eſſe eius, exijt nunc in eſſe: nam, ſi hoc eſſet, erit eſſe eius principium, & tempus id comprehendit ex ſuis lateribus: ſic dicimus de eo, quod eſt cum tẽpore, non autem in eo, & in reuolutionibus præteritis, ꝙ exit ex eis in eſſe imaginabili id, quod ex eis comprehenderit tempus. Quæ vero ſunt cum tempore, adhuc non exeunt in eſſe: ſicut non exijt in eſſe præteritũ id, quod non defecit eſſe, poſtquam C non comprehendit id tempus. Cum autem imaginatus fueris ens æternum, operationes quidem eius non retardantur ab eo: ſicut eſt mos omnis entis, cuius eſſe eſt perfectum, vt ſit tale. nam, ſi ipſum fuerit æternũ, & non exiuerit in tempore præterito, ſequitur neceſſario vt non exeãt operationes eius in tempore præterito. nam, ſi exiuiſſent, eſſent finitæ: & hoc ens æternum non deficeret eſſe abſque operatione. & id, quod non deficit nõ operari, eſt neceſſario impoſſibile. Et eſt conueniens enti,

cuius eſſe non exit in tempore, & id D non comprehendit tempus, vt ſint operationes eius tales, nam nulla eſt differentia inter eſſe entis, & operationes eius. Si autem fuerint motus orbium cœleſtium, & eius, quod ſequitur ex eis, operationes entis æterni, cuius eſſe non exit in eſſe præterito, neceſſe eſt vt operationes eius non exeant in tempore præterito. Et nõ omne, quod dicitur de eo non exire, poſſibile eſt vt dicatur de eo iam exiuiſſe in tempore præterito, nec ꝙ iam finitum eſt. omne enim habens finem habet principium. Vlterius, cum dicimus de eo non deficiſſe, eſt negatio proceſſus in tem- E pore præterito, & habere principiũ.

Et qui ponit exitum fuiſſe in tempore præterito, ponit ei principium. & ipſe quidem petit principium in quæſito. Et, cum non ſit verum, id, quod non defecit cum eſſe æterno, iam exiuiſſe in eſſe, niſi exiuerit ens æternum in eſſe, cum exit in tempore præterito. Igitur, cum dicimus omne præteritum iam exiuit in eſſe, intelliguntur de eo duo. quorum vnum eſt, ꝙ omne, quod exiuit tempore præterito: iam exiuiſſe in eſſet, & hoc eſt verum. præteritum vero copulatum ipſi eſſe, quod non defe- F cit. ſ. quod non euadet ab eo, nõ cõuenit vt dicamus exiuiſſe in eſſe. nã, cum dicimus de illo exiuiſſe, eſt contrarium eius, quod dicimus, ꝙ ſit copulatum enti æterno. & nulla eſt differentia in hoc inter operationem, & eſſe, ſ. ꝙ qui concedit poſſibilitatem eſſe entis, quod non defecit in præteritum, debet etiam concedere ꝙ hic ſint operationes, quæ non defecerunt antea in præteritum. & non eſt neceſſe vt ſint operationes eius

omnino

G omnino poſitę in eſſe, ſicut non ſequitur in duratione ſubſtantię eius in pręteritum, vt exiuerit in eſſe. & hoc totum eſt manifeſtum, vt vides. Hoc autem eſſe primum poſſibile eſt vt faciat operationes, quę nõ defecerunt, nec deficiẽt. &, ſi hoc fuerit impoſſibile in operatione, erit quoque impoſſibile in eſſe. nam oẽ ens operatio eius eſt copulata ei in eſſe. Iſti autem homines ponunt impoſſibilitatem operationis ęternę ei, & eſſe eius ęternum. & hęc eſt vltimitas erroris. ſed dare nomẽ innouationis mundo, vt dat lex, ẽ magis proprium, quàm quod dat ſecta H Aſſaria. nam operatio, in eo ꝙ eſt operatio, eſt innouata. Imaginatur tamen antiquitas in eo, quoniam hęc innouatio, & operatio innouata non habet principium, nec finẽ. Dixi, & ideo difficile eſt Mauris appellare mundum ęternum, & Deum ęternum. & ipſi non intelligunt de ęterno, niſi non habens cauſam. & iã vidi aliquos ſapientum Maurorum adhęrere huic opinioni.

ALGAZEL.

AIt Alga. Via autem Quarta eorum ſequitur. quoniam ipſi di I cunt, cum corrumpitur mundus, remanet poſſibilitas eſſe eius, nã poſſibile non ſit inconueniens, & eſt attributum relatiuum, & indiget omne innouatum ſecundum opinionẽ eorum materia præcedenti, & omne corruptum corrumpitur ad materiam præcedentem. materiæ autem, & radices non corrumpuntur: corrumpuntur tamen formę, & accidentia, quæ ſunt eis.

AVERROES.

AIt Auer. Cum autem ponitur aduentus formarum circulariter in eodem ſubiecto, & ponatur ꝙ K agens in hac circulatione eſt agens non deficiens, non ſequitur ex hac poſitione falſum. Si vero ponitur aduentus vnius poſt ablationem alterius in materijs infinitis ſpecie eſt falſum. & ſic, ſi ponitur hoc abſque agente æterno, ſeu ab agente nõ æterno. quoniam, ſi fuerint ibi materiæ infinitæ, reperiretur infinitum in actu. & hoc ẽ falſum. & magis abſurdum eſt vt ſit aduẽtus vnius poſt ablationem alterius ex agentibus in nouatis. quare non eſt verum hoc modo ꝙ homo generetur omnino L ab homine, niſi ponatur hoc circulariter in eadem materia, ita ꝙ erat corruptio aliquorum hominum ꝓcedentium materia ſubſequentium, & eſſe aliquorum præcedentium currit curſu agentis, & inſtrumenti cũ ſubſequentibus. & hoc totum eſt ꝑ accidens. quoniam, cum ſint hæc tãquam inſtrumenta agentis non deficientis, generatur homo mediante homine, & ex materia hominis, & hoc totum: cũ non diuiditur hac diuiſione, non euadet conſyderans in his rebus à dubitationib⁹, ex quibus non poteſt ſaluari, Et Deus glo. ponat te, & nos cum his, qui perue M nerunt ad gradum ſapientum, attingẽtium ad finẽ veritatis circa poſſibile ex operationibus eius, & neceſſarium, quod non finitur, & totum hoc, quod diximus hic, non declaratur in hoc loco. Et debet ſpeculari ď eo cum prudentia, & aſſiduitate ſm cõdõnes, quas declarauerũt Antiq., & eas cõdõnes poſuerũt in ſpeculatione. & impoſſe ẽ cũ hoc, qn audiat hõ ſermones contradicentium in oĩ re, de qua ſpeculatur, ſi dilexerint eſſe ex hominibus veritatis.

A ALGAZEL.

Ait Alga. Et reſpõſio omnium eſt,qđ diximus. ſeparauimus tamen hanc diſputationem,quoniã habẽt in ea duas alias rõnes. quarum Prima eſt, quam tenuit Galenus dicens, ſi Sol exempli gratia reciperet corruptionẽ, appareret de eo reſolutio in tempore ſucceſſiuo: & tamen aſpectus ſignificantes mẽſuram eius poſt tot millia annorũ nõ ſignificant niſi hanc menſuram,&, quia non reſoluitur in his temporibus,longis indicat ꝙ non corrumpetur. Dubitatio aũt de ea eſt multis B modis. quorum Primus eſt, & forma huius rationis talis ẽ. Si Sol corrumperetur, nõ eſt dubium ꝙ euenerit ei reſolutio: ſed cõſequens eſt falſum: ergo & antecedens etiam falſum. & eſt ſyllogiſmus,qui appellať apud eos conditionalis copulatus. Quę quidem concluſio nõ ſequitur quoniam antecedens non eſt verũ, niſi copuletur ei alia conditio. nam, cum dicit ſi corrumperetur, impoſſibile eſt quin reſoluatur, hoc conſequens non ſequitur ipſum antecedens, niſi cum additione conditio- C nis.& eſt vt dicatur, ſi corrumpereť corruptione reſolutiua, impoſſibile eſt ei quin reſoluatur in longitudine temporis,aut declarabitur ꝙ non ſit corruptio, niſi per viam reſolutionis, ad hoc vt ſequatur cõſequẽs ab antecedente, & tamen non cõceditur ei, quòd non corrumpitur res niſi per reſolutionem. Sed reſolutio eſt vna ſpecierum corruptionis.

Et non eſt inconueniens vt corrumpatur res in eſſe ſuo, & eſt in hora perfectionis ſuæ.

AVERROES. D

Ait Auer. Res autem, cum qua contradixi huic ſermoni,eſt, quia conſequentia inter antecedens & conſequens non eſt vera. nam corruptum non oportet vt reſoluatur, cùm corruptio aliquando proueniat rei ante reſolutionem. Attamen conſequentia vera eſt,cũ ponitur corruptio ſecundum curſum naturalem, & non ponitur coacte, & concedatur etiam ꝙ corpus cęleſte ſit viuens. nam omne viuens, quod corrumpitur ſecundum curſum naturalem,reſoluitur, antequam cor- E rumpatur neceſſario. Sed iſtæ ſunt propoſitiones, quas non concedit aduerſarius de cęlo,niſi cum demõſtratione. Quare fuit ſermo Galeni rhetoricus. Et quod cautius eſt in hoc ſermone eſt ꝙ cœli, ſi corrumperentur, corrumperentur quidem aut ad elementa, ex quibus componuntur, aut ad aliam formam, eo ꝙ ſpoliarentur forma ſua, & reciperẽt aliam formã, vt accidit formæ ſimplicium,cum generatur aliquod eorum ab aliquo, ſ.elemẽta quatuor. Si aũt corrumperẽtur ad elemẽta: il- F la eẽnt pars alterius mũdi. nã nõ cõuenit vt ſint ex elemẽtis cõtentis in eis. qm̃ iſta elemẽta ſunt pars nõ habens mẽſurã reſpectu eorũ: immo proportio eorũ ad illa eſt ꝓportio puncti in circulo. Si vero ſpoliarenť forma ſua, & reciperent aliam, erit hic corpus ſextum contrarium eis, quod nõ eſt nec cœlum, nec terra, nec aqua, nec aer, nec ignis. & hoc totũ eſt falſum Cum aũt dixit ꝙ nõ reſoluitur,eſt famoſum,& eſt diuerſum à primis veris. & iã dictum eſt de quo genere ſunt iſtæ propoſitiones in libro Poſteriorum.

G ALGAZEL.

AIt Alga. Secundus vero, ſi concedimus ei hoc, & ꝙ nõ ſit corruptio, niſi per reſolutionem, vnde ſcietur ꝙ non eueniet ei reſolutio? Aſpicere autẽ obſeruantias eſt falſum: quoniam non ſcitur menſura eius, niſi ꝑpe veritatem. & Sol, qui dicitur ꝙ ſit maior terra. 170. vicibus aut prope hoc, ſi diminuta fuerit ab eo mẽſura parua exempli gratia, non appareret ſenſu. & forte fuit hucuſq; in reſolutione. & iam diminuta eſt mẽſura palmi, aut amplius, ſenſus tamen non potuit id comprehendere: quoniam menſura eius in ſcientia Perſpectiua non ſcitur niſi prope veritatem. quoniã ſicut gemma, & aurum ſunt compoſita ex elementis apud eos, & tamẽ recipiunt corruptionem, deinde ſi reponatur vna gemma per centum annos, non erit diminutio eius ſenſibilis. & forte proportio eius, quod diminuitur à Sole in menſura temporis obſeruantiarum eſt ſicut proportio eius, quod diminuitur à gemma in centum annis. & hoc quidem nõ apparet ſenſui, & indicat ꝙ natura eius eſt in vltimitate corruptionis. Et iam dimiſimus recitare multas rationes huius generis, quas negãt intelligentes, & poſuimus hanc rationem, vt ſit ſpeculum, & exemplum eius, qđ dimiſimus, & contenti fuimus quatuor rationibus, quæ indigerent labore in ſolutione dubitationum earũ, vt diximus ſuperius.

AVERROES.

AIt Auer. Si Sol reſolueretur, & eſſet id, quod reſoluitur ex eo tempore obſeruationis incõprehenſibilis quantitatis propter magnitudinẽ corporis eius, erit id, qđ fit ex reſolutione ĩ eis, quę ſunt hic, ex corporibus quid habẽs menſurã comprehenſibilem. quoniam reſolutio omnis ſenſibilis reſoluti erit per corruptionem partium eius, q̃ reſoluuntur. & impoſſibile eſt in illis corporibus reſolutis in reſoluto quin remaneant in mundo omnes, aut reſoluantur ad alias partes. & quodcunque horum fuerit, neceſſe eſt vt faciat in mundo mutationem manifeſtam, aut in numero partiũ eius, aut in qualitatibus earũ. Si autem mutarentur quantitates corporum, mutaretur actio, & paſſio eorum. Si autem mutaretur actio, & paſsio eorum, & præcipue ſtellarũ, mutaretur id, quod eſt hic ex mundo. igitur imaginatio reſolutionis in corporibus cœleſtibus eſt impoſſibilis in ordinatione diuina, quæ eſt hic apud philoſophos, & hic ſermo non peruenit ad gradũ demonſtrationis.

ALGAZEL.

AIt Alga. Ratio vero ſecunda apud eos circa falſitatem corruptionis mundi eſt, quia dicunt, mundus non corrumpitur ſubſtantia eius, quoniam non intelligitur cauſa in hoc: & id, quod non fuerat corruptibile, deinde corrumpitur, impoſſibile eſt vt ſit ſine cã. & hæc quidem cauſa aut erit ex voluntate agentis ęterni, & eſt falſum. quoniã cum non voluerat corrumpere eũ, & deinde vult, profecto mutatus eſt. & ĩducet ad hoc vt ſit antiquum, & voluntas eius in eadem diſpoſitione in omnibus temporibus, & tamẽ volitum mutatur ex priuatione ad eẽ, adhuc ex eſſe ad priuationem. & id, quod diximus ſuperius de falſitate eſſendi ĩnouatum ex voluntate antiqua,

A tiqua, indicat falſitatem corruptionis. Et addit ei hic alia dubitatio fortior, & eſt ꝙ volitũ eſt operatio volentis proculdubio. & omne, quod non fuerat agens, deinde fit agens, niſi mutetur, ipſummet impoſſe eſt quin ſit operatio eius ens, poſtquã non fuerat. ſi.n. remanſiſſet vt fuerat antea, non eſſet ei actio: & nunc ẽt non eſt ei actio: ergo non operatur aliquid. corruptio autem nõ eſt aliquid, quanto magis ꝙ ſit operatio? &, cum corrumpitur mundus, & fit operatio, quę non fuerat, quid eſt iſta operatio? vtrum eſt eſſe mun B di? & eſt falſum, cum ceſſat eſſe, aut operatio eius priuationis mundi, & priuatio mundi nõ eſt quid in eſſe, adeo ꝙ dicatur id eſſe, quod fecit agens, & adinuenit inuentor. & propter hoc dubium exiſtimauerunt ꝙ diuiduntur Loquentes in fine hui⁹ in quatuor ſectas. & quælibet ſecta tenuit falſum.

AVERROES.

AIt Auer. Quod autem recitauit Alga. de Philoſophis ꝙ cogent aduerſarios in hoc ſermone cir C ca poſſibilitatem corruptionis mundi, vt æternum, quod eſt innouans, ſequatur ab eo operatio innouata, & eſt priuatio, vt coegerunt eos in innouatione, iam locuti ſumus ſuperius de eo, cum tractatauimus de innouatione mũdi. nam dubitationes euenientes in hoc in innouatione, ipſęmet contingunt in corruptione. & non oportet reiterare id in hoc loco. Quod vero eſt proprium huic loco de eo, ꝙ omnis homo dicens innouationem mundi, neceſſe eſt ei vt ſit operatio agentis, dependens in priuatione, adeo quòd agẽs fecit priuationem, eſt id, quod recu

ſauerunt concedere omnes ſectæ, & D indiguerunt ſermonibus, quos recitabit poſtea. Attamen hoc ſequitur neceſſario dicenti ꝙ agens dependet operatio eius in inuentione abſoluta. i. in inuentione rei, quæ non fuerat antea, nec in potentia, nec fuerat poſſibilis, & extraxit eam agens à potentia in actum, immo innouauit eam innouatione abſoluta, quoniã operatio agentis apud philoſophos non eſt aliud, niſi exitus eius, quod eſt in potentia, ab eo, quod ponit id in actum. & depẽdet apud eos in ente in duobus extremis: in inuentione quidẽ id permutat ab eſſe in potentia ad eſſe in actu, & aufertur pri E uatio eius: in priuatione vero, in ꝑmutando ens ab eſſe actu ad eſſe in potentia, & accidit vt fiat priuatio eius. Qui vero non ponit agens hoc modo, ſequitur ei hæc dubitatio, ſ. ꝙ dependeat operatio eius in priuatione in duobus extremis ſimul. ſ. in uentione, & priuatione. Sed, quoniam in priuatione eſt magis manifeſtum, non poſſunt loquentes euadere ab aduerſariis: nam manifeſtũ eſt ꝙ ſequitur dicenti hoc vt agens F operetur priuationem. quoniam, cum permutauerit rẽ ab eſſe ad priuationem abſolutam, iam operatũ eſt priuationem abſolutam prima intentione, in contrarium eius, cum permutauerit eam ab eſſe in actu ad eſſe in potẽtia. innouatio enim priuationis erit in hac permutatione quid ſequens. & hoc idem ſequitur eis in inuentione: niſi ꝙ eſt magis occultum. nam, cũ produxerit rem, auferet priuationẽ eius neceſſario. Et, cum ſic fuerit, non eſt inuentio aliquid oĩno, niſi conuerſio priuationis rei ad eẽ. ſed qm̃ fuit finis, hu-

G ius motus inuentio, poſſunt dicere ꝙ operatio eius dependeat in inuentione: & non poſſunt dicere hoc in priuatione, cum fuerit finis huius motus priuatio. Quare non poſſunt dicere ꝙ operatio eius non dependeat in deſtructione priuationis, ſed dependet in inuentione, & ſequitur cum hoc deſtructio priuationis. ſed ſequitur eis neceſſario vt dependeat operatio in priuatione. ens enim ſ'm eos non eſt ei niſi hora, qua eſt priuatum abſolute, & hora, qua eſt in actu. cum autem fuerit in actu, non dependet in eo operatio agẽtis, nec cum fuerit priuatum. remanſit ergo
H go vnum duorum, aut ꝙ non dependeat in eo operatio agentis, aut ꝙ dependeat in priuatione, & conuertetur in eſſe. Qui autem intelligit hoc de agente, ipſe quidem permittit conuerti corpus priuationis in eſſe, aut cõuerti corpus eſſe in priuationem, & ꝙ dependeat operatio agentis in permutatione corporis cuiuſcunque duorum oppoſitorum ad reliquum. & hoc totum eſt in vltimitate falſitatis in aliis oppoſitis, quanto magis in priuatione, & eſſe. Iſti autem homines comprehenderunt de agente id, quod comprehen
I dit habens viſum debilem de vmbra rei loco rei, adeo ꝙ exiſtimant ꝙ vmbra rei ſit res ipſa. & hoc, ſicut vides eſt quid ſequens ei, qui nõ intelligit de inuentione exitum rei ab eſſe in potentia ad eſſe in actu, & de priuatione contrarium eius: & eſt mutatio eius ab actu ad potentiam. Et ex hoc apparet ꝙ poſſibilitas, & materia ſunt requiſita in omni innouato: & ꝙ, ſi reperiretur ens exiſtens per ſe, impoſſibile eſt eſſe ei priuationem, nec innouationem. Q̃d autem recitauit Alga. de ſecta Aſſaria ſ. ꝙ ipſi permittunt fieri innouationem ſubſtantiæ exiſtentis per ſe, K
& non permittunt priuationem eius, eſt opinio in vltimitate debilitatis. nam id, quod ſequitur in priuatione, ſequitur in inuentione, niſi quòd in priuatione eſt magis manifeſtum. & ideo exiſtimauit ꝙ ipſi diuerſantur in hac re. deinde recitauit reſponſiones ſectarum in hac dubitatione quæ eis accidit in priuatione, Et dixit.

ALGAZEL.

Ait Alga. Mahatazeli autem dixerunt ꝙ operatio, quæ emanauit ab eo, eſt ens, & eſt cõſumptio L
quam quidem creauit nõ in ſubiecto, & corrumpet totum mundum in inſtanti, & deperdetur conſumptio abſoluta ex ſe, ita ꝙ non indigebit alia conſumptione, vt procedat in infinitum. Et, cum recitauerat hanc reſponſionem eorum illi dubitationi.

ALGAZEL.

Ait Alga. Et hoc quidem eſt falſum multis modis. Quorum vnus eſt, ꝙ conſumptio non eſt ens operatum, & certum, ita ꝙ apprehẽdatur conſumptio eius. Adhuc, ſi eſſet ens, non corrũperetur ex ſe abſq; M
corrumpente. Vlterius non corrumpet mundum. q̃m, ſi creatum fuerit in ſubſtantia mundi, & pars eius, eſt inconueniens. nam ſedens cõtangit ſedem. & congregãtur etiam ſaltim in inſtanti. &, cum fuerit poſſibilis congregatio eorum, non erit contrarium, & nõ conſumet ipſum. Si autem creauit eum non in mundo, nec in ſubiecto, quæro vnde cõuertetur eſſe eius in eſſe mundi? Præterea in hac opinione eſt aliud conue-

nien-

A niens, & eſt ꝙ Deus glo. non poteſt corrũpere aliquas partes huius mũdi, & non aliquas, & etiam non poteſt niſi facere innouationem vacui in priuatione mundi totius. quoniã cum non fuerit in ſubiecto, erit proportio eius ad totum eodẽ gradu.

AVERROES.

AIt Auer. Hic ſermo eſt debilior omnibus, quibus laborauimus contradicere. qm̃ vacuum, & priuatio ſunt duo nomina ſynonima: &, cum non creat priuationem, non creat conſumptionem. Si autẽ conſyderauerimus vacuum eſſe, erit
B finis gradus eius, vt ſit accidens, & eẽ accidens abſq; ſubiecto eſt inconueniens. & etiam quõ imaginatur vt priuatio operetur priuationem? & hoc totum aſſimilatur ſermoni Meuorſameorum.

ALGAZEL.

AIt Alga. Secunda autem ſecta eſt, quia dixerunt, operatio. q̃ emanauit ab eo, eſt priuatio, & priuatio eſt pręſatio eſſe innouãtis eum ex ſe. & ſit mundus incorruptus, & ſic eſſe apud eos in inuentione innouabit ipſum ex ſe, & ſit ens in eo ens. & hoc etiam eſt falſum. quoniam in
C eo eſt eſſe antiquum ſubiectũ innouationum, etiam eſt exitus ab intellecto. nam non intelligitur de inuẽtione niſi eſſe attributum voluntati & poſſe. ponere autem aliquid præter voluntatem, & poſſe, & eſſe potens ad id, & eſt mundus, non intelligitur. & ſic etiam priuatio.

AVERROES

AIt Auer. Carmei autem tenent ꝙ hic ſunt tria, agens, & actio: & eſt id, quod appellant operationẽ, & actum: & eſt id, in quo dependet operatio. & ſic vident ꝙ hic ſit priuatio, & actio, quam appellant operationem priuationis, & rem priuatam. & vident ꝙ actio ſit res firma in ſubſtantia agentis. & hoc non facit apud eos innouationem in patiẽte, ꝙ ſit innouatum: qm̃ hoc eſt ex capitulo proportionis, & relationis. innouatio autem ꝓportionis, & relationis nõ facit innouationẽ ſubiecti eorum innouationes vero facientes mutationem ſubiecti ſunt mutationes, quæ mutãt ſubſtantiã ſubiecti, vt mutatio rei ab albedine ad nigredinem. Attamen, cum dicunt ꝙ actio ſtat in ſubſtantia agentis, eſt error: eſt enim relatio reperta inter agens, & actum: &, cum refertur ad E
agens, appellatur actio: cum vero referatur ad actum, appellatur paſſio.

Sed Carmei in hac poſitione, non ſequitur eis vt antiquum nõ operet̃ innouatum, & nõ vt antiquum non ſit antiquum, vt putauit ſecta Aſſaria. ſed quod ſequit̃ eis eſt vt ſit ibi cã magis antiqua, quã antiquũ. qm̃ agens, cũ nõ operatur, & poſtea operatur, abſque eo ꝙ deficiat ei hora, qua non operat̃ aliqua conditio cõditionum eſſe operati, manifeſtum eſt ꝙ innouatum ſit hora operationis aliquod attributum, quod non fuerat agenti ante operationem: & F
omne innouatum habet agẽs innouans, & ſequitur vt ante cãm primã ſit cã, & procedet in infinitum. & iã locuti fuimus de hoc.

ALGAZEL.

AIt Alga. Tertia autem ſecta eſt ſecta Aſſaria, qui dixerunt ꝙ accidentia conſumuntur ex ſe, & nõ imaginant̃ remanere. nam, ſi imaginarent̃ remanere, non imaginaretur conſumptio eorũ hac de cã. Subſtãtiæ vero non remanent ex ſe, ſed re-

G manẽt ex ſe, ſed remanẽt remanẽtia addita eſſe earũ. &, cum nõ creauerit Deus glo. remanentiam in eis, corrumpent̃ ſubſtantię ad priuationem remanentiæ. quod quidem eſt falſum: quoniam eſt in eo de negatione ſenſus, ꝙ nigredo non remaneat & ſic ẽt albedo, & ꝙ innouatur in oĩ hora. intellectus tamen determinat ꝙ capillus, qui eſt in capite hominis hodie, eſt capillus, ꝗ fuerat heri, non ſimilis ei, & determinat ẽt de nigredine capilli. Vlterius eſt in eo dubitatio alia, & eſt ꝙ remanens, cum remanſerit in ſua remanentia, neceſſe H eſt vt remaneãt attributa Dei in remanentia. & hæc remanentia remanebit in remanentia, & indigebit alia remanentia, & procedet in infinitum.

AVERROES.

Ait Auer. Iſte ſermo eſt in vltimitate vanitatis, & ruinæ, licet dixerint eum multi Antiquorũ, ſ. ꝙ entia ſunt in fluxu continuo. & quaſi ſunt infinita incõueniẽtia, quę eum ſequuntur. Et quõ reperit̃ ens, quod conſumatur ex ſe, & conſumitur eſſe in conſumptione eius? Nam, ſi ipſum conſumeretur ex ſe, eſſet ex I ſe. ſi aũt hoc eſſet. ſequeret̃ vt res, q̃ ipſum reperiret̃, ex ſe cõſumeretur. & hoc eſt falſum. qm̃ eſſe eſt contrarium conſumptionis, & impoſſibile eſt vt reperiantur duo contraria in eodẽ eodẽ modo. Quare id, qđ eſt ens permanens, & abſolutum, nõ imaginatur de eo conſumptio. nam ſi eſſe eius determinaret priuationem, eſſet ens, & non ens in vno inſtanti: quod eſt falſum. Vlterius, ſi entia remanent, aliquo attributo remanente in ſe, vtrum remanentia eorum, in eo ꝙ ſunt entia, aut in eo ꝙ non ſunt? & eſt falſum vt ſit hoc K eis in eo ꝙ nõ ſunt, ſequitur vt ſit remanentia eis in eo ꝙ ſunt entia. &, cum omne ens neceſſe eſt vt ſit remanens, ex eo ꝙ eſt ens, & priuatio innouata eſt ei, quæro ad quid remanent entia in remanentia? & hoc totum eſt error ex corruptione proueniente in intellectu: ideo dimittamus hanc ſectam: qm̃ falſitas ſermonis eorum eſt magis manifeſta, quã indigeat dubitatione.

ALGAZEL.

Ait Alga. Quarta vero ſecta eſt aliquorum Aſſariæ, qui dixerunt accidentia cõſumi ex ſe, ſubſtã- L tias vero remanere. &, ſi non creaſſet Deus glo. in eis motum, nec quietẽ, nec coniunctionem, nec ſeparationem, eſſet falſum remanere corpus non mobile, nec quieſcibile, & corrumperetur. & ambæ ſectæ Aſſariæ dicebant priuationem non indigere agẽte. eſt eñ quies actionis, qm̃ non intelligũt eſſe priuationem actionẽ aliquam. Dixerunt vero philoſophi, &, cum vani ſint hi modi, non remanet modus aliquis ſermoni de poſſibilitate priuationis huius mundi, ẽt ſi dixerimus ꝙ hic mũdus fuerit innouatus. nam cum confeſſio- M ne eorum innouationis animæ humanę rõcinant̃ de falſitate priuationis eiuſmodi ꝓpinquis his, quos diximus. Demũ apud eos oẽ exiſtens ex ſe, nõ in ſubiecto, nõ imaginatur priuatio eius poſt eſſe eius, ſiue ſit antiquũ, ſiue innouatũ. &, cũ dr̃ eis, cũ ingredit̃ ignis vice aquæ, corrumpit̃ aqua, dicũt nõ corrũpit̃, ſed conuertit̃ in vaporẽ, & deinde conuertit̃ in aquã: materia vero prima remanet in aere, & eſt materia, q̃ erat ſubiecta formæ aquæ: ſpoliatur autem

materia

A materia forma aquę, & induitur forma aeris. &, cum aer occurrit frigido, ingroſſatur, & factus eſt aqua: nõ aũt ꝙ materia innouata ſit: ſed materia eſt cõis inter elementa, & mutantur in ea formæ eorum.

AVERROES.

AIt Auer. Qui autem dixerit ꝙ accidentia nõ remaneant per duo tpa, & ꝙ eſſe eorum in ſubſtantijs ſit cõditio in remanentia ſubſtãtiæ, ipſe quidem non intelligit quid ſit in ſermone ſuo ex cõtradictione. Nam, ſi eſſent ſubſtãtiæ, conditio in B eſſe eorũ cum non poſſint eſſe accidẽtia abſq; ſubſtãtijs, in quibus exiſtãt, tunc poſitio accidentium eſt cõditio in eſſe ſuo, & eſt inconueniens vt ſit res conditio in eſſe ſuiipſius. Vlterius quõ erunt conditio requiſita, & ipſa quidẽ nõ remanent ꝑ duo tpa? nã inſtans, quod erit finis priuationis eius, quod eſt ex eis, & initium eſſe partis, quæ eſt ex eis, neceſſe eẽt vt corrũpat̃ in hoc inſtãti ſuba. hoc n. inſtãs nõ ẽ in eo aliqd ptis corruptæ, nec aliqd ptis, q̃ eſt. nã, ſi eẽt in eo pars rei corruptæ, non eẽt ei finis. & ſic, ſi eſſet ei aliqd rei, q̃ eſt. Demum ponere id, quod non remanet C per duo tpa, cõditionẽ in remanẽtia eſſe eius, quod remanet per duo tpa eſt abſurdũ etiam. nã id, quod remanet per duo tpa, dignius eſt remanere quã id, quod non remanet ꝑ duo tpa: qm̃ id, quod nõ remanet ꝑ duo tpa, eſſe eius eſt in inſtãti, & eſt fluxus: quod vero remanet ꝑ duo tpa, eſſe eius eſt permanens. & quomodo erit fluxus conditio in eſſe permanentis? aut quõ erit id, quod remanet in ſpecie, conditio in remanentia eius, quod remanet in indiuiduo, & hoc totum eſt inuolutio falſitatis. D Debes autem ſcire ꝙ qui non ponit materiam rei, quę generatur, ſequitur ei vt ſit ens ſimplex, & impoſſibilis eſt ei priuatio. ſimplex enim non mutatur, & non mutat ſubſtantiam ſuam ad ſubſtantiã alterius. & ideo dicit Hippocrates, ſi eſſet hõ ex vna re, non doleret corpus eius. i. nõ corrumperetur, & mutaretur: & ſic ẽt ſequeretur vt nõ generaret̃, ſed eſſet ens, quod non defecit, nec deficiet id autem, quod recitauit Auicen. de differentia in hoc inter innouationem corruptionem in anima, nihil eſt. E

ALGAZEL.

AIt Alga. Reſpondens philoſophis. & rñſio eſt ꝙ id, quod dixiſtis de partibus, ꝙ poteſt euadere à qualibet earũ, & declarabit̃ deſtructio eius ſm radices veſtras, non eſt verum, & conueniens vſitati radicis veſtræ in eo, quod eſt de genere ſuo. ſed prolixe de hoc non loquemur: ſed ſufficit nobis loqui de vna parte. Et dicimus quare negatis dicenti ꝙ inuentio, & priuatio ſint in voluntate Dei glo. &, cum ipſe voluerit, adinuenit: & cũ volet, corrũpet, & eſt, cum ſit potens, volens in perfectione. & ipſe quidem in hoc ſuo iudicio F nõ mutatur in ſe, ſed tm̃ mutatur eius operatio. Cũ autem vos dicitis ꝙ agens impoſſibile eſt emanare ab eo actionem, & quid emanauit ab eo, dicim⁹ ꝙ id, qđ emanauit ab eo, eſt innouatum, & eſt priuatio, poſtquã nõ fuerat priuatio, & poſtea facta eſt priuatio, & emanauit ab eo. Si autem dixeritis ꝙ priuatio nihil eſt, & quõ emanat: dicimus & ipſa quoq; nihil eſt. ergo quõ fuit, & nihil eſt emanare ab eo? &, cũ ĩtelligit̃ ꝙ ſit, intelligitur relatio ei⁹ ad poſſe.

G AVERROES.

AIt Auer. Hoc totum eſt ſermo ſophiſticus,& corruptus. Nã Philoſophi nõ negant eſſe priuationem rei cũ corruptione corrumpentis eam: immo nõ ꝙ corrũpens eam dependeat operatio ſua à priuatione eius,in eo ꝙ eſt priuatio, ſed dependet operatio ſua in permutatiõe ab eſſe,quod eſt in actu,ad eſſe, quod ē in potẽtia, & ſequiťei ꝙ ſit priuatio & innouatio eius. & hoc modo comparať priuatio ad operationē. & non ſequitur,ex eo ꝙ eſt priuatio,ſtatim ad actionē agentis in ente vt agẽs ſit
H agẽs eius primo,& per ſe. & ipſe, qm̃ cõceſſum eſt ei hoc dictum ꝙ ſit priuatio ꝓculdubio ſtatim ad actionē corrũpẽtis in corrupto, intulit ꝙ ſit priuatio per ſe & primo ab agẽte ei⁹. quod quidem impoſſibile eſt. nam agẽs,nõ depẽdet operatio eius à priuatione,in eo ꝙ ē priuatio.ſ primo, & eſſentialiter. Quare,ſi entia ſenſibilia eſſent ſimplicia,nõ generarentur, nec corrũperẽtur, niſi dependeret actio agentis primo, & eſſentialr̃ à priuatione. Attamẽ depẽdet actio agẽtis à priuatione per accñs ſecundarie, & hoc quidẽ in permutatione
I paſſi ab eſſe, quod ē in actu ad aliud eſſe, & euenit ei ex hac actione priuatio, vt mutatio ignis ad aerẽ, qm̃ euenit huic priuatio ignis. & ſic eſt diſpoſitio apud Philoſophos in eſſe, & priuatione.

ALGAZEL.

AIt Alga. Et quæ dr̃ia eſt inter vos,& dicentem negationē innouationis priuationis oĩno accidẽtibus, & formis? & dicit ꝙ priuatio ſit nihil,& qũo fit?& qũo denominatur innouatione? Et nõ eſt dubiũ ꝙ priuatio imaginatur fieri in accñtibus, & ꝙ denominatũ ex innouatione eſt intellectuale, ſiue appelleť
K res ſiue nõ appelleť & relatio huius, qđ eſt intellectuale, ad poſſe potẽtis etiam eſt intellectualis.

AVERROES.

AIt Auer. Innouatio priuationis hoc modo ē vera, & eſt id, qđ ponũt Philoſophi, qm̃ emanat ab agente ſecũda intẽtione, & ꝑ accidens: & non ſequitur ex eo ꝙ emanat, & eſt intellectualis vt ſit eſſentialr̃,& primo. Dr̃ia aũt inter Philoſophos, & negantem fieri priuationē eſt, qm̃ Philoſophi non negant
L fieri priuationem oĩno, ſed negant fieri principlr̃,& eſſentialr̃ ab agẽte. nã agẽs non dependet operatio eius à priuatione neceſſario, primo, & ꝑ ſe.& priuatio apud eos ſequiť actionem agentis in eſſe, & eſt id, quod ſequitur dicenti mundum corrumpi ad non ens omnino.

ALGAZEL.

AIt Alga.Si autem dixerit,ſequitur opinioni eius, qui ꝑmittit priuationē rei poſt eſſe eius, vt dicatur ei quid eſt id, quod innouatum eſt, & apud nos nõ corrũpitur res in uẽta. Et intelligimus ꝑ priuationem
M accidẽtium innouationē ſuorũ contrariorũ,quę ſunt entia,nõ aũt innouatio eſt priuationis abſolute, quæ eſt nihil.qđ enim nihil eſt, qũo denominať innouatione?vt,cũ dealbatus eſt capillus, id, quod innouať, ē albedo tãtum,& eſt ens,& non dr̃ ꝙ innouatum ſit priuatio nigredinis.

AVERROES.

AIt Auer.Hæc reſponſio Philoſophorũ eſt falſa. nam Philoſophi nõ negant fieri priuationem, & prouenire ab agente. Attamen nõ prima intẽtione,vt ſequiť ponenti rem

A ti rem permutari ad priuationẽ abſolutam. ſed priuatio apud eos innouat' cum perditione formæ rei corruptæ, & innouatione formæ, cui ẽ contraria. vnde fuit dubitatio Alga. in hoc ſermone dubitatio vera.

ALGAZEL.

AIt Alga. Et hoc eſt falſum duobus modis. Primus quidẽ, cũ quæritur vtrum innouatio albedinis includit priuationẽ nigredinis, vel ne? Si aũt dixerint ꝙ nõ, tũc mentiuntur. Si vero dixerint ꝙ ſic, an inclusum eſt ipſummet includens, vel aliud? Si dixerint eſt idem, tũc contradicit ſibiipſi: nam res non includit ſeipſam. Si vero dixerint ꝙ ſit aliud, an hoc aliud intellectuale, vel non? Si aũt dixerint ꝙ non, quærimus qũo ſcitis ꝙ ſit incluſum? & iudicium de eo quòd ſit incluſum indicat ꝙ ſit intellectuale. Si autem dixerint ꝙ ſic, hoc quidem incluſum, & intellectuale, & eſt priuatio nigredinis, an eſt antiquum, vel innouatũ? Si aũt dixerint antiquum, eſt falſum. Si vero dixerint innouatum, denominatum quidẽ ab innouatione, qũo non erit intellectuale? Si aũt dixerint non antiquũ, nec innouatum, eſt falſum. qm̃ ante innouationem albedinis, ſi dixerint nigredinẽ eſſe corruptã, eſt falſum. & poſt eã, cum dicitur ꝙ non ſit, eſt verum, & innouatur proculdubio. & hoc, qđ innouatur, eſt intellectuale, & oportet vt attribuatur potenti.

AVERROES.

AIt Auerr. Eſt quidem innouatum intellectuale, & attribuit' potenti, ſed per accidens, nõ autem per ſe: qm̃ non dependet operatio agẽtis à priuatione abſoluta, nec à priuatione vnius rei. Nam non eſt in potentia potentis ꝙ ponat ens, nõ eſſe primo, & eſſentialiter, ſ. ꝙ conuertat corpus eſſe ad corpus priuationis. & omnis, qui non ponit materiam, non euadet ab hoc dubio. ſ. ꝙ ſequitur ei vt dependeat operatio agentis à priuatione, primo, & eſſentialiter. & hoc totum eſt manifeſtũ, & nõ eſt opus protelare ſermonem in eo. Et ideo dixerunt ſapientes ꝙ principia rerum generabilium, & corruptibilium ſunt duo per ſe, & ſunt materia, & forma, & vnum per accidens, & eſt priuatio: quoniam eſt conditio requiſita in innouatione innouati. ſ. vt eam præcedat: &, cum reperitur innouatum, aufertur priuatio, & cum corrumpitur, adeſt priuatio.

ALGAZEL.

AIt Alga. Secundus autem modus dubitationis eſt ꝙ id, qđ corrumpitur, apud eos non eſt per contrarium, vt motus: motus enim non habet contrarium. & oppoſitio inter eum, & quietem apud eos eſt oppoſitio habitus, & priuationis, nõ autẽ oppoſitio eſſe ad eſſe. & quies eſt priuatio motus. &, cum non fuerit motus, non erit quies quid contrarium eius, ſed eſt priuatio abſoluta. & ſic ẽt ſunt attributa, quę ſunt ad perfectionẽ, ſicut impreſſio figurarum ſenſibilium in humido criſtallino in oculo, & ſicut impreſſio formarum intelligibiliũ in aĩa, quæ conuertuntur ad impreſſionem eſſe abſq; remotione contrarij. &, cum corrũpuntur, erit diſpoſitio eorum ablatio eſſe abſq; aduentu contrarij poſtea: & ablatio eorum eſt præfatio priuationis abſolute, & apprehẽdit intellectus eſſe innouatũ. & qui intellexit ꝙ ſit in ſe, licet non fuerit

 aliquid,

G aliquid, intellexit, & attribuit poſſe
potenti. Et declaratur in hoc ꝙ, cũ
intellexerimus imaginationem fieri
di innouatum voluntate antiqua,
non differt ſiue ſit id, quod innoua-
tur priuatio, ſiue eſſe.

AVERROES.

AIt Auer. Differt autem magna
differentia, cum ponitur pri-
uatio emanare ab agente, & emana-
re eſſe ab eo. quoniam, cũ ponitur
eſſe primo, & priuatio ſecundarie. i.
ꝙ ponatur innouata ab agente, me-
H diante aliqua ſpecie eſſe, & eſt ponẽ
do eſſe in actu in potentia, deſtruen
do actum, qui eſt habitus in ſubie-
cto, eſt verum. & quod non erit im-
poſſibile apud Philoſophos hoc mo
do, vt corrumpatur mundus, eo ꝙ ꝑ
mutatur ad aliam formam. nã pri-
uatio hic eſt ſubſequens, & per acci-
dens. Quod autem eſt impoſſibile
apud eos, eſt vt corrumpatur res ad
non eſſe omnino. quoniam, ſi hoc
fuerit, tũc agens dependeret opera-
tio eius à priuatione primo, & eſſen
tialiter. & hic ſermo totus, aſſumit᷑
I in eo id, quod eſt per accidens, ꝙ ſit
per ſe, & ſequitur Philoſophis de eo
id, quod dixerunt de impoſſibilita-
te eius. & plurimi ſermonum hu-
ius libri ſunt huius naturæ. & pro-
pter hoc conuenientius nomen hu-
ius libri eſt liber Deſtructionis ſim-
pliciter, ſeu Deſtructio Alga. non
Deſtructio Philoſophorum. & ve-
rius nomen huius libri eſt liber dif-
ferentiæ inter veritatem, & ruinam
ſermonum Loquentium, dicentium
Deum glorioſum eſſe agens mundi,
& mundum opus, & operationem
eius.

## DISPVTATIO III. K

### De declaratione inuolutio-nis eorum.

ALGAZEL.

AIt Alga. philoſophi
profecto, non autẽ
Epicurei, putauerũt
ꝙ mundo ſit cã effi-
ciens. & Deus glo.
eſt agens mundi, &
efficiens eius. Et hoc eſt illuſio ſm
radices eorũ. Nam mundus ſecũdũ
radices eorum non poteſt conſyde- L
rari quòd ſit operatio Dei glor. tri-
bus modis. Primus quidẽ ex parte
agentis. Secundus autem ex parte
patientis. Tertius vero ex parte vtri-
uſque. Ex parte autem agentis, quo-
niam impoſſibile eſt quin ſit volẽs,
& eligens, & ſciens rem, quam vult:
Deus vero glo. nihil vult, & nullam
habet operationem: & quicquid in-
fluitur ab ipſo, cõſequitur ab eo cõ-
ſecutione neceſſaria. Ex parte vero
patientis, quoniam mũdus eſt anti-
quus, & æternus: operatio vero dici-
tur de innouato. Et ex parte vtriuſ-
que, quoniam Deus glo. apud eos ẽ M
vnus omnimode: & ab vno non e-
manat apud eos niſi vnum omni-
mode. & mundus eſt cõpoſitus ex
diuerſis, quomodo ergo emanat
aliquid ab eo?

AVERROES.

AIt Auer. Id autem, quod eſt in
agente, eſt ꝙ non poteſt eſſe
quin ſit volens, eligens, ſciens quidẽ
id, quod vult, adeo ꝙ eſt agẽs eius,
quod voluerit, eſt quid non notum
ex ſe, & terminus nõ cognitus in a-
ctione mundi, niſi fuerit ei demon-
ſtratio,

A ſtratio, aut verificetur permutatio iudicij apparentis ad occultum. Nã nos videmus res agẽtes imprimẽtes dupl'r. eſt.n. aliqua, q̃ non agit niſi vnũ tm̃: & hoc quidẽ ꝑ ſe, vt calidũ agit calidũ, & frigidũ agit frigidũ: & iſta ſunt, quę vocãt Philoſophi agẽtia naturaliter. aliæ vero ſunt res, q. bus eſt agere aliquid in aliqua hora, & agent cõtrarium in alia hora, & iſta ſunt, quę appellamus volentia, & eligentia. & hæc quidem agũt ex ſcientia, & conſilio. Primo autẽ agens glo. abeſt ab eo attributio alicuius harum duarũ actionum mo-
B do, quo attribuit' generabili, & corruptibili apud philoſophos. nam eligens, & volens eſt id, cui deficit volitum: Deo vero glo. non deficit aliquid, quod voluerit: & ſic eligens ẽ id, quod eligit ſibi vnum duorũ nobilium: Deo vero glo. non deficit aliquid nobile. & volens, cùm peruenerit ad id volitũ, deficit voluntas ei⁹. demum voluntas eſt paſſio, & mutatio: Deus vero glo. eſt abſq; paſſione, & mutatione. Et ſic ẽt, magis, & magis abeſt ab actione nãli. nã actio rei naturalis eſt neceſſaria in ſe, & tamen non eſt neceſſitas de ſubſtãtia
C volentis, ſed eſt perfectio eius. Vlterius actio naturalis non erit ex ſcientia: & Deus glo. iam declaratum eſt demonſtratiue ꝙ actio eius emanat ab eo ex ſcientia: ergo modus, quo Deus glo. eſt volens, & agens, nõ eſt declaratus in hoc loco: qm̃ non eſt ſimilis voluntas eius voluntati nobis apparenti. Et quomodo dicit ꝙ non intelligitur de agente, niſi quod agit conſilio, & electione? & ponit hãc definitionẽ ſequi in apparẽti, & in occulto, & tñ Philoſophi nõ cõfitẽtur cõſecutionẽ hui⁹ definitionis: ſicut ſequit' eis, cũ auferũt hãc definitionem ab agente primo, vt auferãt
D ab eo actionẽ. Hoc aũt ẽ manifeſtũ per ſe. & qui hoc dicit, ẽ decipiẽs, nõ aũt Philoſophus. nam decipiens eſt, qui intendit facere ſophiſticam apparentiam, non autem oſtendere veritatem. &, cùm errauerit in veritate, non dicitur de eo ꝙ ſit decipiens, Philoſophi vero manifeſtum eſt ꝙ ipſi perquirunt veritatem, & nõ decipiunt omnino. & nõ eſt differentia inter dicentem Deum glo. velle voluntate diſſimili voluntati humanæ, & inter dicentem ipſum ſcire ſciẽ
E tia diſſimili ſcĩæ humanę. & quemadmodum non apprehenditur qualitas ſcientiæ eius, non apprehenditur qualitas voluntatis eius.

ALGAZEL.

AIt Alg. Et verificabimus vnũquemq; horũ modorũ trium cum imaginatione eorum in contradicendo ei. Primus quidem cum dicimus agens eſt præfatio eius, ex quo emanat actio cum eo, ꝙ vult actionem electiue, & cum ſciẽtia in volito, & apud vos tenentes ꝙ mundus eſt à Deo glor. ſicut cauſatum à cauſa, conſequetur cõſecutione ne-
F ceſſaria, ita ꝙ non poteſt imaginari ſeparari à Deo glo. parum, ſicut conſecutio vmbræ ab homine, & aeris à Sole, &c. vſque ad, qm̃ totum hoc emanat ab eo: & hoc ẽ inconueniẽs.

AVERROES.

AIt Auer. Summa huius ſermonis ſunt duo, quorum Vnum eſt, ꝙ nõ numeratur in numero cauſarum agentium niſi is, qui agit cõſilio, & electione. nam actio agentis naturaliter in aliud non numeratur numero cauſarum agentium: Secundum vero, ꝙ modus, quo tenẽt mũdum

G dũ emanare à Deo glo. eſt ſicut con-
ſecutio vmbræ ab homine, & aeris à
Sole, & deſcenſus lapidis deorſum,
quæ quidem non appellatur actio:
nam actio nõ ſeparatur ab agente.
Dixi & hoc totũ eſt falſum. nã Phi-
loſophi tenẽt quòd cauſę ſunt qua-
tuor, & ſunt materia, agens, forma,
& finis. & agens eſt id, quod extra-
hit aliquid de potentia ad actum, &
à priuatione ad eſſe. & hæc quidem
extractio aliquando eſt conſilio, &
electione, & aliquando natura, & ip
ſi non appellant hominem, cùm fa
cit vmbram, cauſam agentem, niſi
H abuſiue, qm̃ nõ eſt ſeparatus ab ea:
agens vero ſeparatur ab acto, ipſi ta-
men credunt quòd Deus glorio. ſe-
paratur à mundo. & nõ eſt apud eos
huius generis, nec etiam eſt agẽs di-
ſpoſitione agentis, quod nobis appa
ret, nec habens electionem, nec non
habens electionem, ſed eſt agẽs ha-
rum cauſarum, extrahens totum ex
priuatione ad eſſe, & id conſeruat
modo perfectiori, & excelſiori, q̃ eſt
in actionibus nobis apparentibus.
Et nõ ſequitur eis aliquid huius q̃-
ſtionis. nam ipſi tenẽt ꝙ actio eius
I emanat à ſcientia, & non ex neceſſi-
tate inducẽte ad illud, non ex ſe, nec
ex re ab extra, ſed propter excellen-
tiam, & bonitatem ſuam: & eſt ne-
ceſſario volens, eligens excellentio-
ri gradu volentium eligentium. nã
non euenit ei diminutio, quæ eue-
nit volenti, quod apparet. Et hęc eſt
doctrina ſapientis principis Philoſo
phorum in quibuſdam libellis ſuis,
editis in ſcĩa Metaphyſicę. qm̃, cũ ali
qui dñt qũo incępit Deus glo. mũdũ
ex nihilo? & fecit eum ex nihilo. Di-
cimus in reſpõſione huius ꝙ agens
aut erit vis eius, ſicut poſſe eius, &
K poſſe eius, ſicut voluntas eius, & vo-
luntas eius, ſicut ſapientia eius: aut
erit vis debilior ipſo poſſe, & poſſe
debilius voluntate, & volũtas debi-
lior ſapiẽtia. &, ſi aliqua harũ potẽ-
tiarũ fuerit debilior alia, tũc eã pri-
ma abſq; dubio, nõ erit ĩter eã. & nos
aliqua dña, & ſequeretur ei diminu
tio, ſicut ſequitur nobis. & hoc ẽ ni-
mium inconueniens: aut erit quęli-
bet harum potentiarum in vltimita
te perfectionis, cũ vult poteſt, & cũ
poteſt vigoratur, & omnia ĩ vltimi-
tate ſapientiæ, adeo ꝙ reperietur a-
ctio eius, quod voluerit, vt voluerit
L ex nihilo. & abſit ab hac diminutio-
ne reperta apud nos. Et dixit totum
hoc, quod eſt in hoc mundo, eſt alli
gatum potentia, quæ eſt in eo, pro-
ueniente à Deo glor. & niſi eſſet illa
potentia in rebus, non eſſet perma-
nens ictu oculi. Dixi, ens compoſitũ
eſt duplex. aliquod .n. in quo cõpo-
ſitio ſit res addita ipſi eſſe compoſi-
torum, & aliquod, quod eſt ipſum-
met eſſe compoſitorum in compoſi
tione eorum, ſicut eſſe materię cum
forma. & hic modus entium nõ re-
peritur in intellectu, ita ꝙ præcedat
eſſe eorum cõpoſitionem eorũ: ſed
M compoſitio eſt cauſa eſſe, & eſt præ-
cedens ipſum eſſe. ſi igitur primum
fuerit cauſa compoſitionis partium
mundi, quorum eſſe eſt in compo-
ſitione, eſt cauſa eſſe eorum. Et non
eſt dubium, ꝙ omne id, quod eſt cã
eſſe rei, eſt agens eius. Sic debet intel-
ligi res in opinione Philoſophorũ;
ſi verificatum fuerit apud ſpeculan-
tem de opinione eorum.

ALGAZEL.

AIt Alga. Reſpõdens pro Philo
ſophis. Si autem dicit, oẽ ens,
quod non eſt neceſſarium in eſſe ex
ſe, ſed

A ſe,ſed eſt ex alio, appellatur hoc ens actum,& appellatur eius cauſa agẽs, & non curamus,ſiue ſit cauſa agens naturaliter, ſiue volũtarie, ſicut vos nõ curatis d hoc.nã ipm,ſiue ſit agẽs cum inſtro,ſiue ſine inſtro,&c. vſq; ad,ſicut dicimus egit,& non egit.

AVERROES.

AIt Auer. Summa huius ſermonis ſunt duę reſponſiones. Quarum prima eſt: omne, quod eſt neceſſarium ex alio, eſt productum à neceſſario ex ſe. Attamen hæc reſponſio debet argui contra eam.qm̃ neceſſarium ex alio non oportet vt B ſit id, ex quo eſt neceſſarium ſuum eſſe agẽs,niſi denominetur de eo verificatio agentis,& eſt extrahẽs de potentia ad actum. Secunda vero reſponſio, & eſt ꝙ nomen agentis eſt, vt genus eius, quod producitur electione,& conſilio,& eius, quod producitur naturaliter,eſt ſermo verus. & hoc indicat id, quod diximus cũ definiuimus nomen agentis,ſed iſte ſermo inducit ad credendum ꝙ Philoſophi non teneant ipſum velle. & hæc pars non eſt nota ex ſe, ſ. quòd omne ens aut erit neceſſarium in eſſe ex ſe,aut ex alio.

ALGAZEL.

C AIt Alga. dubitans Philoſophis. Hęc appellatio eſt corrupta,nam nos non appellamus omnẽ cauſam, quomodocunque fuerit,agens, nec omne cauſatum actum.ſi enim hoc eſſet, non eſſet poſſibile dicere inanimatum nõ habere operationem.ſed operatio eſt animalis. & hic ſermo eſt ex ſermonibus famoſis, & veris.

AVERROES.

AIt Auer. Cùm autem dixit ꝙ non appellatur omnis cauſa agens, eſt verum. ratio vero eius in hoc, ꝙ inanimatum non appellatur agens, D eſt falſa. Nam inanimatum, cùm aufertur ab eo operatio, illud quidem,quod aufertur ab eo,eſt actio, quæ erit ab intellectu, & voluntate: non autem actio abſoluta.qm̃ reperimus aliqua inanimatorũ, quæ extrahunt talia,qualia ſunt ipſa a potẽtia ad actum.ſicut ignis,qui conuertit oẽ humidum,& ſiccum in ignem ſibi ſimilem,& hoc,quoniam extrahit eum a re, qua fuerat in potentia ad actum.& ideo oẽ id, in quo non eſt potentia, nec diſpoſitio ad recipiendum in ſe actionem ignis, non E agit ignis in eum ſibi ſimilẽ, ipſi vero negãt vt ignis agat. & poſtea erit de hoc diſputatio. Et etiam,quia nemo dubitat ꝙ in corporibus animalium ſunt potentiæ naturales,facientes cibum eſſe partem nutriti. demũ regit potentia corpus viuum regimine tali, quæ ſi imaginata fuerit auferri,moritur aĩal, vt dixit Galenus. & ex hoc regimine appellamus id viuens, & ex priuatione huius potentiæ appellatur mortuũ. Deinde dixit ꝙ appellare inaĩatũ agẽs,eſt locutio abuſiua, vt appellaṫ requirens volẽs.

AVERROES.

AIt Auer. Cùm appellatur agens, F & intendit in eo, ꝙ agit operationem volentis, tunc eſt agens abuſiue ſicut, cùm dicit ꝙ ipſum requirit,& ꝙ ipſum vult, cum vero intendimus ꝙ ipſum extrahit aliud a potentia ad actum,eſt agens in rei veritate diſpoſitione perfecta.

ALGAZEL.

DEinde dixit Alga. Dictum autem veſtrum, ꝙ, cum dicimus agens eſt vniuerſale, & diuiditur ad id,quod eſt à natura, & id,quod eſt a voluntate,non eſt concedendum.

& eſt

G & eſt, ſicut dictum dicentis ꝙ volens eſt vniuerſale, & diuiditur ad volens cum ſcientia in volito, & volens, qđ neſcit, quod vult, & eſt corruptū. nā voluntas includit ſcientiam neceſſario: & ſic agens includit voluntatem neceſſario.

AVERROES.

Ait Auer. Cùm autem dixerint agens diuidi ad volens, & non volens, eſt verum. & id indicat definitio agētis. ſimilitudo vero eius in diuiſione voluntatis ad eam, quę eſt cum ſcientia, & eā, quæ eſt ſine ſcientia eſt inconueniens. quoniam operatio, quæ eſt cum voluntate, aſſu-
H mitur in definitione eius ſciens: & tunc eſt diuiſio chimeralis. Attamē diuiſio agentis non includit ſciētiā: nam extrahit à priuatione ad eſſe aliud, quod non habet ſcientiam. & hoc eſt manifeſtum,

ALGAZEL.

Deinde dixit Alga. Cùm autem dicitis ꝙ, cùm dicimus agēs naturaliter non eſt diminutio primo, non eſt ſic. quoniam eſt diminutio ei in rei veritate. ſed diminutio non intelligitur, & non nimis fugit natura ab ea: quoniā remanet abuſiue. nam, cùm id fuerit cauſa aliquo mo-
I do, & agens etiam cauſa, ideo appellatur agens abuſiue. &, cùm dicitur agens electiue, eſt duplicatio in rei veritate: ſicut cùm dicitur vult, & ipſe ſcit id, quod vult.

AVERROES.

Ait Auer. Hic eſt ſermo, quem nemo dubitat eſſe falſum. nā id, quod extrahit aliud ex priuatione ad eſſe, ſ. cùm operatum eſt in eo aliquid, nō dicitur de eo, ꝙ ſit agēs, in eo ꝙ aſſimilatur alteri, ſed ē agēs in rei veritate, eo ꝙ definitio agentis conuenit ei. diuiſio autem agen- K
tis ſit id, quod agit naturaliter, & id, quod agit electiue, nō eſt diuiſio nominis æquiuoci, ſed eſt diuiſio generis. & ideo dictum dicentis agens eſt duplex, agens naturaliter, & agēs electiue, eſt diuiſio vera. nam extrahens aliud à potentia ad actum diuiditur in has duas partes.

ALGAZEL.

Ait Alga. Sed quoniam imaginatur dicere agens, & eſt abuſiue, & agens, & eſt in rei veritate, non fugiet anima, quin dicat agens electiue. & erit diſpoſitio eius agens ve-
ra actione: non autem abuſiue, vt di- L
cit aliquis aliquid in lingua ſua, & reſpicit cum oculo ſuo. quoniam, cū bene poteſt attribui aſpectus cordi abuſiue, & loquela motione capitis, & cōmotione manus abuſiue: qm̄ poteſt dici, dixit cum capite ſuo, voluit, ſeu noluit: ſic non eſt inconueniens dicere dixit cum lingua ſua, & inſpexit cum oculo ſuo. & erit diſpoſitio eius ad remouendum tollerare abuſionem. & hic lapſus pedis. & innuit locum ſubductionis.

AVERROES.

Ait Auer. Hoc eſt deceptio, & quid turpe ſapienti, vt adducat
talem ſimilitudinem falſam, & cau- M
ſam mendoſam, vt animæ attrahantur ad diuiſionem agentis in naturale, & voluntarium. nam nemo dicit inſpexit cum oculo ſuo, & ſine oculo ſuo, & tamen ipſe credit ꝙ hæc ſit diuiſio aſpectus. dicit tamen inſpexit cum oculo ſuo, ad intelligendū verum aſpectum, & remouēdum ꝙ non intelligatur aſpectus abuſiue. & ideo videtur intellectus ꝙ, cùm intelligit per verbum vidit, ꝙ ſit res vera à principio rei, ita ꝙ teneat id eſſe

aſpectum

A aſpectum oculo, eſt quaſi figmentũ. cùm vero dixerit agẽs per naturam ſuam, & agens per electionem ſuã, nemo intelligentium contradicit ꝙ hæc ſit diuiſio agentis. Si autem dictum ſuum egit cum voluntate ſua, eſt ſicut dictum ſuũ aſpexit cũ oculo ſuo, tũc erit dictum ſuum egit cũ natura ſua abuſiue. Attamen agens naturaliter eſt fixioris operationis famoſæ, q̃ agens voluntarie. nã agẽs naturaliter non prohibetur in operatione ſua, & operatur continue: agens vero voluntarie non eſt ſic.

B Quare aduerſarius poteſt cõuertere quæſtionem ſupra eos, ſ. dicere egit natura ſua, eſt ſicut dicere aſpexit oculo ſuo. & dicere egit voluntate ſua eſt abuſiue, & pręcipue opinione ſectæ Aſſariæ, qui dicunt hominem non habere virtutem, nec actionem imprimendi in entibus. Si aũt actio, quæ apparet ſic, quomodo ergo dicitur ꝙ impreſſio actionis verę in eo, quod non apparet, eſt vt ſit à ſcientia, & voluntate?

ALGAZEL.

AIt Alga. reſpondens pro Philoſophis. Si autem dicitur ꝙ nomen agentis habetur notitia eius ex

C lingua, &c. vſque ad, Si aũt dixeritis hoc totum eſſe abuſiue, vos quidem laboratis in eo abſque ſuſtentaculo.

AVERROES.

AIt Auer. Summa huius ſermonis eſt ratio famoſa: & eſt ꝙ idioma arabicum appellat imprimẽtẽ in re, licet non habuerit electionẽ agens verum, non autem abuſiue. & eſt reſponſio topica, quæ non conſyderatur in reſponſionibus.

ALGAZEL.

AIt Alga. reſpondens eis. Et eſt reſpõſio, ꝙ totum hoc eſt abuſiue: actio vero vera eſt illa, quæ eſt D cum voluntate. Et ratio eius eſt: qm̃, ſi nos poſuerimus innouatũ ad productionem, cuius ſunt duo, vnũ voluntarium, & aliud non voluntariũ, ſemper intellectus attribuit actionẽ voluntati, & ſic etiam idioma. nam qui proiecerit hominem in ignem, & moritur, dicitur ꝙ ipſe fuerit interficiens, non autem ignis, ita ꝙ, cũ dicitur non interfecit eum, niſi talis, erit dictum eius verum, &cæ. vſque ad, non eſſet faciens, nec agens, niſi abuſiue.

AVERROES. E

AIt Auer. Hæc reſponſio eſt ex opere Sophiſtarum, qui permutant de ſophiſticatione ad ſophiſticationem. Alga. autem eſt vir exceſſioris gradus, & rationis. ſed forte homines ſuæ ætatis induxerunt eũ ad edendum hunc librum, vt remoueret à ſe murmurationem, ꝙ ipſe teneat opinionem ſapiẽtum. qm̃ nemo attribuit actionem inſtrumẽto eam tamen attribuunt primo motori. qui autem interfecit aliquem in ignem, eſt agens in veritate, ignis vero eſt inſtrumentũ interfectionis. qui vero comburitur ab igne, abſq; ꝙ ſit ibi electio hominis, nemo dicit F eum comburere ignẽ abuſiue. Modus autem ſophiſticationis in hoc ẽ, qm̃ ipſe ratiocinatus eſt cum eo, qd' eſt verum coniunctim, de eo, quod eſt verum ſimpliciter, & ſeparatim, & non cõiunctim. & eſt locus ex locis fallaciæ, vt qui dicit de Æthiope, qui eſt albus dentibus, ꝙ ſit a'b' ſimpliciter. Attamen Philoſophi non dicunt, ꝙ Deus glo. nõ vult ſimpliciter, qm̃ eſt agens cum ſcientia: & hæc ſcientia, & agens excelſioris duarũ operationum oppoſitarum, licet

G licet ambæ fuerint poſes: ſed dnt ꝙ non vult voluntate humana.

ALGAZEL.

Ait Alga. reſpondens pro Philoſophis. Si aũt dicitur, nos intẽdimus, cum fuerit Deus glo. agens, ꝙ ſit cã eẽ oĩs entis, pter eũ. & ꝙ mũdus conſiſtit pp eũ, & niſi eſſet Deus glo. non imaginaretur eſſe mundi, &c. vſq; ad, & non eſt curandum de nominibus, cũ apparuerit res ipſa.

AVERROES

Ait Auer. Summa eius eſt, ꝙ cõcedunt homines aduerſarijs Deum glo. non eſſe agens: ſed eſt cã
H è numero cauſarum, ſine qua non perficitur res. Et eſt profecto reſponſio vilis. quoniam ſequitur ex hoc Philoſophis, vt ſit primũ principium per viam formæ vniuerſi, eo modo, quo aĩa eſt principium corporis. qđ nemo eorum dixit.

ALGAZEL.

Ait Alga. reſpondens eis. Dicimus ꝙ intentio noſtra eſt declarare ꝙ hoc non ſit operatio, & opus: ſed operatio, & ars eſt id, quod emanat à voluntate in rei veritate. & iã diximus de verificatione actionis, vſq; ad, & intentum huius quæſtionis eſt pateſacere errorem.

AVERROES.

Ait Auer. Hic autem ſermo ſequeretur Philoſophis, ſi dicerent id, quod ipſi dicunt. nã ſequitur eis ſecundum hanc poſitionẽ ꝙ non ſit mundo agẽs, nec naturaliter, nec volũtarie, nec aliquid agẽs vltra hos duos modos. & id, quod dixerũt, nõ eſt manifeſtus error eius: ſed error eſt, qm̃ attribuũt Philoſophis id, qđ non eſt ex dicto eorum.

ALGAZEL.

Ait Alga. Secundus autem modus in deſtructione eius. ꝙ mundus
K ſit operatio Dei glo. eſt ſm radicem eorum, circa conditionem in actione, & eſt ꝙ actio eſt pręfatio innouationis. & mundus apud eos eſt antiquus, non aũt innouatus & diſpoſitio actionis eſt extractio rei à priuatione ad eſſe in innouatione ei⁹. qđ quidem nõ imaginatur in antiquo. nam id, quod eſt, impoſſibile eſt innouari. &, cùm conditio actionis eſt vt ſit innouata, & mundus apud eos eſt antiquus, quomodo ergo erit actio ipſius Dei glo.

AVERROES.

Ait Auer. Si autem mundus eſt antiquus ex ſe, & ens, nõ ex eo ꝙ eſt motũ. omnis. n. motus eſt compoſitus ex partibus innouatis, tũc nõ eſt ei agens omnino. Si vero eſt antiquus, in eo ꝙ eſt in innouatione continua, & non eſt in innouatione eius principium, nec finis, id quidẽ, quod habet innouationem continuam, dignius eſt nomine innouationis, q̃ id, quod habet innouationem, quæ ceſſat. & hoc modo mundus eſt innouatus à Deo glo. & nomen innouationis in eo eſt dignius nomine antiquitatis. Sapientes autem appellauerunt mundum antiquum, vt caueãt ab innouato, quod eſt ex aliquo, & in tempore, & poſt priuationem. M

ALGAZEL.

Ait Alga. reſpondens pro Philoſophis. Si autem dixerit innouatio eſt inuẽtio entis, poſt eius priuationem, reſpondemus ꝙ agens, cũ innouauerit, vtrũ quod emanat ab eo dependenſque in eo, eſt eſſe abſtractum: aut priuatio abſtracta? aut vtrunq;? Et falſum eſt dicere ꝙ dependens in eo ſit priuatio pręcedẽs,

nam

A nam non eſt agenti impreſſio in priuatione. Et falſum etiam eſt dicere vtrunq;: quoniam priuatio non dependet ĩ eo oĩno, & priuatio in eo ꝙ eſt priuatio, non indiget agente omnino. Remanet ergo vt dependeat ab eo, in eo ꝙ eſt ens. nam emanat ab eo eſſe abſtractũ, & nullam habet proportionem cum eo, niſi eſſe. Et, ſi ponatur eſſe continuum, ponitur proportio continua. &, ſi cõtinuata fuerit hæc proportio, tunc proportionatũ ei eſt dignius, & durabilioris impreſſionis, niſi ꝙ non depẽdet priuatio ab agente in aliqua hora. Re-
B manet ergo vt dependeat ab eo, ex eo ꝙ eſt innouatum, & nihil eſt dicere ꝙ ſit innouatum, niſi quòd ſit poſt priuationem, & priuatio non dependet ab eo.

AVERROES.

Ait Auerr. Hic ſermo eſt ex reſponſionibus Auicẽnæ in hac quæſtione Philoſophorũ. & eſt ſermo ſophiſticus: quoniam dimiſit in eo vnum membrum diuiſionis vniuerſalis. Nã ipſe dixit ꝙ actio agentis aut dependet ab ĩnouato in eſſe, aut in priuatione præcedẽti, in eo ꝙ eſt priuatum, aut in vtroq; ſimul: &
C eſt falſum vt depẽdeat à priuatione: nam agens non agit priuationẽ: & propter hoc etiam eſt inconueniens vt dependeat ab vtroq;: ergo remanet vt dependeat in eſſe, & innouatio nihil aliud eſt, niſi dependentia actionis in eſſe, ſ. ꝙ actio agentis eſt inuentio, & ſunt æqualia in hoc, eſſe, cui præcedit priuatio. & eſſe, cui nõ præcedit priuatio. Modus autem fallaciæ in hoc ſermone eſt, quoniam actio agentis nõ dependet in eſſe, niſi hora priuationis, & eſt eſſe, qđ eſt in potentia, & non dependent in eſſe, quod ẽ in actu, in eo ꝙ eſt in
D actu, nec in priuatione, ĩ eo ꝙ eſt priuatio, ſed in eſſe diminuto, cui euenit priuatio. & actio agentis non dependet in priuatione, priuatio enim non eſt actio. & non dependet in eſſe, cui non copulatur priuatio. nam eſſe, quod fuerit ĩ perfectione ſua vltima non indiget inuentione, nec inuentore: eſſe aũt, cui copulatur priuatio, non reperitur, niſi in hora innouationis ĩnouati. Quare nõ euadit ab hoc dubio, niſi ponat ꝙ mundus nunquam defecit copulari cum eſſe ſuo priuationem, & adhuc non deficiet copulari ei, ſicut eſt in eſſe
E motus. nã ipſe continue indiget motore. Et verificantes ex Philoſophis dicunt quòd hęc eſt diſpoſitio mundi ſuperioris cum creatore glo. pręcipue eius, ꝙ eſt ſub mundo ſuperiori. & in hoc differunt creata à factis. nam facta, cũ inuenta ſunt, nõ copulatur eis priuatio, ꝑꝑ quam indigẽt agente, quo eſſe eorum permanet.

ALGAZEL.

Ait Alga. Cùm autem dicitis ꝙ ens impoſſibilis eſt inuentio eius, ſi intelligitis per id, ꝙ in futurũ
F non habebit eſſe poſt priuationem, eſt verum. Si vero intelligitis ꝙ in hora, qua eſt, non eſt, iam declarauimus ꝙ ipſum non eſt, niſi cũ eſt, nõ autem hora, qua nõ eſt. nam eſt, cũ agens eius id adinuenit: & agens nõ adinuenit id hora priuationis, niſi hora, qua eſt aliquid eius. & adinuẽtio eſt copulata ei, ꝙ agens adinuenit, & actum inuentum. nam inuentio eſt præfatio proportionis inuentoris ad inuentum: & totum hoc cum ipſo eſſe, non autem antea: ergo inuentio non eſt niſi inuento, ſi intelligimus per inuentionem propor-

tionem,

G tionem, qua agens inuenit, & actũ inuentum dixerunt. Et in hoc terminamus ꝙ mundus ſit Dei glorio. actio antiqua, & æterna. & nulla eſt hora, in qua non ſit Deo glor. actio in eo: nam alligatum eſt eſſe agenti. &, ſi continuata fuerit alligatio, continuatur etiam eſſe. ſi vero ceſſauerit, ceſſat. non autem ſicut imaginamini ꝙ Deus glo. ſi imaginati fuerimus priuationẽ eius, remaneret mũdus. quoniam exiſtimatis ꝙ ipſe ſit, ſicut ædificator cum ædificio: quia ipſe deficit, & remanet ædificium. nam remanentia ædificij non eſt ex ædificatore, ſed eſt ex ſiccitate retinente compoſitionem eius. ſi.n. nõ
H eſſet in eo virtus retentiua, vt aqua exempli gratia, non poteſt imaginari remanentia figuræ innouatæ in actione agentis in eo.

AVERROES.

Ait Auer. Et forte mundus eſt huiuſmodi. demum non verificatur iſte ſermo, & eſt vt ſit inuentio ab agente inueniente, depẽdens in eſſe, in eo ꝙ eſt in actu, in quo nõ eſt diminutio omnino, nec potentia potentiarũ, niſi imaginemur ꝙ ſubſtantia entis eſt, cùm eſt ens. Nã ens actum non eſſet inuentum, niſi per
I inueniens agens. &, ſi fuerit ipſum eſſe inuẽtum ab inuẽtore aliquid additum ſubſtantię eius, non eſt neceſſe vt auferatur eſſe, cũ aufertur hæc proportio, quæ eſt inter inueniens agẽs, & ens actũ. ſi vero nõ erit aliqd additũ, ſed ip̃mmet eſt in relatione, ſ. in eo ꝙ eſt inuẽtũ, põt eſſe id, quod dixit Auic. Attamen hoc non conuenit mũdo. qm̃ mundus nõ eſt ens in prędicamẽto relationis, ſed eſt in p̃dicamento ſubſtantiæ: relatio vero eſt quid eueniẽs ei. Et forte hoc, qđ dixit Auicẽna, eſt verum in formis K
corporum cœleſtium cum eo, quod apprehendunt de formis ſeparatis à materia. qm̃ Philoſophi exiſtimant hoc. declaratũ eſt enim ꝙ hic ſunt formæ ſeparatæ à materiis, quarum eſſe eſt in formis earum, & ꝙ ſcientia mutatur ad ſcitum hic. ſcitum enim eſt in materia.

ALGAZEL.

Ait Alga. reſpondens Philoſophis. Et reſpõſio eſt ꝙ actio dependet in acto ex innouatione eius, non ex parte priuationis eius præcedentis, nec ex parte eſſe eius tãtum. quoniam non dependet in eo, in aduentu horę innouationis apud nos, L
& eſt ens, dependet autẽ in eo hora innouationis eius, ex eo ꝙ eſt innouatio, & exitus ex priuatione ad eſſe. ſi autem auferatur ab eo innouatio, non intelligitur eſſe actionem. & hoc non intelligimus in agẽte. & dictum veſtrum, ipſum eſſe innouatum idem eſt, quod fuerit cũ priuatione præcedenti. & eſſe cum priuatione pręcedẽti nõ eſt de actione agẽtis. & põ ponẽtis eſt talis, immo eſt cõditio in eſſe actionis agẽtis, ſ. pręceſſio priuationis. eſſe aũt, cui nõ p̃cedit priuatio, ſed eſt cõtinuũ, conuenit vt ſit actio agẽtis. & nõ oẽ, qđ M
requiritur vt ſit agens agens, neceſſe eſt vt ſit actio agentis. qm̃ ſubſtantia agentis, & poſſe eius, & voluntas eius, & ſcĩa eius eſt cõditio requiſita ad hoc vt ſit agens. & hoc nõ eſt de conditione agentis. ſed nos non intelligimus agens, niſi ens.

AVERROES.

Ait Auer. Hic ſermo eſt totus verus, ꝙ actio agentis dependeat in acto, in eo ꝙ eſt mobile. motus autẽ ab eſſe, quod eſt in potẽtia,

ad

A ad eſſe, quod eſt in actu, appellatur innouatio. &, ſicut dixit priuatio eſt conditio ex conditionibus eſſe motus à motore, & id, quod eſt conditio in actione agentis, non eſt neceſſe, cùm nõ dependeat in eo actio agentis, vt dependeat in eo contrarium, vt intulit Auic. neceſſario. Sed Philoſophi opinantur ꝙ entium quędam ſunt, quorũ differentiæ ſubſtãtiales ſunt in motu, vt ventus, & alia, & cœlũ, & qđ eſt ſub eo, ſunt huius gñis, ex entibus quorum eſſe eſt in motu. &, cùm ſic fuerit, ergo eſt in innouatione cõtinua, quæ non deficit, nec
B deficiet. & ſm hoc, quemadmodum ens æternum eſt verius in eſſe, q̃ non ęternum, ſic ẽt id, cuius innouatio eſt æterna, dignius eſt nomine innouati, q̃ id, cuius innouatio in aliqua hora. Et, niſi eſſet mũdus huiuſmodi, ſ. ꝙ ſubſtantia eius eſt in motu, nõ indigeret mũdus poſt eſſe ſuum creatore glo. ſicut nõ indiget domus eſſe ædificatoris poſt complementum, & ſeparationẽ eius ab ea, niſi eſſet mundus in prædicamẽto relationis, vt conatus eſt Auic. declarare in ſermone præcedenti. Et iam diximus nos ꝙ id, quod conatus eſt in hoc, eſt verũ
C in formis corporum cœleſtium. &, cùm ſic fuerit, mũdus indiget inuentione agẽtis hora ſui eſſe, ex eo ꝙ eſt agens ambobus modis ſimul, ſ. quia ſubſtantia mundi conſiſtit in motu. & quia forma eius, qua ſubſtẽtatur, & exiſtit, eſt de prędicamẽto relationis, non autem qualitatis, ſ. diſpoſitionum, & habituũ numeratorum in prædicamento qualitatis. & omne, cuius forma ingreditur in hoc genus, & numeratur in eo, eſt, cùm exiſtit, & perfectum eſt eſſe ſuum, nõ indigẽs quidem agente. Et hoc totum diſſoluit tibi hanc ſimilitudinem, & D
aufert à te confuſionem, quæ generatur in hominibus ex iſtis ſermonibus contrariis.

ALGAZEL.

Ait Alga. reſpondens pro Philoſophis. Si autem cõceditis abſiue eſſe actionem ſimul cum agẽte, & non poſtponi ei, ſequitur ex hoc, vt ſit actio innouata, ſi agens fuerit innouatum: aut antiqua, ſi fuerit antiquum. Si autem cõditionaueritis ꝙ retardetur actio agenti tẽpore quodam, hoc eſt falſum. quoniã ex motione manus in vaſe aquæ mouetur aqua cum motu manus, non antea, E
nec poſtea. nam, ſi motio eſt poſtea, erit manus cũ aqua, anteq̃ declinet ad aliud latus. ſi vero antea, ſepararetur aqua à manu. &, cùm fuerit cum ea, eſt cauſatum eius, & actio ex parte eius. ſi autem poſuerimus manũ præcedere aquam, quę mouetur, erit motus aquæ etiam continuus. & ipſe quidẽ cum cõtinuatione ſua cauſatus, & actus, & nõ prohibetur hoc in poſitione continuitatis. & ſic eſt proportio mundi ad Deum glo.

RESPONSIO.

Ait Auer. In motu aũt cum motore eſt verũ. in ente vero quie F
ſcente cum inuentore eius, ſeu in eo, cuius nã non eſt quieſcere, aut moueri, ſi ponatur inuentor, hmõi non eſt verum. hæc aũt proportio inuenitur inter agẽs, & mundum ex eo ꝙ mouetur: ꝙ aũt omne ens neceſſe ſit vt ſit actio eius copulata eſſe, eſt verum, niſi acciderit enti aliquid extra naturam, aut accñs accidẽtium, ſiue ſit actio naturalis, ſiue voluntaria, idem eſt. Et vide quõ poſuerũt ſecta Aſſaria ens antiquum, & prohibuerũt ei actionem in ſuo eſſe antiquo,

G deinde conceſſerunt id ei, adeo ꝙ eſſe eius antiquum diuidit ad duplex eſſe antiquum, præteritum, & futurum. & hoc totum eſt apud Philoſophos deceptio, & confuſio.

ALGAZEL.

AIt Alga. reſpondēs Philoſophis. In ſermone pręcedenti diximus nō negare actionē cum agēte poſtq̃ fuerit actio innouata, vt mot⁹ aquę, qui innouatus eſt ex priuatione. & poſſibile eſt vt ſit actio aquæ, ſiue ſit retardans à ſubſtantia agentis, ſiue coniunctū ei. Negamus tñ actionē antiquam. nam id, quod nō innoua-
H tur ex priuatione, appellamus actionem abuſiue abſolute abſq; veritate, cauſatum vero, cauſa poſſibile eſt vt ſit innouata, & vt ſit antiqua: vt dr̃ ꝙ ſcīa antiqua eſt cā vt ſit antiquum ſciēs, & tñ non loquitur de ea. loquimur. n. de ea, quę appellatur actio, & dependētia cauſæ non appellatur actio cauſæ, niſi abuſiue, ſed appellatur actio cū cōditione ꝙ ſit innouata ex priuatione. nā abuſio abutentis in appellādo antiquum cōtinuū in eſſe actionem in aliud, erit abuſio accommodata. Et, cùm dicitis ſi imaginati fuerimus motum aquæ cum
I digito, antiquum nō extrahit motū aquæ, quin ſit actio, eſt error. nā digitus nō habet actionē: agens vero habēs manum eſt inuētor. ſi aūt imaginati fuerimus antiquum, erit motus manus actio eius, ex eo ꝙ quælibet pars motus eſt innouata ex priuatione, & hac conſyderatione erit cum ea. motus vero aquæ tm̄ nō dicimus ꝙ ſit de actione eius, ſed eſt de actione Dei glo. & quomodocunq; ſit eſſe actionē prouenit ex eo ꝙ eſt innouatum: qm̄ eſt cōtinuæ innouationis, & eſt actio, ex eo ꝙ eſt innouata. Deinde dixit Alga. reſpondens K
pro Philoſophis. Si autem dicitur, ſi conceditis ꝙ proportio actionis ad agens, ex eo ꝙ eſt, ſit ſicut proportio cauſati ad cām, deinde cōceditis imaginationem cōtinuitatis ex proportione ad cauſam, tūc nos nō intelligimus in dicēdo ꝙ mūdus ſit actio, niſi ꝙ ſit cauſatum cōtinuæ proportionis cum Deo glo. Si autem nō appellabitis hoc actionē, non eſt diſputatio de nominibus, cum videantur res ipſæ. Dicimus ꝙ nō intelligimus in hac diſputatione, niſi ꝙ vos tolleratis hæc nomina abſq; veritate. &
Deus glo. apud vos nō eſt agēs verū, L
nec mūdus eſt actio eius vera. Si vero dicitis hoc ſimpliciter, eſt abuſiue abſq; veritate. & iam apparuit hoc.

AVERROES.

AIt Auer. Hic ſermo poſuit in eo, quòd Philoſophi cōceſſerint ei eos velle quòd Deus glo. ſit agēs, & ꝙ ſit cauſa mūdi tantū, & ꝙ cauſa ſit ſimul cum cauſato. Attamen hæc eſt declinatio eorum à primo ſermone, qm̄ cauſatum ſequitur à cauſa, quæ eſt cauſa eius per viam formę, & per viam finis: cauſatū vero nō ſeqtur à cauſa, quę eſt cauſa agēs, ſed aliquā-
do reperitur cauſa agēs, & nō reperi- M
tur cauſatum. & fuit Alga. tanq̃ prętor, qui iraſcitur cōtra ſubſtitutū in eo, quod non præcepit ei. Attamen Philoſophi tenent ꝙ mundus habet agens, quod non defecit eſſe agens, & nō deficiet: ſ. nō defecit eſſe ei extrahēs ex priuatione ad eſſe, & nō deficiet. Et iam fuerat hæc qō antiqua inter ſectam Ariſt. & ſectam Plat. qm̄ Plato, qa dixit de innouatione mūdi, non fuit in ſermone eius dubium quòd ipſe ponat mundum habere faciens, & agens. Ariſto. vero quia po-

A ſuit ipſum eſſe æternum, dubitauerunt cõtra eum ſequaces Plato. hoc dubio, & dixerunt ipſum nõ tenere mundũ habere faciẽs: & coacti ſunt ſequaces Ariſt. reſpondere reſpõſionibus determinantibus Ariſt. tenuiſſe mundum habere faciẽs, & agẽs, & hoc eſt manifeſtum in rei veritate in loco ſuo. Et fundamentum in eo eſt ꝙ motus apud eos in corporibus cęleſtibus eſt, quo cõſiſtit eſſe eorum: & dans motum eſt agẽs motus in rei veritate. &, cùm corpora cœleſtia nõ perficiatur eſſe eorũ, niſi motu, tunc dans motum eſt agens corporum cęleſtium. B Vlterius iam declaratum eſt apud eos quòd ipſe dat vnitatẽ, qua mundus eſt vnus: & dans vnitatem, quę eſt cõditio in eſſe rei compoſitę, dat eſſe partium, ex quibus fit cõpoſitio. cõpoſitio n. eſt cauſa eorum, vt declaratum eſt. & hæc eſt diſpoſitio primi principij cum mũdo toto. Cum aũt dñt actionem eſſe innouatam, eſt verum, quia ipſa eſt motus. diſpoſitio vero priuationis in ea eſt ꝙ non ſit ei principium, nec finis. & non intelligunt, cum dñt mundum eſſe æternum, ꝙ fuerat antiquum cum rebus æternis, ex eo ꝙ ſunt mo- C tus: ſed diſpoſitio æternitatis in eo eſt, quia non habet principium, nec finem. Et, quoniam hoc nõ intellexit ſecta Aſſaria, ideo difficile eſt eis dicere ꝙ Deus glo. ſit ęternus, & mũdus ſit æternus. Quare nomen innouationis cõtinuæ eſt verius in eo, quàm nomen æternitatis.

ALGAZEL.

AIt Alga. Tertius vero modus eſt circa falſitatem, ꝙ ſit mundus actio Dei glo. ſm radicem eorũ ex cõditione requiſita apud eos inter agẽs, & opus, & eſt ꝙ ipſi dixerũt non emanat ab vno, niſi vnum: prin- D cipium autem eſt vnum oĩbus modis: mundus vero eſt compoſitus ex diuerſis: ergo non poteſt imaginari quòd ſit actio Dei glor. ſm ꝙ ſequitur ex radicibus eorum.

AVERROES.

AIt Auer. Cùm autem conceditur hæc radix, & ſequitur, difficile eſt reſpondere ei. ſed eſt res, quã non dicunt, niſi poſteriores ex Philoſophis Maurorum.

ALGAZEL.

DEinde dixit Alga. reſpondẽs ꝓ Philoſophis. Si autem dicitur mundum vľiter nõ emanare à Deo E glor. immediate, ſed quod emanat ab eo eſt ens vnum, & eſt principiũ creaturarum, & eſt intellectus abſolutus. ſ. eſt ſubſtantia exiſtẽs per ſe, non multiplicata, ſciens ſeipſum, & ſciẽs principium ſuum, & appellat eũ lex nomine Angeli: deinde emanat ab eo tertius, & ex tertio quartus. & multiplicatio entium eſt mediate. qm̃ diuerſitas entis, & multiplicatio eius, aut erit propter diuerſitatẽ potẽtiarum agẽtium, ſicut nos agimus ex virtute appetitiua, aliter q̃ agim⁹ ex virtute iraſcibili: aut erit propter diuerſitatem materierum, ſicut Sol F dealbat pannum lotum, & denigrat faciem hominis, & reſoluit aliquas ſubſtantias, & indurat aliquas: aut propter diuerſitatẽ inſtrumẽtorum, ſicut Carpentarius ſecat cum ſerra, & cum ſecuri ſcindit lignum, & perforat cum perforatiuo: aut erit multiplicatio actionis mediate, cùm egerit aliquam actionem, & poſt hanc actionẽ agit aliam, & multiplicabit actionem. Et oẽs iſtę diuiſiones ſunt falſæ in primo principio. in ſubſtantia. n. eius nõ eſt diuerſitas, nec in eo

G eſt cõſecutio, vel poſterioritas, vt declarabimus in rationib' vnitatis. nec eſt ibi diuerſitas materierũ: nam ſermo eſt de cauſato primo, quod emanat à primo. nec eſt ibi diuerſitas inſtrumenti: nõ.n. reperitur cum Deo glo. in gradu ſuo. & ſermo eſt de innouatione primi inſtri: ergo non remanet, niſi ꝙ multiplicatio in mundo emanet à Deo glo. in via mediationis, vt diximus ſuperius.

AVERROES.

Primum cũ fuerit ſimplex. & vnum, H non prouenit ab eo niſi vnum.

AIt Auer. Sũma huius ſermonis eſt ꝙ primum, cum fuerit ſimplex, & vnum, non prouenit ab eo, niſi vnũ. ſed diuerſificatur actio agẽtis, & multiplicatur, aut ex parte materierum, & non ſunt materiæ cũ eo: aut ex parte inſtri, & nõ eſt inſtrum cum eo: & non remanet, niſi ꝙ ſit ex parte medij, cũ emanat ab eo primũ vnũ, & ex hoc vno vnũ, & ex hoc vno vnum. & ita reperitur multiplicatio.

ALGAZEL.

DEinde dixit Alga. dubitans eis. Dicimus & ſequitur ex hoc vt nõ ſit in mundo, niſi vna res compoſita ex diuerſis: ſed entia oĩa erunt eadem, & quodlibet eorũ erit cauſatũ vniuſcuiuſq; ſuperioris, & cauſa inferioris vſq; ad cauſatũ, quod nõ habet cauſatum, ſicut deuenit ex parte I aſcẽſus ad cauſam, quę nõ habet cauſam. Et tñ nõ eſt ſic. nã corpus apud eos eſt ex forma, & materia, & ex collectione earum fit quid vnum. nam hõ eſt cõpoſitus ex corpore, & aĩa: & non eſt eſſe vnius eorum ab alio: ſed eſſe eorum ſimul eſt ab alia cauſa. & orbis ſm opinionem eorum eſt ſic: qm̃ eſt corpus aĩatum: & non eſt innouatũ corpus ab aĩa, nec aĩa à corpore, ſed ambo proueniunt à cauſa alia ab eis. Quomodo ergo inuenta ſunt hæc entia compoſita? an ab vna K cauſa? & deſtruetur ſermo eorũ non emanat ab vno, niſi vnum, aut à cauſa compoſita? & conuenit interrogatio de illa cauſa, adeo ꝙ deueniat neceſſario ad compoſitum, & ſimplex. nam principium eſt ſimplex, & prouenit ab eo compoſitio, & nõ imaginatur hoc, niſi cum tactu. &, cũ fuerit tactus, & deſtruitur dictum eorũ ꝙ ab vno non prouenit, niſi vnum.

AVERROES.

AIt Auer. Hoc ſeqt̃ eis, cũ poſuerint ꝙ agens primum ſit vt eſt agẽs ſimplex, quod nobis apparet, ſ. vt ſint entia omnia ſimplicia. Attamen hoc ſequitur ei, qui ponit hanc L inquiſitionem vniuerſalẽ oĩbus entibus. qui vero diuidit ens in ens ſeparatum, & ens materiale ſenſibile, ipſe quidẽ ponit principia, ad quæ aſcendit ens ſenſibile, diuerſa a principiis, ad quæ aſcendit ens intelligibile. & ponit quidem principia entium ſenſibilium materiam, & formam: & ponit aliquod eorum agẽs aliquorum, adeo ꝙ deuenit ad corpus cœleſte: & ponit ſubſtantias intelligibiles aſcẽdere ad primum principium, quarũ eſt principium ad ſimilitudinem formæ, & ſimilitudinem finis, & ſimili- M tudinem agẽtis. & hoc totum eſt declaratum in libris eorum. Et afferamus hãc propoſitionem cõem, & nõ ſequẽtur hæ dubitationes. & hęc eſt opinio Ariſt. † Attamen hæc propoſitio, dicẽs ꝙ ab vno nõ emanat, niſi vnum, eſt propoſitio, in qua conuenerunt Antiqui Philoſophorum, cũ perſcrutabantur de principio primo mundi ſpeculatione Topica. iſti tñ opinantur eſſe ſpeculationẽ demonſtratiuam, faciendo inductionem in vniuerſali, in eo ꝙ primum principium

† Examinatio huius ꝓpõnis. Ab vno non ꝓuenit, niſi vnũ.

A pium eſt vnũ oĩbus, & vnum neceſſe eſt vt non emanet ab eo, niſi vnum. &, cùm fuerint apud eos hæ duæ radices, perquirũt vnde prouenit multiplicatio. & hoc quidem, poſtq̃ eſt incõueniens apud eos, opinio antiquior iſta, & eſt ꝙ prima principia ſunt duo, vnum quidem ad bonum, & aliud ad malum. nam impoſſibile eſt apud eos vt principia contrariorũ ſint vnũ: & viderũt ꝙ contrarietates vl̃es, quæ includunt oĩa contraria, ſunt bonum, & malum: vnde exiſtimauerũt ꝙ neceſſario principia ſunt duo. Et, cùm conſyderauerint Antiqui entia, & viderunt oĩa tendere ad

B vnum finem, & eſt ordinatio reperta in mundo, ſicut ordinatio reperta in exercitu ex parte principis exercit⁹, & ordinatio reperta in ciuitatibus ex parte gubernatorum ciuitatum, crediderunt ꝙ mũdus neceſſario eſt huiuſmodi: & crediderunt propter bonum repertũ in omni ente quòd malum fit per accñs: vt ſunt condemnationes factæ à gubernatoribus probis ciuitatum, ꝙ ſunt mala poſita ꝓpter bonum, non autem prima intẽtione, nam ſunt hic ex bonis aliqua, quę impoſſibile eſt vt reperiantur, ni

C ſi admiſceatur eis malum, ſicut eſt in eſſe hominis, quod eſt cõpoſitum ex aĩa intellectiua, & anima beſtiali. & determinauit ſapiẽtia apud eos, vt reperiatur bonum magnum, licet admiſceatur ei malum paruum. qm̃ eſſe bonum magnũ cum paruo malo eſt melius, q̃ priuatio boni magni propter malum paruum. Et, cùm patuit apud eos in fine ꝙ primum principium neceſſe eſt vt ſit vnum, & aduenit hæc dubitatio de vno, reſponderunt ei tribus reſponſionibus. Nã aliqui putauerunt quòd multiplicatio prouenit ex mã: & eſt ſecta Pithagorica, & ſocietas eius: & aliqui putauerunt quòd multiplicatio proueniat ex multiplicatione inſtrumentorum: & aliqui putauerunt ꝙ multiplicatio proueniat ex medijs. Et primus, qui hoc poſuit, fuit Plato, & eſt ſufficientior his opinionibus. qm̃ interrogatio adhuc conuenit duabus aliis reſponſionib⁹, & eſt vnde prouenit multiplicatio materierũ, & multiplicatio inſtrumẽtorum, & quicũq; conceſſerint hanc propoſitionẽ, illud dubium eſt commune eis. & dubitatio de modo, quo prouenit multiplicatio ab vno, ſequitur eis, ſ. ei, qui cõ

E fitetur ꝙ ab vno non prouenit, niſi vnum. famoſum vero hoc tempore eſt contrarium huius, & eſt ꝙ vnum primum emanãt ab eo emanatione prima omnia entia diuerſa. & ſermo dubius in hoc tempore cum hominibus noſtræ tempeſtatis eſt in hac propoſitione. Id autem, cùm quo dubitauit Algazel ſectę Peripateticorum, non ſequitur eis: & eſt ꝙ, ſi multiplicatio ꝓueniret ex parte mediorum, nõ ſequitur profecto ex hoc, niſi ſit multiplicatio ſimplex. & quodlibet eorum eſt compoſitum ex multi

F tudine. qm̃ Philoſophi tenent ꝙ hic ſic multiplicatio vtroq; modo: multiplicatio quidem rebus ſimplicibus, & ſunt entia ſimplicia, quæ nõ ſunt in materia, & vnumquodq; eorum eſt cauſa alterius, & aſcẽdunt omnia ad vnam cauſam, quæ eſt de genere eorum, & ipſa eſt prima in hoc genere: & multiplicatio in corporib⁹ cœleſtibus prouenit ex multitudine horum principiorum: & multiplicatio, quæ eſt ſub corporibus cœleſtibus, prouenit ex materia, & forma, & corporibus cœleſtibus. & non ſequitur

† Examinatio huius ꝓpõnis. Ab vno non ꝓuenit, niſi vnũ.

G eis aliquid huius dubitationis. Et
corpora cœleſtia mouẽtur primo ex
motorib⁹ eorum,qui nõ ſunt in ma-
teria omnino:& formæ eorum,ſcili-
cet corporum cœleſtium emanãt ab
iſtis motoribus: & formæ eorũ, quæ
ſunt ſub corporibus cęleſtibus,ema-
nant à corporibus cęleſtibus, & ali-
quæ ab aliquib⁹,ſiue ſint formę cor-
porum ſimplicium,quę ſunt in ma-
teria prima,quę non eſt generabilis
nec corruptibilis, ſiue formæ corpo-
rum cõpoſitorum ex corporib⁹ ſim-
plicib⁹: & compoſitio in iſtis eſt pro
pter corpora cęleſtia. hæc eſt opinio
H eorum in ordinatione hic reperta.
Res autem, quę mouerunt eos Phi-
loſophos ad hanc opinionem, non
pñt declarari hic. qm̃ hæc declaratio
eſt fundata ſupra radices, & propoſi
tiones multas,quæ declarant̃ in mul
tis artibus,& cum artib⁹ multis,qua-
rum vna eſt ſub altera. Philoſophi
vero Maurorum,vt Auiyeſa, & Aui-
cenna, quia conſitentur aduerſario
quòd agens, quod non apparet no-
bis,eſt ſicut id,quod apparet nobis:
& vnũ agens non prouenit ab eo,ni
ſi vnum actum. &,cùm primũ apud
omnes ſit vnum ſimplex,difficile eſt
I profecto eis prouenire multiplica-
tionem ab eo: adeo ꝙ res ipſa coegit
eos vt non ponãt primum motorem
motu diurno, ſed dixerunt ꝙ primũ
ſit ens ſimplex,ex quo emanauit mo
tor orbis magni, & emanauit à mo-
tore orbis magni orbis magnus, &
motor orbis ſecundi,qui eſt ſub ma-
gno. qm̃ hic motor eſt compoſitus
ex eo,quod intelligit de primo,& ex
eo, quod intelligit de ſeipſo. Et hic
eſt error ſecundum eorum radices.
nam intelligẽs,& intellectum eſt idẽ
in intellectu humano, quanto ma-
gis in intellectibus ſeparatis? & hoc K
totum non ſequitur ſermoni Ariſt.
nam agens vnum,quod nobis appa
ret, ſi emanauerit ab eo actio vna,
non dicitur cum agente primo, niſi
æquiuoce. agens enim primũ,quod
non nobis apparet,eſt agens ſimpli-
citer: quod vero apparet, eſt agẽs ſe-
cundum quid. & agens ſimpliciter
non emanat ab eo, niſi actio abſolu
ta: actio autem abſoluta non appro-
priatur acto pręter actum. &,cũ hoc
probat Ariſt. quòd agens intellecto-
rum humanorũ eſt intellectus mun
dus materia, ſcilicet ex eo ꝙ intelli-
git omnia. Et ſic etiam probat ꝙ in- L
tellectus paſſibilis non eſt generabi-
lis,nec corruptibilis ex eo,ꝙ recipiet
omnia. Et reſponſio huic opinioni
ſapientis,ꝙ res,quæ non poſſunt eſ-
ſe,niſi cum copulatione adinuicem,
vt eſt copulatio materię cum forma,
& copulatio partium mundi ſimpli-
cium adinuicem, eſſe quidem earũ
ſequitur earum copulationẽ. &, cũ
ſic fuerit, igitur dans copulationem
dat eſſe. &, cum omne copulatũ co-
pulatur re,qua eſt vnum: & vnum,
cũ quo copulatur, ſequitur ab vno,
quod exiſtit per ſe: neceſſe eſt vt ſit
hic vnum ſeparatum exiſtẽs per ſe, M
& neceſſe eſt vt iſtud vnum tribuat
vnum per ſe. Et iſti modi diuidun-
tur in ſpecies in entib⁹ ſecũdum na-
turam eorum,& prouenit ex hac vni
tate attributa vnicuiq; enti eſſe hu-
ius entis ſibi proprium,qua eſt vnũ.
& omnia aſcendunt ad vnitatem pri
mã: ſicut peruenit caliditas, quæ eſt
in quolibet ente rerum calidarum à
calido primo,quod eſt ignis,& ad id
perueniunt. &, cùm hoc fecit vnio-
nem Ariſto. inter eſſe ſenſibile,& eſ-
ſe intellectuale, & dixit ꝙ mundus

A eſt vnum, quod emanauit ab vno,
& ꝙ vnum eſt cauſa vnitatis quodã-
modo. & cauſa multitudinis quodã-
modo, & in eo, quod fuit poſſibile
ei, perſcrutatus eſt in hoc. & propter
difficultatem huius rei non intelle-
xerunt eũ multi, qui venerunt poſt
eum, vt diximus. Et, cùm hoc ſic fue-
rit, manifeſtum eſt ꝙ hic eſt vnum
ens, à quo emanat virtus vna, qua re
periuntur omnia entia. &, quia ſunt
multa, igitur ex vno, quod eſt vnũ,
neceſſe eſt vt ſit multitudo, aut ipſa
emanet, voca eam vt vis. Et hæc eſt
diſpõ dicti ſui: & eſt aliter, q̃ id, qđ
B dixit dicẽs ꝙ ab vno emanat vnum.
& vide hunc errorẽ, quãtum eſt ma-
gnus ſapientibus, & tua intereſt in-
telligere hoc dictũ eorum, an ſit de-
monſtratio, vel ne, ſ. in libris Anti-
quorum, non aũt in libro Auic. aut
aliorũ, qui mutauerunt opinionem
Philoſophorum in ſcientia Diuina,
adeo ꝙ facta eſt exiſtimatio.

ALGAZEL.

Ait Alga. reſpondens pro Philo
ſophis. Si autem dicet, cùm pa
tefacta fuerit opinio noſtra, auferť
dubitatio. nam entia diuiduntur in
ea, quæ ſunt in ſubiecto, vt ſunt acci
C dentia, & formæ, & ea, quæ non ſunt
in ſubiecto: & iſta diuiduntur in ea,
quæ ſunt ſubiectum aliorum, vt cor
pora; & in ea, quæ non ſunt in ſubie
cto, vt entia, quę ſunt ſubſtantiæ cõ-
ſiſtẽtes in ſe: & diuiduntur in ea, quę
imprimũtur in corporibus, & ea ap-
pellamus animas: & in ea, quæ non
imprimuntur in corporibus, ſed in
animabus, & appellamus ea intelli-
gentias abſtractas. entia autem, quæ
ſunt in ſubiecto, vt accñtia, ſunt in-
nouata, & hñt ſub eſſe innouata, &
perueniũt ad principiũ, quod eſt in-
nouatũ aliquo mõ, & antiquũ ali- D
quo mõ: & ẽ motꝰ circularis, de quo
non loquimur. Loquimur vero de
exiſtẽtibꝰ ꝑ ſe, nõ in ſubiecto, & ſunt
tria, ſ. corpora, & ſunt viliora: & in-
telligẽtiæ abſtractæ, nullã hñtes de-
pendẽtiã à corporibꝰ, niſi depẽdẽtiã
agẽtis, nõ innatã eis, & ſunt excelſio
ra: & aĩæ quæ ſunt media: hñt.n. de-
pendẽtiã in corporibꝰ aliqua ſpẽ de-
pendẽtiæ, & eſt impreſſio, & actio in
eis, nã ſunt media in dignitate, quia
imprimũtur ab intellectibꝰ, & impri
mũt in corporibꝰ. Vlterius corpora
ſunt decẽ: quorum nouẽ ſunt orbes,
decimũ vero mã, quæ eſt corpus ſub E
cõcauitate orbis Lunæ: & orbes no-
uem ſunt aĩalia, habẽtia quidẽ cor-
pora, & aĩas, & hñt influxum in enti
bus, vt dicemus, videlicet ꝙ primũ
principiũ emanat ab eſſe eius prima
intelligẽtia, & eſt ens exiſtens per ſe,
quod nõ eſt corpus, nec eſt virtus in
corpore, & ſcit ſeipſum, & ſcit princi
pium ſuum. id aũt appellauimus pri
mã intelligentiam: & non curamus
de appellatione Angeli, aut intellꝰs,
aut cuiuſuis nominis. Et ſequuntur
ab eſſe eius tria, ſ. intelligẽtia, & aĩa
orbis ſuperioris, & eſt orbis nonus,
& corpus orbis ſuperioris. deinde ſe- F
quitur ab intelligentia ſecũda intel-
ligẽtia tertia, & aĩa orbis noni, & cor
pus eius. deinde ſequitur ab intelli-
gẽtia tertia intelligentia quarta, &
anima orbis Saturni, & corpus eius,
& ſeqťur ab intelligẽtia quarta intel
ligentia quinta, & aĩa orbis Iouis, &
corpꝰ eius: & ſic vſquequo deueniat
ad hoc, quod ſequať ab ea intelligen
tia, & aĩa orbis Lunæ, & corpꝰ eius,
& intelligentia vltima, quæ appella-
tur intellectus agẽs. deinde ſequitur
ſub orbe Lunæ materia, recipiẽs ge-

G neratiouem,& corruptionē ab intellectu agente, & naturas operationū. Vlterius materiæ miſcentur propter motus orbium, & ſtellarum diuerſis mixtionibus, ex quibus proueniunt mineræ,& plantę,& animalia. & nō eſt neceſſe vt ſequatur ex vnaquaq; intelligentia, intelligentia in infinitum: quoniam iſtæ intelligētiæ ſunt diuerſarum ſpecierum, & quod eſt vni eorum non eſt in aliis. Et ſequitur ex hoc, ꝙ intelligentiæ poſt primum principium ſint decem, & orbes nouem. & ſumma ex iſtis principiis excelſis poſt primum decem &
H nouem. & prouenit ab hoc, quòd ſub vnaquaq; intelligentiarum primarum ſint tria, intellectus, anima orbis, & corpus eius: & impoſſibile eſt quin in principio eius ſit trinitas proculdubio. & nō imaginatur multitudo in intellecto primo, niſi vno modo,& eſt vt ipſe intelligat principium ſuum,& intelligat ſeipſum, & ipſum in conſyderatione ſui eſt poſſibile in eſſe, quoniam neceſſitas eſſe eius eſt ab alio, non ex ſe. & iſta tria ſunt diuerſa. & nobilius tribus cauſatis debet ei attribui nobilior his rebus,& emanat quidem ab eo intelli-
I gētia, ex eo ꝙ intelligit principium ſuum,& emanat anima orbis, ex eo ꝙ intelligit ſeipſum, & emanat corpus orbis, ex eo ꝙ eſt poſſibilis in eſſe ex ſe. Et oportet vt dicamus vnde proueniat hæc trinitas in cauſato,& tamen principium eius eſt idem. Et dicimus ꝙ non conſequitur à primo principio, niſi vnū, & eſt ſubſtantia huius intelligentiæ, qua intelligit ſeipſam, & ſequitur ei neceſſario ex ſeipſa, non ex parte principij, vt intelligat principium: & ipſa tamen in ſe eſt poſſibilis in eſſe, & nō habet poſ-

ſibilitatem à primo principio, ſed ex K
ſeipſa. nos autem non negamus reperiri vnum ab vno, ad quod ſequitur cauſatum, non ex parte principij, ſed ex rebus neceſſariis relatiuis, aut non relatiuis, & ex eo prouenit multitudo, & fit in hoc principium multitudinis. Et ſm hunc modum poſſunt compoſita eſſe cōtigua ſimplicibus, cū impoſſe ſit abſq; contactu & impoſſe eſt eſſe aliter: & eſt id, quo datur iudicium in eo. & hic eſt ſermo in intelligēdo opinionem eorū, & quietationem intellꝰus in ea.

AVERROES.

AIt Auer. Hoc totum eſt cōtra- L
dictio Philoſophis, vt ſenſit Auic. & Alfarabius, & alii. Opinio vero Antiquorū eſt ꝙ ſint hic principia, & ſunt corpora cœleſtia. & principia corporum cœleſtium ſunt entia ſeparata à materia, quæ mouent corpora cœleſtia,& corpora cœleſtia mouentur ab eis modo ſeruitutis,& dilectionis eis, & receptionis iuſſus eorum cum motu, & intellectione eorum. & quia ipſa producta ſunt propter motum:& hoc eſt, qm̄ verificatum eſt quòd principia mouentia corpora cœleſtia, ſunt ſeparata à materia,& non ſunt corpora: non re M
manet modus, quo hoc moueat hęc corpora, niſi ex eo, ꝙ mobili iniunctum ſit ad motum. & propter hoc neceſſe eſt apud eos, vt ſint corpora cœleſtia viuentia rationalia, quæ intelligunt ſeipſa, & intelligunt principia mouentia ea, modo iuſſus eis. Et, quoniam patet quòd nulla ſit differentia inter ſciētiam & ſcitum, niſi ꝙ ſcitum eſt in materia, ſcientia vero non eſt in materia: & hoc dictum eſt in libris de Anima: & iam ſunt entia, quæ nō ſunt in materia:
ſequitur

A ſequitur ergo vt ſit ſubſtãtia eorum ſcientia, aut intellectus, aut quouis nomine appellabis eam. & verificatũ eſt apud eos ꝙ iſta principia ſunt ſeparata à materia: qm̃ ipſa influũt corporibus cœleſtibus motum continuum, quo eis non euenit labor, nec defectus: & omne influens motum continuum huiuſmodi non eſt corpus, nec potentia in corpore: & corpus cœleſte acquiſiuit permanẽtiam ex ſeparatis. & verificatum eſt apud eos quòd iſta principia ſeparata, eſſe eorum eſt copulatum primo principio eorum. ſin aũt, non eſſet hic ordi-
B natio reperta, & ſermones eorum, quos ſcripſerunt in hoc, qui vult ſcire veritatem, eis incumbat. Et ex eo, quo apparet quòd omnes orbes mouentur motu diurno, licet moueantur motu proprio, verificatum eſt apud eos ꝙ iubens in iſtis motibus eſt primum principium, & eſt Deus glor. & quòd ipſe iuſſit omnib⁹ principiis, vt iubeant cæteris orbibus in aliis motibus. & hoc iuſſu permanſit cœlum, & terra, vt iuſſu primi Principis ciuitatis ſeruantur omnia præcepta prouenientia ab aliquo, quem princeps prępoſuit in rebus ciuitatis
C omnibus exiſtentibus in ea ex hominibus, vt dixit Propheta Verbo Dei cœli facti ſunt, &c. Et hic iuſſus, & ſeruitus eſt principalis in iuſſu, & ſeruitute, quæ neceſſe eſt eſſe homini, ex eo quod eſt animal rõnale. Id aũt quod recitauit Auic. de prouentione horum principiorũ abinuicem, eſt res, quam neſcierunt ſapiẽtes. Quod vero eſt apud eos eſt, ꝙ habent à primo principio ſtatus tales, quibus nõ perficitur eſſe, niſi in illo tali loco: & copulatio, quæ eſt inter ea, eſt illud, quod facit ea eſſe cauſata abinuicẽ,

& omnia à primo principio, & non intelligitur de agente, & acto, & creatore, & creato in illo eſſe, niſi hoc tantum. & id, quod diximus de copulatione omnis entis cum vno, eſt aliter, quàm hic intelligitur de agente & acto, & faciente, & facto in arte. Si autẽ imaginatus fueris ꝙ ſit princeps, habens ſubſtitutos multos, & iſti ſubſtituti habeant alios ſubſtitutos: & non eſt eſſe ſubſtitutis, niſi in recipiendo ſubſtitutionem, & faciendo præceptum eius: & nõ eſt eſſe eis, qui ſunt ſubſtituti, niſi mediantib⁹ ſubſtitutis prioribus, neceſſe eſt vt princeps primus ſit ille, qui tribuit omnibus entib⁹ rem, qua ſunt entia. nam, ſi aliquis eſt, cuius eſſe eſt vt ſit ſubſtitutus, non eſt quidem ei eſſe, niſi propter dominum primum. Et hoc eſt id, quod tenent Philoſophi, ꝙ ſit præfatio legum in creatione, & innouatione, & iuſſu. & hęc eſt diſciplina propinqua, qua poteſt intelligi opinio horum hominum, abſque ꝙ eueniat ei dubitatio, quę euenit ex auditu opinionum hoĩum, ſm̃ differentiam, quam narrauit Alga. hic, & hoc totum exiſtimauerunt declaratum fuiſſe in libris eorum. Et qui poteſt operam dare libris eorum cum conditionib⁹, quas narrauerũt, ſciet veritatem eius, quo rõcinant̃, aut cõtrarium eius. & nõ intelligit̃ de opinione Ariſt. aliud præter hoc, nec de opinione Platonis: & eſt finis eius, ad quod peruenerũt intellẽs humani. Poteſt tamen homo puenire ad iſtas res ex ſermonibus cuenientibus eis, ꝙ ſint famoſi, cum hoc, quòd ſint intellectuales: in quibus hæc via diſciplinæ eſt delicioſa, & dilecta omnibus. Et vna ex propoſitionibus, q̃bus hoc apparet, eſt ꝙ homo, cũ cõſyderaue-

D (margin beside first line of right column), E (beside "princeps primus ſit ille"), F (beside "teſt operam dare")

G ſyderauerit entia, quę ſunt hic, appa
ret ei ꝙ res, quæ appellantur viuẽtia,
ſcientia, ſunt ea, quæ mouẽtur ex ſe
motibus terminatis, verſus intentio
nes, & operationes terminatas, ex
quibus proueniunt operationes ter
minatę. & ideo dixerunt Loquentes
ꝙ omnis actio prouenit ex viuo ſa-
piente. &, cum fuerit apud eum hæc
radix, & eſt ꝙ omne, quod mouetur
motibus terminatis, & proueniunt
ex eo operationes terminatæ, & or-
dinatæ, eſt viuum, ſapiens: & copu-
latur iſti id, quod apparet ſenſui: &
eſt ꝙ cœli mouẽtur ex ſe motibus ter
H minatis, & ordinantur ex hoc enti-
bus, quæ ſunt ſub eis, operationes
terminatę. & ordo, & proportio, quo
ſuſtẽtatur id, quod eſt ſub eis, ex en-
tibus, concludit᷑ radix tertia, in qua
nõ eſt dubium: & eſt quòd cęli ſunt
corpora viuentia cognoſcentia.
Quòd autem ex motibus eorum ſe-
quantur operationes terminatę, qui
bus ſuſtentatur id, quod eſt hic ex
animalibus, plantis, & mineralibus,
& conſeruatio eius, hoc eſt notum
per ſe cum conſyderatione. nã, niſi
eſſet propinquitas Solis, & remotio
eius in circulo ſuo obliquo, non eſ-
I ſent hic quatuor tempora: &, niſi eſ-
ſent hic quatuor tpa, non eẽnt plan-
tæ, nec aĩalia, nec proceſſus gñatio-
nis ſm ordinem in generatione ele-
mentorum adinuicem, ſm æquali-
tatem, vt cõſeruetur eſſe eorum. v. g.
cũ prolongat᷑ Sol à meridie, infrigi-
datur aer in parte ſeptentrionali, &
fiunt pluuiæ, & multiplicatur gñα-
tio elementi aquę, & multiplicatur
in parte meridionali generatio ele-
menti aeris: in æſtate vero contra-
rium, l. cum fuerit Sol prope caput
noſtrum verſus ſeptentrionem. &
iſtæ operationes, quæ reperiuntur à K
Sole pp propinquitatem, & remotio
nem, quam habet cõtinue à quoli-
bet ente, ex eodem loco reperitur à
Luna, & omnibus planetis. nam oẽs
habẽt orbes obliquos, & faciũt qua-
tuor tempora in motu eorum circu-
lari. & quod magis eſt in eẽ entiũ, &
conſeruatione eorũ eſt motus diur-
nus, magnus quidem, faciens diem.
& iam innuit lex prouidentia Dei in
homine, cum ſubmittatur ei omnes
orbes, cum dixit ipſe glo. & ad præ-
dominandum in die, & in nocte, &
deinde omnia tempora terræ, &c. &
niſi eſſet fędus meum, &c. Et, cum L
conſyderauerit homo has operatio-
nes, & regimina prouenientia, diuer
ſa quidem ex motibus ſtellarum, &
viderit ſtellas moueri iis motibus, &
habere figuras terminatas, & ex par
tibus terminatis, & verſus operatio-
nes terminatas, & motus contrarios,
ſcit iſtas operationes terminatas ꝓ-
uenire ex entibus cognoſcentibus,
& animatis, habẽtibus electionem,
& voluntatem. Et quod magis facit
eum credere hoc, eſt, cum nos vide-
mus multa ex corporibus paruis, fę-
tidis, vilibus, & obſcuris, hic repertis
nõ priuari vita generaliter cum par- M
uitate partium eorũ, & vilitate men
ſuræ eorum, & breuitate vitę eorũ,
& obſcuritate corporis eorum, & ꝙ
bonitas diuina eis influxit animam,
& comprehenſionem quãdam, qua
regunt ſeipſa, & conſeruant eſſe ſuũ,
expreſſe patet quòd multo magis de
bent eſſe corpora cęleſtia animata,
comprehendentia, quàm iſta corpo
ra, propter magnitudinẽ corporis, &
dignitatem eorũ, & multitudinẽ lu-
minis eorũ, vt dixit ipſe glo. mediã-
te Propheta ſuo Cœli enarrant, &c.

A ſed multi hoĩum neſciunt hoc. De-
mum,cum cõſyderetur regimen eo-
rum in corporibus aĩatis, quæ ſunt
hic,ſcitur abſolute ꝙ ſunt animata.
nam animatum non regitur,niſi ab
aĩato perfectiori anima, quàm ani-
ma eius. Et, cum conſyderauerit
homo hæc corpora magna, anima-
ta,rõnalia,eligentia,quæ nos conti-
nent, & conſyderauerit tertiam radi-
cem, & eſt ꝙ prouidentia eorum ad
ea, quæ ſunt hic, non eſt neceſſaria
eis in eſſe eorum, ſciet quòd iniun-
ctũ eſt eis in iis motibus, & ſunt ſub-
miſſa eis, quę ſunt ſub eis ex anima-
B libus,& plantis,& inanimatis, & iu
bens eis eſt aliud ab eis,& eſt nõ cor-
poreum neceſſario. nam, ſi eſſet cor
pus,eſſet de numero eorũ. & quodli
bet eorum eſt obediens ei, quod eſt
ſub eo hic ex entibus, & ſeruit ei, &
nõ indiget ſeruitute eius in eſſe ſuo.
&,niſi eſſet iuſſus eis, non prouide-
rent ad id,quod eſt hic cõtinue:quo
niam ipſi vellent non habentes qui
dem vtilitatem in hac operatione.
Igitur mouentur propter iuſſum, &
timorem euenientem eis ad conſer-
uandum ea,quæ ſunt hic,& ſuſten-
tandũ eẽ eius: & iubẽs eſt Deus glo.

C V. g. ſi aliquis viderit multitudi-
nem hominum dominantium in re
bus,& operationibus terminatis,nõ
ceſſantibus in inſtãti, licet operatio-
nes illæ non ſint neceſſarię in eſſe eo
rum,& non indigent eis,deliberabit
proferre ſententiam ꝙ ſunt timẽtes.
& iniunctum eſt eis in operationibꝰ
illis, & quòd habent præcipientem,
qui pręcepit eis in hoc regimine cõ-
tinuante prouidentiam in aliis,qui
eſt ſuperior eis ſuperiori gradu, &
ſunt vt ſerui obedientes ei. &, cum
conſyderauerit homo aliud,& eſt ꝙ
vnuſquiſq; planetarum ſeptem ha- D
bet motus innouatos motui eius vl'i
habentes quidem corpora ſeruien-
tia corpori vl'i,ac ſi eſſent obediẽtia,
ſciet abſolute etiam quòd quilibet
planeta habet iuſſorem ſibi propriũ,
deputatum eis ex primo iubente. vt
euenit in gubernatione exercitus, q
eſt collectio vniuſcuiuſq; eorum ſub
vno iuſſore: & iſti iuſſores, qui ap-
pellantur capitanei, deueniunt ad
vnum principẽ, & eſt princeps exer-
citus, ſic eſt diſpoſitio in motu cor-
porum cœleſtium,quam perceperũt
Antiqui de iſtis motibꝰ,& ſunt qua-
draginta, & poſtea reducuntur om- E
nia ad ſeptem planetas, & reducun-
tur illi ſeptem ad octauum,& reduci
tur octauum ſm diuerſitatem, quæ
eſt inter Antiquos, in numero mo-
tuum ad iuſſorem primum. Et hæc
notitia habetur homini hoc modo,
ſiue ſciat quomodo ſit principium
creationis horum corporum cœle-
ſtium, ſiue neſciat: & quomodo ſit
copulatio aliorum iubentium cum
primo præcipiente,ſiue ſciat,ſiue ne
ſciat. nam ipſe non dubitat ꝙ,ſi eẽnt
ex ſeipſis, ſ. antiqua abſq; cauſa, &
inuentore poſſibile eſſet eis non reci
pere iuſſum à iubente vno cũ ſubie- F
ctione, & ſeruitute. & ſic eſt diſpoſi-
tio iubentium cum iubente primo.
&, cum hoc non fuerit eis poſſibile,
ergo eſt ibi proportio inter eos, &
eum, & proportio, quæ determina-
uit eis obediẽtiam, & ſeruitutem. &
hoc non eſt aliud, niſi ex eo ꝙ ſunt
ei ex natura eſſe eorum, non vt acci-
dens ex accidentibus. ſicut eſt domi-
nus cum ſuis ſeruis, ſed in natura eẽ
eorũ. nam non eſt ibi ſeruitus addi-
ta ſubæ, immo ſubſtãtiæ illæ ſuſten
tãtur in ſeruitute, & hæc adeptio eſt
regnum

G regnũ cœli, & terræ, quod vidit Abraham pater noſter, cum dixit Facies cœlum, & terram. Et ſcias ꝙ, cum ſic fuerit, neceſſe eſt vt nõ ſit creatio horum corporũ, & principium gñationis eorum, modo gñationis corporum, quæ ſunt hic. & intellectus humanus deficit apprehendere qualitatem huius operationis, licet ſciret eſſe eius. Qui autem perquirit aſſimilari duas entitates, quarum vna eſt in altera, & quòd agens earum ſit agens eo modo, quo reperiunt agentia, hic eſt in maxima perturbatione, deceptione, & confuſione. Et hæc
H eſt ſumma eius, quod intellexerunt Antiqui de corporibus cœleſtibus, & conſtitutione eorum à creatore glo. & quòd non ſit corpus, & conſtitutione eius, quod eſt ex entibus inferioribus ab eo, quæ non ſunt corpora, & vnum eorum eſt anima: conſtituere autẽ eſſe eius, ex eo quòd ſunt innouata eo modo, quo innouantur corpora, quę ſunt hic, vt conati ſunt loquentes, eſt nimis difficile. & propoſitiones, adductæ in hoc, non cõplent id, quod intendunt declarare. & declarabimus hoc ex ſermonibus noſtris ſubſequentibus, cum loquemur de via cõſtitutionis eſſe Dei gl.
I His autem habitis reuertamur ad narrandum ea, quæ dicit Algazel in contradicendo ei, quod recitauit de opinionibus Philoſophorum, & notificabimus gradum eius in veritate. nam hoc eſt intentum primum in hoc libro.

ALGAZEL.

AIt Algazel contradicẽs Philoſophis. Dicimus, id, quod narraſtis, aſtutia quædam eſt, & in rei veritate eſt obſcuritas maior præ aliis obſcuritatibus, q̃ ſi aliquis recitauerit ex inſomnio, iudicabitur ex eo, ꝙ ſit malæ complexionis. &, ſi id reduxerit in genere rerum legum, in quibus termini inquiſitionis ſunt exiſtimationes, dicetur quòd ſunt errores, & non adipiſcentur ſcientias, ſed vanas cogitationes. K

AVERROES.

AIt Auer. Non eſt incõueniens vt eueniat hoc ſtultis cum ſapientibus, & vulgo cum electis, vt euenit eis in reb9 artificialibus. nam artifices cum poſuerint multa ex operibus ſuis vulgo, & oſtenderint ſuas operationes mirabiles, fugiet ab eis vulgus, & exiſtimabit ꝙ ſunt diminuti cerebri. Attamen iſti in rei veritate ponuntur in gradu diminuti cerebri ab intelligentibus, & ignorantes quidem à ſapientibus. & ſermones huiuſmodi nõ oportet vt proiiciantur contra eos opiniones ſapientum, & hominum ſpeculatiuorum. debebat tamen ipſe, cum narrauerat hæc, narrare opiniones, quæ mouerunt eos ad iſta, ita quòd poſſit audiens facere comparationem inter eas, & ſermones, quos perquirit ipſe deſtruere. L

ALGAZEL.

AIt Alg. Introitus autem qõnis, prout eſt, non narrabit, ſed ponemus modos determinatos. Et primus quidem eſt vt dicamus, iam poſuiſtis ꝙ vna rerũ multitudinis cauſati primi, ẽ ꝙ ſit poſſibilis in eẽ, tũc dicimus eẽ poſẽm in eſſe vtrũ eſt eſſe eiuſmet, aut aliud? ſi aũt idem, igitur non ꝓuenit ex eo multitudo: ſi vero aliud, igitur dicetis in primo principio eſſe multitudinẽ. nã eſt, & cũ hoc eſt neceſſarium in eſſe. neceſſarium aũt in eſſe eſt aliud quã ſubſtãtia ipſius eſſe. & permittimus aduentum M

diuerſo-

A diuerſorum in hac multitudine. Si autem dicitis nihil eſt neceſſitati in eſſe, niſi ipſum eſſe, igitur nõ erit aliquid poſſibilitati in eſſe, niſi ipſum eſſe. Si autem dicitis bene põt ſciri ꝙ ſit, & non ſcietur eſſe poſem, eſt ergo aliud. ſic etiam neceſſarium in eſſe põt ſciri eſſe eius: & neſcietur neceſſitas eius, niſi poſt aliam rõnem: ergo erit aliud. demũ eſſe eſt quid vniuerſale, quod diuiditur in neceſſarium, & poſſibile. &, ſi aliqua dr̃ia harum duarum partiũ addatur vniuerſali, ſic quoq; erit ſecũda dr̃ia indifferens. Si autem dicis poſſibilitas B in eſſe eſt ei ex ſe, & eſſe eius ex alio, & quomodo erit id, quod eſt ei ex ſe, & quod eſt ei ex alio idem; dicimus quomodo erit neceſſitas in eſſe ipſum eſſe, & poteſt auferri neceſſitas in eſſe, & remanet eſſe, & vnum verũ omnibus modis eſt. quod non conuenit affirmationi, & ablationi. nã impoſſibile eſt dicere eſſe, & non eſſe, aut neceſſarium in eſſe, & non neceſſarium in eſſe: & tamen poteſt dici eſſe, & non neceſſarium in eſſe, ſicut poteſt dici nõ eſſe, & poſſibile in eſſe. ſcitur autem vnitas in hoc. & non eſt congruum ſtare in primo, ſi verificatum fuerit id, quod dixe- C rint, quòd poſſibilitas in eſſe ſit aliud ab eſſe poſſibili.

AVERROES.

Ait Auer. Cum dixit ꝙ dictum noſtrũ de poſſibili in eſſe aut erit ipſummet eſſe, aut aliud, i. res addita ipſi eſſe. &, ſi fuerit idem, non eſt multitudo. & nihil eſt eorum dictũ, ꝙ poſſibile in eſſe eſt in eo multitudo. ſi vero aliud, ſequitur vobis hoc neceſſario in eſſe, & erit in neceſſario eſſe multitudo. & hoc eſt contra id, quod ponunt, eſt ſermo non verus. nam dimiſit tertiam partem diuiſionis. Neceſſarium enim in eſſe D non eſt quid additum ipſi eſſe, extra animam, ſed eſt quid enti neceſſario in eſſe, & non additum ſubſtantiæ eius. & quaſi reducitur ad ablationem cauſæ, ſ. ꝙ eſſe eius ſit cauſatum ab alio. & quaſi id, quod tribuit alij, aufertur ab eo, vt dicimus de ente ꝙ ſit vnum. nam vnitas non intelligitur in ente quid additum ſubſtantię eius extra animam in eſſe, ſicut intelligitur ex dicto noſtro ens album: ſed intelligitur de eo res priuatiua, & eſt priuatio diuiſionis. & ſic neceſſarium in eſſe intelligitur de neceſſita E te res priuatiua, quam determinauit ſubſtantia eius: & eſt vt ſit neceſſitas in eſſe ex ſe, non ex alio. & ſic, cum dicimus poſſibile in eſſe ex ſe, non poteſt intelligi de eo attributum additum ſubſtantiæ extra animam, ſicut intelligitur de poſſibili vero, ſed intelligitur de eo quòd ſubſtãtia eius determinet quòd eſſe eius non ſit neceſſarium, niſi ex cauſa. & ipſum ſignificat ſubſtantiam, à qua cum aufertur cauſa, non erit neceſſarium in eſſe ex ſe, ſed erit nõ neceſſarium in eſſe, ſ. negatum ab eo attributum neceſſarij in eſſe: ac ſi diceret F ꝙ neceſſarium in eſſe, aliquod eius, quod eſt neceſſarium ex ſe, & aliqđ quod eſt neceſſariũ ex cauſa. quod autem eſt neceſſarium ex cauſa, non eſt neceſſarium ex ſe, & nemo dubitat ꝙ iſtæ differentiæ non ſunt differentię ſubſtantiales, ideſt diuidentes ſubſtantiam, nec additæ ſubſtantię: ſed ſunt res negatiuæ, & relatiuæ: ſicut dicimus de re inuenta quòd non ſignificat rem additam ſubſtantiæ extra animam, eo modo, quo dicimus de re ꝙ ſit alba. Et ex hoc errauit

G uit Auicenna, qui exiſtimauit quòd vnum ſit additum ſubſtantiæ. & ſic ipſum eſse rei, cũ dicimus q; res eſt. & in futurum diſputabitur de hoc.

Et primus, qui inuenit hanc pręfationem, fuit Auic. ſ. cum dixit poſſibile in eſſe ex ſe, & neceſſariũ in eſſe ex alio. nam poſſibilitas eſt attributum in re pręter rem, in qua eſt poſſibilitas. & determinat ſimplicitas harum dictionũ q; id, quod eſt ſub primo, ſit compoſitum ex duobus: vnum quidem, cui attribuitur poſſibilitas: & aliud, cui attribuitur neceſſitas in eſſe, & eſt præfatio vilis.

H ſed, cum intelligitur de eo id, quod diximus, non euenit ei dubietas, quã ponit Alga. remanet tamen ei videre vtrum, cum intelligitur de cauſato primo poſſibilitas eſſe eius, determinet ei q; ſit compoſitum, vel ne? nã, ſi attributio fuerit relatiua, non determinat ei compoſitionem. & non omne, de quo intelligũtur res diuerſæ, determinatur q; ſint attributa, addita ſubſtantiæ eius, extra animam. nam eſt hæc diſpoſitio priuatiuorum, & diſpoſitio relatiuorum.

Et ideo non tenẽt aliqui Antiquorum vt numeretur prædicamentum

J relationis in entib⁹ extra animam, ſ. decem prędicamentis. Alga autem intulit in ſermone ſuo q; omne habens intellectionem additam determinat aliquid extra animã in actu & eſt error, & ſermo ſophiſticus. & patet ex eo, quod dixit. Demum eſſe eſt quid vniuerſale, & diuiditur in neceſſarium in eſse, & poſſibile. &, ſi aliqua differentia partium eẽt addita vniuerſali, ſic etiam & alia differentia indifferenter. Nam diuiſio ipſius eſse ad poſſibile, & neceſsarium non eſt ſicut diuiſio animalis ad rationale, & non rationale, aut ad ambulans, & natans, & volatile. iſta.n. ſunt addita generi, quę faciunt id diuidi in ſpecies additas, & animalitas eſt communis eis. & iſtæ differentię ſunt additæ eis. Poſſibile autem, in

K quod Auicenna diuiſit ens, non eſt quid extra animam in actu, & eſt præfatio vilis, vt diximus. nam ens, quod habet cauſam, in eſſe ſuo non intelligitur de eo, niſi priuatio, ideſt omne id, quod eſt ex alio, non habet ex ſe niſi priuationem, niſi cum fuerit natura eius natura poſſibilis veri. & ideo diuiſio entis ad neceſſarium in eſſe, & poſſibile in eſſe eſt diuiſio non nota, cum non intelligit per poſſibile poſſibile verum. & poſtea de hoc loquemur. Attamen id tantum dicimus hic quòd ens, cum diuiditur, aut diuiditur in differentias ſubſtantiales, aut in res relatiuas, aut accidẽtia addita ſubſtantię. Diuiſio autem per differentias ſubſtantiales determinat abſque dubio multitudinem operationum ab eo: diuiſio vero eius per res, & relatiuas ſeu accidentales nõ determinat multitudinem operationum. Si autem aliquis contradixerit q; diuiſio eius per attributa intrinſeca determinat ei operationes diuerſas, tunc igitur primum principium, emanat ab eo multitudo neceſſario, & nõ indiget cauſato ab eo, quod ſit principium multitudinis. Si vero dixerit q; non determinat multitudo attributorum relatiuorum prouenire operationes diuerſas, tunc non erunt attributa intrinſeca, quæ ſunt in primo principio, determinantia prouenire operationes diuerſas. & poſitio ponẽtis cauſatũ primum hoc modo eſt melior. Et, cũ dixit, & q̃uo erit q̃d eſt ei

L

M

ex

A ex ſe, & quod eſt ei ex alio, idem? iſte profecto vir exiſtimabat poſſibilitaté non habere eſse niſi in intellectu.

Attamen ſequitur hoc hic, & nihil prohibetur quin in eadem ſubſtantia ſit affirmatio, & ablatio in rebus ſuis, abſq; eo ꝙ conſequatur multitudo in hac ſubſtantia, vt negat id Alga. &, cum perceperis hoc, poteris ſoluere totum id, quod dixit in hoc capitulo. Si aũt dixerit, ſequitur ſm hoc vt non ſit compoſitio, nec neceſſario in eſſe ex ſe, nec neceſſario in eſſe ex alio, dicimus neceſſarium in eſſe ex alio, intellectus comprehen

B dit in eo compoſitionem in cauſato, & cauſa. &, ſi fuerit corpus, neceſſe eſt vt ſit in eo vnitas aliquo modo & multitudo alio modo, ſ. corpora generabilia, & corruptibilia. ſ. vnitas in actu, & multitudo in potẽtia. ſi vero fuerit non corpus non cõprehẽdit intellectus multitudinem nec in potentia, nec in actu, ſed vnitatem omnibus modis. & ideo determinauerũt Antiqui de hac ſpecie entium, & dixerunt quod ſunt ſimplicia: ſed dicũt de eis ꝙ cauſa in eis eſt magis ſimplex cauſato, & ideo tenent ꝙ primum eſt ſimplicius eis. primũ enim

C non intelligitur de eo cauſa, & cauſatũ omnino: id vero, quod eſt poſt primum, intelligit de eo intellectus compoſitionem. & ideo ſecundum apud eos eſt ſimplicius tertio. & ſic debet intelligi opinio ſapientum. & erit diſpoſitio in cauſa, & cauſato in his entibus, ac ſi eſſet eis multitudo in potentia, quæ apparet in cauſato, ſ. ꝙ conſequentur ab eo cauſata multa contigua in aliquo tempore. Et, cum intelligitur hoc ex ſermone eorum, & conceditur eis, non contingit eis dubitatio, quam fecit Alga.

Cũ vero intelligitur ex ſermone eorum ꝙ ſecũdum intelligit ſeipſum, & intelligit principium ſuum, & in eo ꝙ intelligit ſeipſum, prouenit ab eo vnũ, & in eo ꝙ intelligit de principio ſuo, prouenit ex eo aliud, qm̃ eſt habẽs duas formas, aut duas ſubſtantias, vt intellexit Alga. de eis eſt ſermo falſus. nam, ſi eſſet hoc, eſſet compoſitum ex pluribus formis. & illa forma eſſet vna ſubiecto, & plures definitione, ſicut eſt diſpõ in anima. ſed facta eſt fortis hęc opinio eis ex eo, qđ exiſtimant de emanatione abinuicem. & quaſi intendunt intelligere hoc ibi, aſſimilando hoc agẽtibus ſenſibilib⁹. & in rei veritate ſciẽtiæ Diuinæ, ex eo ꝙ miſtæ ſunt his ſermonibus, exiſtimantur eſſe diſciplinæ Legiſtarum. Igitur declaratũ eſt tibi ex hoc ſermone ꝙ id, ex quo conatus eſt Alga. facere cõſequi multitudinem neceſſario in eſſe, qa conſequitur apud eos poſſibili in eſſe; nõ eſt verũ. qm̃, ſi intelligitur de poſſibili, poſſibile verũ, erit ibi cõpoſitio abſq; dubio. &, ſi hoc eſt falſum, vt diximus, & dicemus poſtea, non ſequitur hoc neceſſario in eſſe. ſi vero intelligitur de poſſibili res intellectualis, non ſequitur vt ſit neq; aliquod ipſorum cõpoſitũ hoc modo, ſed intelligitur de eo compoſitio ex eo, quod eſt ex cauſa, & cauſato.

ALGAZEL.

AIt Alga. Queſtio ſecunda eſt vt dicamus, intelligere principiũ ſuum, aut eſt ipſumet eſſe ipſius, & ipſummet intelligere ſeipſum, aut aliud? ſi idem, tunc non eſt multitudo in ſeipſo, niſi dictione ex ſeipſo. ſi vero aliud, tunc hæc multitudo reperitur quoq; in primo: qm̃ intelligit aliud, & intelligit ſeipſum.

G AVERROES.

AIt Auer. Veritas eſt ꝙ id, quod intelligit de principio ſuo, eſt ipſummet eſſe ipſius, & quòd ſit in natura relationis: & in hoc diminuit̃ à gradu primi: primum vero eſt in natura entis, quod eſt ex ſe. Attamen veritas apud eos eſt ꝙ primum non intelligit de ſeipſo, niſi ſeipſum, non rem relatiuam, & eſt ꝙ ſit principiũ ſed ipſummet apud eos eſt omnes intelligentiæ, & etiam omnia entia nobiliori modo, & perfectiori omnibus, vt poſtea dicemus. quare non ſequit̃ ex hoc ſermone aliquod in-
H conuenientium, quæ intulit.

ALGAZEL.

AIt Algazel. Si auté putauerint quòd intelligere ſeipſum eſt ipſummet: & non intelligit ſeipſum id, quod non intelligit, quòd ipſum ſit principium alterius: igitur intellectus adæquatur intellecto, & conuertetur ad ſeipſum.

AVERROES.

AIt Auer. Hoc eſt falſum. nam eſſe principiũ eſt quid relatiuũ & non conuenit vt ſit ipſummet. &, licet intellexerit ipſum eſſe principiũ intellectus, non eſt tamen ei princi-
I pium eo modo, quo eſt. nam, ſi hoc eſſet, perficietur nobile ab ignobili. intellectum enim eſt perfectio intelligentis apud eos, vt apparet in ſcientiis intellectus humani.

ALGAZEL.

AIt Algazel. Dicimus, cauſatum autẽ intelligere ſeipſum eſt ipſummet. nam intelligit ſeipſum, & intelligit animam ſuam, & intellectus, & intelligens, & intellectũ eius eſt idem etiam. Deinde, ſi intelligere ſeipſum eſt ipſummet, tunc intelligit ꝙ ipſummet eſt cauſatum a cauſa, quæ eſt ſic: & intellectus æquatur K
intellecto, & conuertitur totum ad ſeipſum. igitur multitudo non reperitur. ſi autem hoc eſſet, multitudo ergo reperitur in primo, & tunc non prouenient ab eo diuerſa.

AVERROES.

AIt Auer. Quod recitauit hic ex Philoſophis circa multitudinẽ præter primum principium, eſt ſermo corruptus, & non ſequitur ſm radices eorum. nam non eſt multitudo illis intelligentiis omnibus ſm opinionem eorum, & nõ differunt apud
eos ex parte ſimplicitatis, & multitu- L
dinis, ſed differunt ex parte cauſæ, & cauſati. & differentia, quæ eſt inter intelligere primum ſeipſum, & alias intelligentias intelligere ſeipſas ſm eos, eſt quoniam intelligentia prima intelligit de ſe aliquid exiſtẽs ex ſe, non aliquid relatum ad cauſam. aliæ vero intelligentię intelligunt de ſe aliquid relatum ad cauſam earũ, & ingreditur in eas multitudo hoc modo. & non eſt neceſſe vt ſint omnes in eodem gradu ſimplicitatis, cũ non ſint in eodem gradu relationis ad primum principium. & nulla ea-
rum reperitur ſimplex, eo modo, quo M
primum eſt ſimplex. quoniam primum numeratur in eſſe ex ſe, illę vero in eſſe relatiuo. Cum aũt dixit poſtea, ſi intelligere ſeipſum eſt ipſummet, tunc intelligit ſeipſum eſſe cauſatum à cã, quæ ſic eſt, & intellꝰ ęquatur intellecto, & totum conuertitur ad ſeipſum: igitur nõ eſt multitudo. ſi autem hoc eſſet, multitudo reperietur in primo. Dicendum ꝙ non ſequitur, ex eo ꝙ intellectus, & intellectum in ſeparatis ſunt idem, vt ſint oẽs æquales in ſimplicitate, nam ipſi

præſupponunt

A præſupponunt ꝙ in hac re ſeſe excedunt intelligẽtiæ adinuicẽ, quo ad diminutionẽ. additio vero nõ reperitur in rei veritate, niſi in intelligentia prima. Et cã in hoc eſt, qm̃ intelligentia prima, ſubſtantia eius eſt exiſtens in ſe, aliæ vero intelligẽtiæ intelligunt de ſubſtantiis ſuis ꝙ cõſtituunť ab ea. ſi autem intellectus, intelligens, & intellectum in vnoquoque earum eſſet in gradu vnitatis, qui eſt in prima, eſſet ens exñs in ſe, conforme enti ex alio, aut intellectus non æquaretur naturæ rei intellectæ. & hoc totum eſt falſum
B ſm eos. & hic ſermo totus, & reſponſio topica eſt. Poteſt tamen fieri in hoc ſermo demonſtratiuus cũ paruitate ſpeculationis hominis in rebus iſtis, ſi p̃ſupponat, & ſciat prius quid ſit intellectus. & nunquã ſciet quid ſit intellectus, donec ſciat quid ſit anima. & nũq̃ ſciet quid ſit aĩa, donec ſciuerit quid ſit animatũ. & non p̃nt haberi iſta primo aſpectu, & ex ſcientiis vl'ibus, quæ non ſunt propriæ, nec proportionatę. & cum aliquis locutus fuerit de his rebus, anteq̃ ſciat naturã intellectus, erit
C ſermo eius in eis, ſimilis ei, qui ſomniat. & ideo ſecta Aſſaria, cùm recitauerit opiniones Philoſophorum, ducit ad vltimitatem inconuenientiæ, & prolongationis hominis à ſpeculatione in entibus.

ALGAZEL.

Ait Alga. Et dimittamus rationes vnitatis eius omnimode: ſiquidem vnitas auferetur hac ſpecie multitudinis.

AVERROES.

Ait Auer. Ideſt ꝙ, cum ipſi poſuerint primũ intelligere ſeipſum, & intelliget de ſe ꝙ ſit cauſa alterius, debent ponere ꝙ non ſit vnũ omnimode. nã adhuc non eſt declaratũ ꝙ neceſſario eſt vnum omnimode. & hoc, quod dixit, eſt opinio aliquorum Peripateticorũ, qui exponunt eam eſſe opinionem Ariſt. D

ALGAZEL.

Ait Alga. Si autem dixerit primũ non intelligere niſi ſeipſum, & intelligere ſeipſum eſt ipm̃met: & intellectus, & intelligens, & intellectum eſt vnũ, & non intelligit aliud. Reſponſio huic eſt multipliciter, & primo ꝙ hanc opinionẽ pp falſitatem eius expulerunt Auicenna, & alij verificantes, & exiſtimauerunt ꝙ primum ĩtelligit ſeipſum eſſe principium ad influendũ id, qđ influitur ab eo. & intelligit entia oĩa in ſpecieb⁹ ſuis intellectione vl'i, nõ autem particulari. nam vituperauerunt ſermonem dicẽtis ꝙ ex primo principio non prouenit niſi intellectus vnus, & ꝙ non intelligit quod prouenit ab eo. & intellectum eius eſt intellectus, & influitur ab eo intellectus, & anima orbis, & corpus orbis, & intelligit ſeipſum, & cauſata eius tria. ſed cã eius, & principiũ eius nõ intelligit niſi ſeipſum. igiť cauſatum eſt nobilius cã. qm̃ à cauſa non influitur niſi vnũ: ab iſtis vero influuntur tria. & primũ non intelligit niſi ſeipſum: hoc vero intelligit ſeipſum, & ſubſtãtiã principij, & ſubſtantiã cauſatorum. Qui autem contentatur vt ſit ſermo eius ꝙ Deus glo. ſit in hoc gradu, iam poſuit eum viliorẽ omni ente intelligẽte ſeipſum. nam id, quod intelligit eũ, & intelligit ſeipſum, eſt dignius eo. ipſe enim non intelligit niſi ſeipſum, & prouenit ex eis depreſſio excellentię eius, adeo ꝙ auferunt id,

G quod intelligitur in eo de celſitudine, & conſtituerunt eum tanq̃ mortuum, cui non eſt dominiū, in eo ꝙ gubernat mundum, niſi ꝙ differt à mortuo, in eo ꝙ cōſyderat ſeipſum tm̃, ſic meritum reddat Deus glor. deuiātibus à viis eius, & tortuoſe incedētibus, decipientibus ſeipſos, & negādo dictum ſuum glo. In principio creauit Deus, cogitantibus quidem in Deo prauas cogitationes, & credentibus ꝙ res diuinæ aſſimilantur cum occultatione earum virtuti bus carnalibus, & errantibus quidē in intellectibus ſuis, & cogitantibus
H ꝙ ſit eis amplitudo, & non indigentia mandatis Dei. & ſecutum eſt eis pp hoc, ꝙ coacti ſunt concedere cōſtitutionem eorum intellectorum reduci ad id, qđ ſi recitaretur, inſomnio admirarentur eo.

AVERROES.

Ait Auer. Qui autem vult perſcrutari in his rebus, debet ſcire quòd multæ rerum, quæ affirmātur in ſcientiis ſpeculatiuis, cum ad eas ingreſſum fuerit primo aſpectu, & cum eo, quod vulgus intelligit de hoc, erunt reſpectu eorum ſimiles
I ei, quod percipit ſomniator in ſomnio, vt dixit ipſe. & multæ harum non ſunt de eis propoſitiones de genere propoſitionum, quæ ſunt intelligibiles apud vulgus, & proferūt eas his rebus. Attamen non eſt modus, vt ſit de eis prolatio ſufficiens, ſed vt eis mediantibus proueniat veritas ei, qui procedit in ſcientia earum modo veridico. Verbi gratia ſi dicitur vulgo, & ei, qui ē altioris gradus, ꝙ Sol, qui videtur oculo quantitate brachij, ſit centum ſeptuaginta vicibus maior, quàm eſt terra, incipient hoc negare. & qui hoc conſyderat, erit apud eos vt ſomniator. K
& erit difficile nobis perſuadere eis hoc cū propoſitionibus, quibus habetur veritas de proximo, & paruo tēpore. Attamen non eſt modus perueniendi ad hanc ſcientiam, niſi per viam demſtonis ei, qui incedit via demonſtratiua. Et, cū hoc fuerit ignotum in quæſitis Geometricis, & demum in rebus Mathematicis, multo magis erit in ſcientiis Diuinis, ſ. ſi aliquid expoſitum fuerit vulgo, videbitur falſum, & inconueniens primo aſpectu, & ſimile ſomnio. nā in hac ſpecie ſcientiarum non ſunt propōnes probabiles, quibus poſſit L
intellectus contentari, qui eſt primo aſpectu ignarus, ſicut intellect⁹ vulgi. quia vr̃ ꝙ id, qđ apparet intellectui in fine, eſt apud eum inconueniens primo aſpectu. & non euenit hoc ſolum in reb⁹ ſpeculatiuis, ſed etiā in factiuis. Et ideo, ſi imaginati fuerimus aliquam artē non apparere, deinde videatur eſſe, videbit̃ hoc primo aſpectu incōueniens. & ideo tenent multi ꝙ iſtæ artes ſunt ex cōprehendentibus, nō humanis: & aliqui attribuunt eas Dæmonibus, aliq̃ vero Prophetis, adeo ꝙ exiſtimauit Benhazam ꝙ fortiſſima rōnum, M
ꝙ reperiatur Prophetia eſt reperiri has artes. Et, cū ſic fuerit, debet perquirens veritatē, cū reperiet ſermonē inconuenientem, & non reperiet propoſitiones probabiles ad remouendum illud inconueniens, vt nō credat ꝙ ille ſermo ſit incōueniens, & perquiret eum viis, quibus exiſtimat aduerſarius puenire ad eum, & verſetur in hac doctrina longo tempore, & cum ordine, quem requirit hæc res, quam differt. Et, cum hoc reperiat̃ in aliis ſcientiis, quàm Diuinis,

AVERROES.

AIt Auerr. Dicit, ꝙ ſi poſ'e eſſet reperiri pluralitatem in cauſato primo abſque cauſa, ex eo ꝙ non prouenit ex prima cauſa pluralitas, tunc poterit conſyderari pluralitas cum cauſa prima, & nõ oportet ponere cauſam ſecundam, & cauſatũ primum. ſi autem falſum ẽ eſſe aliquid

A quid cum cā prima abſq; cā, eſt etiā falſum cum ſecunda cā. ſed nihil eſt dictum noſtrum de cā ſecunda. nam ſunt eædem in re, & non differt vna ab alia tpe, nec loco. &, cū poterit eſſe aliquid abſq; cā, non appropriatur vna duarū cauſarū ei, ſ. prima, aut ſecūda, ſed ſufficit in hoc vt reperiatur cum vna earum, & non oportet ponere id cum cauſa ſecunda.

ALGAZEL.

AIt Alga. Reſpondens pro philoſophis. Si autem dixerit, iam
B multiplicauiſtis res, adeo ꝙ ſuperauerunt mille, & eſt inconueniens vt ſit pluralitas cauſato primo vſq; ad hunc terminum: & ideo multa ſunt media. Deinde dixit arguens contra eos. Cum aūt dicitis hoc eſſe incōueniens, eſt iudicium extimatiuum, cū quo nō debemus iudicare in intellectualibus, niſi dicat ꝙ ſit falſum. & dicimus ei quare eſt falſum? & quid intelligitur in dando dr̄iam in hoc, & quotieſcunq; poſuerimus vnum poſe, & crediderimus ſequi à primo cauſato, nō ex parte cauſę cōſequēs vnum, & duo, & tria, quæro quid eſt
C quod faciat falſitatē in quatuor, aut quinque, & ſic vſq; ad mille? niſi ꝙ qui iudicat conſyderatione præter conſyderationem, non eſt ei tranſacto vno differentia. & hic etiam eſt ſermo inciſiuus.

AVERROES.

AIt Auerr. Si autem reſpondiſſent Auicen. & alij Philoſophi quòd in cauſato primo ſit pluralitas abſque dubio, & ꝙ omnis pluralitas prouenit ex ea vnum, mediante vnitate determinante, vt reducatur pluralitas ad vnum, & vnitas illa, qua fuerat pluralitas vna, eſt quid ſimplex, proueniēs ab vno ſeparato ſimplici, tunc eſſent quieſcentes ab iſtis conſequentijs, quas fecit eis Alga. vt exirent ab iſtis inconuenientibus. D
Alga. autem, quia vigoratus eſt hic ſuper poſitione corrupta attributa philoſophis, & non inuenit reſpondentem ei vera reſponſione, lætatus eſt in hoc, & incidit in multa inconuenientia, quæ ſequuntur ab ea. & omnis ſtultus ſtultitia ſua lætatur. ſi autem ſciuiſſet ipſum non arguere in hoc contra Philoſophos, non E
tamen lætatus fuiſſet. Et radix corruptionis huius poſitionis eſt dictū eorum, ꝙ ab vno non prouenit niſi vnum: deinde ponunt in hoc vno ꝓducto pluralitatem: & ſequitur eis vt hæc pluralitas ſit ſine cauſa. & poſitio eorum ꝙ, cum hæc pluralitas ſit terminata, oportet ponere principiū tertium, & quartum ad eſſe entium, eſt quid leue, ad quod non eſt demonſtratio. Demum hæc poſitio eſt abſq; poſitione principij primi, & ſecundi, & hoc, qm̄ dr̄ non fuit appropriata à vobis cauſa ſecunda, cui ſit pluralitas præter primā cām. F
& hoc totum ſunt ſtultitiæ, & vanitates, & radix eius eſt, ꝙ ipſi non intelligunt qūo vnū erit cā in opinione Ariſt. & in opinione ſequentium eum ex Peripateticis. & iam gloriatus eſt ipſe in fine Duodecimi in hac re, & dixit ꝙ præcedentes eum ex Antiquis non potuerunt dicere aliquid in hoc. & hoc modo prædicto à nobis de eis erit propoſitio, ꝙ ab vno nō prouenit niſi vnum, vera: & ꝙ ab vno prouenit pluralitas eſt propoſitio vera etiam.

G ALGAZEL.

AIt Alga. Adhuc dicimus hoc eſt falſum in cauſato ſecũdo. nam prouenit ab eo orbis ſtellarũ, in quo ſunt ſtellæ 1022. & plus, & ſunt diuerſæ quantitatis, & figuræ, ſitus, coloris, impreſſionis, & fortunæ & infortunæ. & aliquæ earum ſunt in forma Arietis, Tauri, & Leonis, & aliquæ in forma hominis. & differunt in dando impreſſionem in vno ſubiecto mundi inferioris, & frigiditatem, & caliditatem, & fortuniũ, & infortunium. & differunt mẽſuræ earum abinuicem. & impoſſi-
H bile eſt dicere totum eſſe eandẽ ſpeciem cum hac diuerſitate. nam, ſi hoc eſſet poſſibile, tunc eſſet poſſibile dicere omnia corpora mundi eſſe vnam, & eandem ſpeciem in corporeitate. & ſufficit eis vna cauſa. Si autem differre in diſpoſitione eorum, & ſubſtantia, & natura indicat diuerſitatem eorum, ſic etiam ſtellæ ſunt diuerſæ proculdubio, & quęlibet earum indiget cauſa ad formam eius, & cã ad materiam eius, & cauſa ad appropriationem naturæ calefaciendi, ſeu infrigidandi, ſeu fortunandi, ſeu infortunãdi, & eſſendi in loco ſuo, &, vt ſint figuræ earum ad
I figuram animalium diuerſorũ. hæc autem pluralitas, ſi imaginatur intelligi in intelligentia ſecunda, imaginatur etiam hoc in prima, & tunc ſufficit primum.

AVERROES.

AIt Auer. Hęc autem dubitatio iam fecit eam: & eſt res, in qua nimium protelauit ſermonẽ in hoc libro. &, cum reſpondetur ei reſponſionibus prædictis, non ſequitur aliquod horum inconuenientium. Cũ autem intelligitur de ſermone ꝙ ab
vno numero ſimplici non prouenit K
niſi vnum ſimplex numero, non autem vnum numero aliquo modo, & plures aliquo modo, & vnitas eius eſt cauſa pluralitatis, nunquam euadit ab iſtis dubitationibus. Vlterius res plurificantur apud Philoſophos drĩjs ſubſtantialibus. dr̃ia vero reũ ex parte accñtium nõ facit apud eos dr̃iam in ſubſtantia, ſiue ſit quãtitas, ſiue qualitas, aut aliud prędicamentorum. corpora aũt cœleſtia (vt diximus) non ſunt compoſita ex materia & forma, & non differunt ſpẽ. nã nõ cõmunicãt apud eos in vno genere.
nam, ſi communicarẽt in gñe, eſſent L
compoſita, & non ſimplicia. & iã locuti ſumus de his rebus, & nõ oportet multiplicare verba in eis.

ALGAZEL.

AIt Alga. Quæſtio Quinta eſt vt dicamus, licet cõceſſerimus has poſitiones frigidas, & inuolutiones corruptas, quomodo non pudet eos, cum dicunt cauſatum primum poſſibile in eẽ eſt, quod determinat eſſe corporis orbis exterioris ab eo, & intelligere ſeipſum determinat eſſe animam orbis ab eo, & ipſum intelligere primum determinat eẽ intelligentiam ab eo, quæro q̃ eſt dr̃ia M
inter hoc, & dictũ dicentis ꝙ ſcit eſſe hominis occulti, & ꝙ ſit poſe in eſſe, & ꝙ intelligit ſeipſum, & efficiẽtem ſuum? & dixit ꝙ ſequitur, ex eo ꝙ eſt poſe in eſſe eſſe orbis, & dr̃ ei quæ eſt proportio inter eſſe poſe in eſſe & eẽ orbem ab eo? & ſic etiam ſequentur, ex quo intelligit ſeipſum, & efficientem ſuum, duo alia. Et hoc quidem, cum dr̃ de hoĩe, eſt deridendũ eo, & ſic de alio ente: nã poſ̃tas in eẽ ẽ determinatio, q̃ non differt, cũ differat ſubſtantia poſ̃itatis, ſiue ſit hõ, aut angelus,

A angelus, aut orbis. & neſcio quō ſatisfacit ſtultus ſibiipſi his poſitionibus, quanto magis docti, qui penetrāt cœlū, cū cogitāt ī ītellectualib⁹.

AVERROES.

Ait Auer. Omnes iſti ſermones qui ſunt Auic. aut ſit quicūq; fuerit, qui dixerit eos, non ſunt veri, & nō ꝓſequuntur radices naturales: īmo nō ꝑueniunt, pp carētiā eorum in ſufficiētia, & rhetorica, ad gradū, quē dixit iſte hō. Et forma, quam imaginatus eſt in ea, non eſt vera. nā hō, quē poſuit poſſe in eē ex ſe, neceſſariū ex alio, intelligentē ſeipſum, & B efficientē ſuū, verificatur exemplum eius de cā ſcda, cum ponitur iſtū hominem agere entia ex ſe, & ex ſcientia ſua, vt ponit eſſe ſecundum principiū ille, q dicit, vt dicit Auic. & ſicut de more omnium eſt ponere primum principium glo. nā cum ponitur hoc, neceſſe ē vt ꝓueniāt ab hoc hoīe duo: vnum eſt, ex eo ꝙ ſcit ſeipſum: & aliud, ex eo ꝙ ſcit efficientē ſuum. nam poſitum fuit agēs ex parte ſciētiæ. & non eſt ēt incōueniēs, ſi poſitū fuerit agēs ex parte ſui, vt dicatur ꝙ id, quod ſequitur ab eo, ex eo ꝙ eſt poſſe in eē, eſt aliud ab eo, qđ C ſequitur ab eo, ex eo ꝙ eſt neceſſariū in eſſe. nam iſtæ duæ poſitiones reperiuntur in eo. Igitur iſte ſermo nō eſt adeo turpis in forma, quā voluit imaginari iſte vir, adeo ꝙ homines deuiant à ſermonibus philoſophorum, & vilipendēt eos apud ſpeculātes. Et nulla eſt dria inter hoc, & dicētē, cū ponitis ens, viuēs vita, volēs voluntate, ſciēs ſciētia, potēs potētia, audiēs auditu, vidēs viſu, & loquens loquela, & ſequitur ex eo totus mūdus, adeo ꝙ hō viuēs, ſciēs, potēs, volēs, audiēs, vidēs, & loquēs, ſequitur ex eo totus mundus. qm̄, ſi iſta attributa ſunt, quæ determinarant eſſe mūdi, neceſſe eſt vt nō ſit dria in eo, D quod faciunt conſequi in omni ente, cui attribuuntur. Si autē iſte vir habuerit intētionē dicēdi veritatē in his rebus, & errauerit, eſt ei excuſatio. attamē ſi ſciuerit fallaciā, & intēdit eam, ſi nō fuerit neceſſitate duct⁹, non eſt ei excuſatio. ſi vero intendit notificare ꝙ non ſit ei in hoc ſermo demonſtratiuus, quo ſuſtentetur in hac quæſtione, ſ. quæſtio vnde proueniat pluralitas, vt videbitur poſtea, benefecit in hoc. nam non peruenit iſte vir ad gradum ſcientię cōprehendentem hanc quęſtionem. & E hoc apparebit de eo poſtea. & cauſa eius eſt, quia non dedit operam hic vir, niſi libris Auic. & accidit ei diminutio in ſcientia propter hoc.

ALGAZEL.

Ait Alga. Si aūt dixerit aliquis, cum deſtruitis opinionē eorū quid dicitis? vtrum exiſtimatis ꝙ ꝓueniant ab vno omnimode duo diuerſa? & ſummittitis intellectū: aut dicitis ꝙ primum principium, in eo ſit pluralitas? & negabitis vnitatem: aut dicitis ꝙ nō eſt pluralitas in mūdo? & negabitis ſenſum: aut dicitis ꝙ ſequitur medijs? & oportebit vos F cōcedere id, quod dixerint. Nos aūt dicimus nō eē intētionē noſtram in hoc libro directe diſputare hinc inde: ſed intētio noſtra ē debilitare rōnes eorū: adeo ꝙ nos dicimus ꝙ qui exiſtimauit emanationē duorū ab vno, eſt ſummiſſio intellectus, ſeu attribuere principio attributa, antiqua, æterna, cōtradicētia vnitati. & hæ ambæ ſunt rōnes falſæ, & nō habēt de eis demrātiōes: qm̄ nō ſcitur falſitas emanatiōis duorum ab vno

G ſicut ſcitur falſitas eſſe hominis eiuſdem in duobus locis. demum nõ ſcitur ex neceſſitate, nec ex ſpeculatione. Et quid prohibet quin dicatur ꝙ primum principium ſit ſciens, potẽs, volẽs, & agit quicquid vult, & ſcit quicquid vult, & creat diuerſa, & ſimilia, vt vult, & de eo ꝙ vult, & falſitas huius non ſcitur neceſſario, nec ſpeculatione. & iã poſuerunt id Prophetæ, facientes miracula. & neceſſe eſt id recipere. Speculari autem de qualitate emanationis operationis ab ipſo glo. voluntate eſt ſuperfluũ & ſpes in re non ſperanda. Qui aũt deſyderant perquirere proportionẽ
H & ſcientiam eius, finis conſyderationis eorum eſt id, ꝙ cauſatũ primum, ex eo ꝙ eſt poſſe in eſſe, prouenit ex eo orbis: & ex eo, ꝙ intelligit ſeipm̃, prouenit ex eo anima orbis. & hoc eſt ſtultitia, & demẽtia, nõ apparitio proportionis. quare recipiamus principia harum rerum a Prophetis, & erũt vera in eis: nam intellectus non negat ea: & dimittamus ſpeculationem de qualitate, & quantitate, & q-ditate: nam hoc non eſt ad quod potentia humana extenditur. Et ideo dixit dator legis, Cõſyderate in creatione Dei, & non conſyderate, nec
I cogitate in ſubſtantia Dei. Et dixit Propheta. Et cui aſſimilabitis Deũ, & quam ſimilitudinem dabitis ei?

AVERROES.

AIt Auer.] Cum dixit ꝙ in eo, in quo eſt diminutus intellectus humanus circa comprehenſionem eius, reuertamur ad legem, eſt verũ. nam ſcientia, ꝓueniẽs ex ꝓphetia, ꝓuenit tanq̃ complẽs ſciẽtias intellectus, ſ. ꝙ oẽ, in quo deficit intellectus, id tribuit Deus per ꝓphetiam. Diminutionum aũt comprehenſionũ, quarũ ſcientia eſt neceſſaria in K
vita hoĩs, & eſſe eius aliqua eſt diminutio abſolute, i. ꝙ nõ eſt de natura intellectus id comprehẽdere, in eo ꝙ eſt intellectus, & aliqua ẽ, q̃ ẽ diminutio ſm̃ naturam aliquorũ hoĩum, & hęc diminutio aut ẽ in radice creationis, aut erit ꝑp aliquid eueniẽs ab extra ex priuatione diſciplinæ, ſed ſciẽtia ꝓphetiæ tribuit oĩb⁹ has ſpẽs oẽs. Cum autem dixit, intendimus hic debilitare rõnes eorum, profecto hæc intentio nõ cõuenit ei, & eſt ruina ruinarum ſcientis. nam ſapiẽs, in eo ꝙ eſt ſapiẽs, intẽtio eius eſt ꝑquirere veritatem, non facere dubitatio- L
nes, & ponere inuolutiones in opinionibus. Cũ autẽ dixit, qm̃ non ſcitur falſitas emanationis duorum ab vno, ſicut ſcitur falſitas eſſe hominis eiuſdem in duobus locis. &, licet nõ fuerunt hæ duæ ꝓpoſitiones in eodẽ gradu veritatis, tñ non eſt falſum, quin propoſitio, dicẽs ꝙ ab vno ſimplici non prouenit niſi vnum, non ſit vera in apparentibus nobis. ꝓpoſitiones autem veræ ſuperant ſe adinuicem, vt declaratum eſt in libro Poſteriorũ. Et cã in hoc eſt, qm̃ ꝓpoſitiões veræ, cum adiuuantur imaginatione, debilitãtur. imaginatio au- M
tem nõ conſyderatur niſi apud vulgus. & iõ qui vſus eſt intellectualib⁹ & proiecerit imaginabiles, erunt ei ambæ iſtæ propoſitiones in eodem gradu veritatis. & plurimum, quod ſit veritas in iſtis propoſitionibus, eſt cum fecerit inductionem in entibus generabilibus, & corruptibilib⁹ & viderit ꝙ differant noĩa, & definitiones eorum propter operatiões eorum. nam, ſi proueniret quodlibet ens ex quolibet agente, & qualibet actione, miſcerentur ſubſtantiæ, &

defi-

A definitiones, & deſtruentur ſcientię, & aīa. exempli gratia diſcernitur ab inanimatis in operationibus ſuis ꝓpriis prouenientibus ab ea: & inanimata differunt abinuicem operationibus propriis, & ſic etiam animæ. ſi autem prouenirent ab vna potentia operationes multę, vt proueniũt a potentiis compoſitis operationes multę, nõ erit differentia inter ſubſtantiam ſimplicem, & cõpoſitam. & non diſcernerentur a nobis. Vlterius, ſi poſſent prouenire a ſubſtantia vna operationes multę, erit poſſibilis actio prouenire abſq; agente. nam ens eſt ab ente, non ex nihilo.
B & ideo impoſſe eſt vt reperiatur id, quod non eſt ex ſe. &, cũ fuerit motor eius, quod non eſt, & extrahens id à potentia ad actum, id extrahit ex eo, ꝙ eſt in actu, neceſſe eſt vt ſit modus actus, qui eſt ei ſecundũ modum actus extrahentis id a priuatione ad eſſe. nam, ſi exiret quodlibet actum a quolibet agente, non eſſet inconueniens vt exirent acta ad actum ex ſeipſis, non ex parte agẽtis, quod ea effecerit. ſi autem exierint multi modi a potẽtia ad actum ab eodem agente, neceſſe ē vt ei ſit plu-
C ralitas, ſ. modis illis, & illi, quod attribuit eis. nam, ſi non eſſet ei niſi vnus modus eorum, id quidẽ, quod exit ex aliis modis, erit ex ſeipſo abſque extrahente eum. Et non poteſt dicere aliquis ꝙ conditio agentis eſt vt reperiatur agens tantum, actione abſoluta tantum, non modo actionis proprie. qm̃, ſi hoc eſſet, ageret quæcunq; ens fuerit quãcunq; actionem, & miſcerentur entia. Vlterius, quoniam ens abſolutum, ſ. vniuerſale eſt vicinum priuationi veri entis, & ideo auferunt ſermonem de
D ente abſoluto, & colore abſoluto, dicentes ablationem diſpoſitionum. Et dixit dicens in affirmatione earũ ꝙ non ſunt entia, nec ſunt nõ entia. Si autẽ hoc verificaretur, verificaretur tunc ꝙ res ſint cauſa entium. Et prouenire vnam actionem ab vno eſt magis manifeſtum in ſciente, quod nobis apparet, quàm in alio ab hoc ſciente. nã ſcientia plurificatur plurificatione intellectorũ ſcienti, quoniã intelligit ea eo modo, quo ſunt & ſunt cauſa ſcientię eius. & impoſſibile eſt vt ſcita multa ſciantur vna ſcientia, & non erit ſcientia vna cauſa aduentus cauſatorum multorum ab ea in apparentibus nobis. verbi
E gratia quoniam ſcientia artificis, ex qua prouenit exempli gratia theſaurus, eſt alia q̃ ſcientia, ex qua prouenit ſedes. ſed ſcientia antiqua differt in hoc a ſcientia innouata, & agens antiquum ab agente innouato.

ALGAZEL.

Ait Alg. Et ſi dixerit, quid dicitis vos in hac quęſtione? quia iam deſtruxiſti opinionem Auicennæ de cauſa pluralitatis, quid dicis
F tu in hoc? quoniam dictum eſt ꝙ ſecta Philoſophorum reſpondit huic vna trium reſponſionum. Quarum vna eſt ſermo dicentis quòd pluralitas prouenit ex materia. Secũda aũt dictum dicentis, ꝙ prouenit ex inſtrumentis. Tertia vero eſt dictum dicentis ex mediis. & recitatum fuit de ſecta Ariſtote. quòd ipſi verificauerunt ſermonem eius, qui ponit cauſam in hoc media.

G

A V E R R O E S.

AIt Auerr. Dixi ꝙ huic non poteſt reſponderi in hoc libro reſponſione demonſtratiua. attamen non inuenimus in Ariſt. nec in eo, qui eſt in fama ex Antiquis Peripateticis hunc ſermonem, quem attribuit eis, niſi Porphyrio authori introitus logicæ. & vir ille non fuit ex expertis eorum. Et quod occurrit mihi ex radicibus eorum eſt q. cauſa pluralitatis eſt aggregatum triũ cauſarum, ſ. media, & diſpoſitiones, & inſtrumenta. & iſta omnia iam declarauimus quomodo innitũtur
H vni, & ad id reducuntur. nam eſſe vniuſcuiuſq; eorum eſt ex vnitate abſoluta, quę eſt cauſa pluralitatis. Nam ipſe imaginatur ꝙ erit cauſa pluralitatis intelligentiarum ſeparatarum diuerſitas naturarum ſuarum recipientium in eo, quod intelligunt de primo principio, & in eo, quod adipiſcuntur ab eo de vnitate quę eſt actio vna ex ſe, & plures propter multitudinem recipientium. ſicut ẽ in Principe, ſub quo ſunt multi ſubſtituti: & ars, ſub qua ſunt artes multæ. & hoc ſpeculatur de eo in alio loco, ſiquidẽ declarari poteſt aliquid de eo: ſin autem reuertetur
I ad prophetiam. Quòd autem diuerſitas ſit propter diuerſitatẽ quatuor cauſarum eſt manifeſtum. nã diuerſitas orbium erit ex diuerſitate motoris eorum, & diuerſitate formarũ eorum, & materierum eorum, ſi fuerint in eis materię, & operationibus eorum propriis in mundo: licet non fuerint pp has operationes apud eos. Diuerſitas autem, quę accidit primo eius, quod eſt ſub orbe, de ſimplicibus corporibus, eſt diuerſitas materiei cum diuerſitate K eorum in propinquitate, & remotione à motoribus eorũ, qui ſunt corpora cœleſtia. vt eſt diuerſitas terræ & ignis, deniq; contrariorum. Cauſa autẽ diuerſitatis duorum motuũ magnorum, quorum vnus facit generationẽ, alius vero corruptionẽ, eſt diuerſitas corporum cœleſtium, & diuerſitas motuum eorum, vt declaratum eſt in libro Gñationis, & Corruptionis. Et cã diuerſitatis, quæ erit ex corporibus cœleſtibus eſt ſimilis diuerſitati, quę erit ex diuerſitate inſtrumentorum. Et, cum ſic fuerit, cauſę pluralitatis ab vno agen L te apud Ariſt. ſunt tres cauſæ, & reductio earum ad vnũ eſt ex re præcedenti: & eſt, quia vnum eſt cauſa pluralitatis. Id aũt, quod eſt ſub orbe Lunæ, reperitur in eo diuerſitas ex quatuor cauſis, ſ. diuerſitate agentium, & diuerſitate materierum, & diuerſitate inſtrumentorum, & prouentione operationũ à primo agente, mediante alio. & hoc eſt quaſi ꝓpe inſtrumentum. Exemplum aũt diuerſitatis, quæ erit ex diuerſitate recipientiũ, & ex eo ꝙ diuerſa ſunt cauſę adinuicem, eſt color factus in aere, qui eſt alius à colore facto in corpore: & qui fit in viſu, ideſt in o- M culo, alius ab eo, qui eſt in aere: & qui fit in ſenſu communi, alius ab eo, qui fit in oculo: & qui fit in imaginatiua, alius ab eo, qui fit in ſenſu communi: & qui eſt in virtute conſeruatiua, & memoratiua, alius ab eo, qui fit in imaginatiua. & hoc totum eſt, ſecũdum ꝙ declaratũ eſt in libro de Anima.

Di-

A **DISPVTATIO IIII.**

## De declaratione, quod non poſſunt afferre rationem, qđ ſit efficiens mundo.

ALGAZEL.

AIT Alga. Et dicim⁹ ꝙ hoīes diuiduntur in duas ſectas. Prima eſt ſecta hoīum veritatis, q opinati ſunt mūdū eſſe īnouatū, & ſciuerūt neceſſario ꝙ īnouatū nō īnouat ſeip̄m, ſed indiget effi-
B ciēte. & intelligit opinio eorū, cū dicūt agens Et alia ſecta ſunt Hæretici, qui exiſtimant mundum eſſe antiquuum, prout eſt, & non conſtituerunt ei efficiētem. & opinio eorum bene intelligitur licet rationes indicent deſtructionem eius. Philoſophi autem opinantur mundum eſſe antiquum, deinde conſtituerunt ei cum hoc efficientem. & hæc opinio quaſi contradicit ſibiipſi, & non indiget deſtructione.

AVERROES.

AIt Auer. Immo opinio Philo-
C ſophorum intelligitur apparenter, magis q̃ ambę opiniones ſimul. Nam agens eſt duplex. aliqđ eīn eſt, à quo prouenit actū, in quo pendet operatio eius hora, qua reperitur. & hoc, cū perficitur eſſe ei⁹, non indiget agente, vt eſſe domus ab ædificatore. & aliqđ eſt, ex quo prouenit actio tm̄, quæ pendet in acto. & non eſt eſſe huic acto, niſi cum pendētia agentis in eo. Et hoc agens eſt rei proprium, ꝙ actio eius eſt æqualis eſſe huius acti, ſ. ꝙ cum corrumpitur hoc agens, corrūpitur hoc actum: & cum reperitur hoc agens, reperitur actum, i. ꝙ ſunt ſi- D
mul & hoc agēs eſt nobilius, & magis ingreditur in capitulū operationum, q̃ primum, qm̄ producit ſubiectum ſuum, & id cōſeruat: agens vero primum producit actum ſuū, & indiget alio agente, qđ id conſeruat poſt inuentionem. & hęc eſt diſpoſitio motoris cum motu, & rerum, quarum eſſe eſt in motu. Philoſophi autem, quia crediderunt ꝙ motus eſt actio agētis, & ꝙ eſſe mūdi nō perficitur, niſi cum motu, dixerunt ꝙ agens motus eſt agēs mūdi. &, ſi ceſſaret operatio eius ictu oculi à motione, deſtrueretur mundus. & conſtituerunt ſuū ſyll'm ſic. E
Mundus eſt actio, aut res, cuius eſſe ſequitur ad actionem: & oīs actio impoſſibile eſt vt ſit ſine agente, qđ ſit ad eſſe eius: & intulerunt ex hoc ꝙ mundus habet agēs, qđ eſt ad eſſe eius. &, quia neceſſe eſt apud eum, vt prouenīēs ab agente mundi ſit innouatum, dixit mundum innouatum ab agente antiquo. &, quia eſt apud eū operatio antiqui antiqua, dixit mundum innouatū ab agente antiquo, & operatio eius eſt anti-
qua, ſ. ꝙ non habet principium, nec F
finem, nō autem vt ſit ens in ſe antiquum, vt videtur ei, qui denominat eum antiquum.

Agēs duplex vnū, a quo res acta ſi depēdet ī cōſeruari: aliud vero a quo depēdet.

ALGAZEL.

AIt Alga. Reſpondens pro Philoſophis. Si autem dicet, nos autem, cum dicimus ꝙ mundo ſit efficiens, non intelligimus in hoc efficiens, eligens ad operādum aliquid, quod nō operabatur, vt videmus in agētibus in futura, textura, & ędificatione, ſed intelligimus per illud, cauſam mundi, & appellamus eam primum principium, in eo ꝙ

non

G non habet cauſam aliã in eſſe ſuo. &, ſi appellauerimus eã efficiens, appellamus hac expoſitione. Eſſe aũt ens, ad cuius eſſe non eſt cã, cito cõſtituetur de eo demũ incisiua. nam nos dicimus mundus, & entia eius aut habent cauſam, aut non habent cauſam: ſi habent cauſam, tunc aut illa cauſa adhuc habet cauſam aut non habet cãm. & ſic dr̃ de cauſa cauſæ. & tũc aut procedet in infinitum, & ẽ falſum, aut deueniet ad extremũ, & finis erit cã prima, cui⁹ eẽ nõ habet cãm, quã appellabimus primũ principiũ. ſi vero mũdus eẽt
H ens ex ſe abſq; cã, tunc iam apparet cauſa prima. qm̃ nos non intelligimus per eam niſi ens, qd non habet cauſam, & eſt permanens neceſſario. Verumtñ impoſſibile eſt vt ipſum primũ principium ſint corpora cœleſtia: qm̃ ſunt plura. & ratio vnitatis ẽ manifeſta, & apparet deſtructio eius in conſyderando conditionẽ principij. Nec ẽt põt dici ꝙ ſit orbis vnus, aut corpus vnum, vt Sol, aut aliud. eſt.n. corpus, & corp⁹ ẽ compoſitũ ex materia, & forma: primum autem principiũ impoſſibile eſt vt ſit cõpoſitum. & hoc ſcietur ſecunda conſyderatione. & intẽ-
I tum eſt vt ſit ens, cuius eſſe non habeat cauſam, ꝑmanens neceſſario, & conuenienter. diuerſitas vero eſt in attributis, & eſt id, quod intelligimus per primum principium.

AVERROES.

Ait Auer. Hic ſermo eſt rhetoricus, & non verus. nã nomen cãæ dr̃ ęquiuoce de cauſis quatuor, ſ. agente, forma, materia, & fine. Quare, ſi hæc eſſet rñſio Philoſophorum, eſſet rñſio inuoluta. Nam interrogamus eis de qua cã voluerunt, cum dixerint eſſe mundo cau-
K ſam primã. Si dixerint intelligimus per eam, cãm agentẽ, cuius operatio nõ ceſſauit, nec ceſſat, & operatum eius ẽ actio eius, eſſet rñſio vera ſm opinionẽ eorũ, prout dixerũt abſq; qõne aliqua contra eos. Si vero dixerint intelligimus formalẽ, dubitabitur eis etiã an poſuerunt formã mundi permanentem in eo. Si dixerint intelligimus formã ſeparatam à materia, ſequitur dictum eorũ ſm opinionẽ eorũ. Si vero dixerint formam materialẽ, ergo principiũ non erit apud eos aliquid, niſi corpus ex corporibus. & hoc quidẽ non dicũt
L de eo. & ſic, ſi dixerint eſt cã finalis, ſequeretur hoc ẽt ſm radices eorũ. Et cũ in hoc ſermone ſit interꝑtatio diuerſa, vt vides, qũo ponitur rñſio Philoſophis? Et, cum dixit, & appellabimus eã primũ principium, in eo ꝙ eſſe eius nõ hẽt cãm aliam, eſt ſermo ẽt debilis. nã hęc appellatio verificať de orbe primo, ſeu de orbibus vlr, demũ de qualibet ſpecie entium, de qua ponitꝰ ꝙ non habet cãm. & nulla eſt dr̃ia inter hanc opinionẽ, & opinionẽ Hæreticorũ in cã prima. Et, cũ dixit de eis etiã, & eſſe ens, ad cuius eſſe nõ eſt cã, ci-
M to conſtituet̃ de eo demũ incisiua, eſt ſermo intricatus etiã. nam oportet diſtinguere de quatuor cauſis, & declarare ꝙ in vnaquaq; earũ eſt primũ, cui non eſt cã, ſ. ꝙ cãæ agentes deueniunt ad primum agens, & formales ad primam formã, & materiales ad primam materiam, & finales ad primum finẽ: & remanet poſtea declarat̃ ꝙ iſtæ quatuor cauſę vltimę deueniunt ad primã cauſam. & hoc totũ non eſt declaratũ in hoc ſermone, quẽ ipſe recitauit

de

A de eis. Et ſic etiã ſermo quẽ induxit in declaratione ꝙ hic ſit cã prima, eſt ſermo intricatus, cũ dixit ꝙ nos dicimus mundus eſt ens: & omne ens aut habet cauſam, aut non habet cãm, vſq; ad finẽ ſermonis eius. Nam cã dr̃ ęquiuoce. & ſic proceſſus cauſarũ in infinitum aliquo mõ eſt falſus, & impoſſibilis, & aliquo mõ eſt neceſſarius apud Philoſophos. qm̃ eſt impoſſibilis apud eos, cum fuerint eſſentialiter, & directe, ſi pręcedens earum eſſet cõdõ in eſſe poſterioris: & nõ eſt impoſſibilis apud eos, cum fuerint per accñs, & circulariter, & cum non fuerit corruptio
B p̄cedentis conditio in eſſe poſterioris, & eſſet ibi agens primũ, vt eſt eſſe pluuiarum à nube, & nubis à vapore, & vaporis à pluuia. nã hoc procedit apud eos circulariter in infinitum. ſed hoc eſt de neceſſitate cauſæ primæ. & ſic eſſe hoĩs ab homine in infinitum: qm̃ eſſe præcedentium apud eos in hmõi non eſt conditio in eſſe poſteriorum, ſed aliquando ẽ conditio corruptio aliquorum. Et hmõi cauſę ſunt apud eos deuenientes ad cãm primã æternam, ad quam finit motus in qualibet harum cauſarum, & hora innouationis alteri⁹
C cauſati. v. g. cum Socrates generauit Platonem, motor quidẽ vltimus in motione in hora generationis eius eſt orbis, aut aĩa, aut intellectus, aut oẽs, aut Deus glo. & ideo dicit Ariſt. ꝙ hõ generat cum hõ, & Sol. & apparet ꝙ Sol deuenit ad motorem eius, & motor eius ad primum principiũ: ergo non eſt hõ pręteritus condõ in eſſe hoĩs futuri. vt artifex cũ fecerit operata ſucceſſiua in temporibus ſucceſſiuis, inſtrumentis diuerſis, & fecerit inſtrumenta illa cum alijs inſtrumentis, & illa inſtr̃a cum alijs D inſtrumentis. nam eſſe horũ inſtrumentorum vnius ab alio eſt per accidens, & nullum eorum eſt cõditio in eſſe operati, niſi primũ inſtr̃m, ſ. apparens. & pater eſt neceſſarius in eſſe filij, ſicut inſtrumentum, cum quo appropinquatur operato, eſt neceſſarium ad eſſe operati. inſtr̃m autem, cum quo fit hoc inſtrumentum, eſt neceſſarium in eſſe inſtr̃i contigui, & non eſt neceſſarium in eſſe operati, quod iam operatum eſt, niſi per accidens. & ideo aliqñ erit corruptio inſtrumenti pręcedentis conditio in eſſe poſterioris, cum fit poſterius ex materia præcedentis, vt cum fit ho- E mo ex hoĩe corrupto, mediante eo, ꝙ fuerit planta ſperma, aut ſanguis menſtruus. & iam locuti ſumus de hoc. Qui aũt admittunt proceſſum cauſarum in infinitum eſſentialiter, ſunt Hæretici. & qui concedit hoc, neceſſe eſt ei vt non ſciat aliquid de cauſa agẽte, & nõ eſt dr̃ia apud Philoſophos circa eſſe cauſæ agẽtis. Et, cum dixit ſi autem mundus eſſet ens ex ſe abſq; cauſa, tunc iam apparet cã prima, i. ꝙ Hæretici, & alij confitentur cauſam primam, cui non eſt cauſa. Sed differũt in hoc principio. nam Hęretici dicunt ꝙ eſt orbis vniuerſalis, & qui non ſunt Hæretici, F dicunt ꝙ eſt res extra orbem, & orbis eſt cauſatum, Et iſti diuiduntur in duas ſectas, ſectam quidem, quæ exiſtimat ꝙ orbis ſit actio innouata, & ſectam, quæ exiſtimat quòd ſit actio antiqua. Et, qm̃ hęc declaratio eſt communis Hęreticis, & alijs, dixit verumtñ ꝙ impoſſibile eſt vt primum principium ſit corpus cœleſte, quoniam ſunt plura. & rõ vnitatis eſt manifeſta, i. ꝙ ordo, qui eſt in

G in mundo, apparet ex eo, ꝙ gubernator eius ſit vnus: ſicut ordo, qui eſt in exercitu, apparet ex eo, ꝙ gubernator eius ſit vn⁹, & eſt princeps exercitus, & hoc totum eſt ſermo verus. Et, cum dixit, impoſſe eſt vt dicatur orbis vnus, aut corpus vnum, aut Sol, aut aliud: qm̃ eſt corpus, & corpus eſt compoſitum ex materia, & forma. & primũ principiũ impoſſe eſt vt ſit cõpoſitũ. Dixi, cũ dixit omne corpus eſt cõpoſitum ex materia & forma, hęc non eſt opinio Philoſophorũ de corpore cœleſti: niſi fuerit nomen materiæ dictum æquiuoce:

Quæ mã dicatr eẽ ĩ cœ. vid. 1. cœ. 92.

H ſed eſt id, quod dixit Auicen. tm̃. Qm̃ omne compoſitũ apud eos ex materia, & forma eſt innouatum, ſicut eſt innouatio domus, & theſauri: cœli autẽ non ſunt apud eos innouati hoc mõ innouationis. & ideo appellauerũt eos æternos, ſ. ꝙ eẽ eorũ eſt cum æterno. Nam, cum fuerit cauſa corruptionis apud eos materia, id, quod nõ eſt corruptibile ſm opinionẽ eorũ non habet materiã, ſed eſt quid ſimplex. &, niſi eſſet generatio, & corruptio, quę eſt his noſtris corporibus, non eſſet neceſſe vt eẽnt cõpoſita ex materia, & forma.

I nam radix huius eſt, quia corpus eſt vnũ in eſſe, ſicut eſt in ſenſu. &, niſi eſſet corruptio horum corporum, determinaremus ꝙ eſſent ſimplicia, & ꝙ materia eſſet corpus. igitur corpus cœleſte, ex eo ꝙ nõ eſt corruptibile, indicat ꝙ materia in eo ſit corporeitas, q̃ reperitur in actu: & anima, quæ eſt in ea, non habet ſitum in hoc corpore. nam hoc corpus nõ indiget in ſua permanentia aĩa, vt indigẽt corpora aĩalium: indigent tñ anima, nõ ꝙ ex neceſſitate eẽ eorũ eſt vt ſint habentia aĩam, ſed qm̃

Qđo corpora cęleſtia idigeant aĩa, & qũo nõ. vide 8. Me. cõ. 12.

K melius ex neceſſitate eorum eſt ꝙ ſint in diſpõne meliori, & habentia aĩam ſunt meliora nõ hñtibus eam. Corpora aũt cœleſtia, nõ eſt differẽtia inter ea, ꝙ non eſt eis potentia ſubſtantiæ, & non ſunt neceſſario hñtia materiam, vt ſunt corpora generabilia, ſed aut erunt, ſicut dicit Them. formæ, aut erunt eis materiæ æquiuoce. Ego vero dico, ſiue ſint eędem materiæ, ſiue materiæ viuentes ex ſe, non autem viuentes vita.

ALGAZEL.

Ait Alga. Et reſponſio eſt duobus modis. Primus qdem, qm̃ ſequitur ſm opinionem eorũ, vt ſint omnia corpora mũdi antiqua, quibus nõ eſt cauſa. Et, cum dicunt ꝙ deſtructio huius ſcietur ſecunda cõſyderatione, deſtruetur quidem hoc eis in diſputatione vnitatis, & ablatione attributorum poſt hanc diſputationem præcedentem. L

AVERROES.

Ait Auerr. Ideſt ꝙ ipſi, cum non poſſunt affirmare vnitatem, nec poſſunt affirmare ꝙ vnum non ſit corpus. nam, cũ nõ pñt remouere attributa, erit hoc primũ apud eos ſubſtantia cũ attributis: & quod eſt hmõi, eſt corpus, aut potentia in corpore: tunc ſequitur eis vt primum, M quod nõ habet cauſam, ſint corpora cœleſtia. Attamen hic ſermo ſequitur dicenti ſermonem quem recitauit nomine Philoſophorum. Philoſophi vero non indigent ad eſſe primi non habentis cauſam eo, quod tribuit eis rationibus. nec etiã exiſtimant ꝙ ipſi nõ poſſunt afferre rationem vnitatis, niſi per viam rationis ex ablatione corporeitatis à primo principio. & hæc quæſtio veniet poſtea.

A ALGAZEL.

AIt Alga. Modus aũt Secundus, & eſt proprius huic diſputationi eſt, vt dicatur, iam ſcimus ꝙ iſta entia habẽt cauſam, ſed forte illa habet cãm, & cã cauſę hẽt cãm, & ſic in infinitum. Cum autem dicunt ꝙ affirmare cauſas infinitas eſt falſum, hoc quidem nõ conuenit. qm̃ nos dicimus an ſcitis hoc de neceſſitate abſque medio, aut ſcitis hoc mediante aliquo medio? & non eſt modus rationibus de neceſſitate. & quęlibet via, quam vos dicitis cum cõſyderatione, deſtruitur vobis, cũ B admittitis reuolutiones nõ habẽtes principiũ. &, cum fuerit poſſibile ꝓcedere in eſſe ipſum infinitum, non eſt incõueniens vt aliquod eorũ ſit cã alicuius, & finiunt in vltimo extremo ad cauſatũ, quod non habet cauſatum, & nõ finiunt ex alio latere ad cauſam non habentẽ cauſam, ſicut tempus præcedens habet finẽ, & eſt inſtans, & nõ habet principiũ. Si aũt exiſtimaueritis ꝙ innouationes præteritę non reperiuntur ſimul in vno tempore, nec in aliquib⁹ temporibus: & quod nõ eſt, nõ denominatur fine, & priuatione finis, tunc ſequitur hoc vobis in animab⁹ ho- C minum, ſeparatis à corporibus, quæ nõ finiũt ſm vos, & ente ſeparato à corpore ex aĩabus infinitis. nã nunq̃ ceſſauit ſperma ab hoĩe, & hõ à ſpermate in infinitũ. Vlterius, oĩs homo mortu⁹ remanet aĩa eius, & eſt alia nũero ab aĩa ei⁹, q mortuus ẽ antea, & cum eo, & poſt eum licet totũ ſit vnum ſpecie: ergo ſm opinionem veſtrã ſunt in eſſe in qualibet hora aĩæ infinitæ. Si aũt dixerit, aĩæ non habent copulationem adinuicẽ, & non habẽt gradum, nec natura, nec poſi- tione. nos aũt negamus entia infinita cum habuerint ordinem naturaliter, vt ſunt cauſæ, & cauſata, aĩæ vero non ſunt ſic. Dicimus hoc iudiciũ eſt poſitione, & non eſt dignius conſequi q̃ contrarium eius. quare negaſtis vnam duarum partium, & non negaſtis aliam? & quæ eſt demõſtratio diſtinguẽs? Et quare negatis ei, qui dicit ꝙ iſtę animę infinitę nõ euadẽt ab ordine, & gradu? poſtq̃ eſſe alicuius earũ eſt ante eſſe alterius. nã dies, & noctes præteritæ ſunt infinitæ: &, cum conſyderauerimus eſſe vnius aĩę in die, & nocte, tunc eſſet id, quod eſt in ꝑſenti ex- E tra finem, & eſſet in ordine entitatis, ſ. aliquod poſt aliqđ. Cauſa autẽ finis eius eſt vt dicat᷑ ꝙ ſit ante cauſatum naturaliter, vt dr̃ ꝙ eſt ſupra cauſatum eſſentialiter, non in loco. &, cum hoc nõ fuerit falſum in præcedenti vero, ſic etiam nõ debet eſſe falſum in præcedenti eſſentiali naturali. & quęro quid habẽt in mente ſua, cum non ponunt poſſibile, vt ſint corporum aliqua ſupra aliqua in loco in infinitum, & ponũt poſſibile aliqua entia ante aliqua tempore in infinitum? eſt ne hoc niſi iudicium frigidum ſine radice? F

AVERROES.

AIt Auerr. Cum dixit, ſed forte cauſa habet cauſam, & cauſa cauſæ habet cauſam, & ſic in infinitum, vſq; quo, & oĩs via, quam dicitis in hac re, deſtruetur vobis, admittẽdo reuolutiones nõ habẽtes principium, eſt profecto dubitatio, cuius reſponſio iam præceſſit, cum diximus ꝙ Philoſophi non admittunt cauſas, & cauſata infinita: qm̃ deuenietur ad cauſatum cui non eſt cauſa: & concedunt hoc per accidẽs,

propter

G propter cauſam præcedentem: ſed nõ cum ſunt directe, & ſimul, nec in materiis infinitis, ſed cum fuerit circulariter. Id autem, quod recitat de Auic. ꝙ ipſe admittit animas infinitas, & hoc nõ eſt impoſſe niſi in habente ſitum, eſt ſermo nõ verus: quẽ nemo Philoſophorũ dixit. & ĩpoſſibilitas eius apparet ex demſone vl'i, quam recitauimus de eis. Et non ſequitur Philoſophis aliquid eius, qđ intulit eis ex hac poſitione, ſ. ſermone dicẽte ꝙ ſint aĩæ infinitę in actu. & pp hoc dixit de migratione aĩa-
H rũ ex corpore in corpus, ex eo ꝙ aĩæ ſunt numeratæ numeratione indiuiduorum, & ꝙ remaneãt Et, cum dixit, & quare nõ admittunt corpora, quorũ aliqđ eſt ſupra aliqđ in loco in infinitũ, & tñ admittunt reperiri aliqđ eorum ante aliqđ in tẽpore in infinitum? eſt ne aliquid hoc, niſi iudiciũ frigidũ? drĩa profecto inter ea apud Philoſophos eſt manifeſta. nam ponere corpore infinita ſimul, ſequitur ex eo vt reperiatur infinito totũ, & ꝙ ſit in actu. & hoc eſt falſum. tempus vero nõ habet ſitũ: & nõ ſequitur ex eo ꝙ ſunt corpora, quorum aliqđ eſt ante aliqđ in infi-
I nitum, vt ſit infinitum in actu. quod eſt impoſſibile apud eos.

ALGAZEL.

Ait Alga. rñdens pro Philoſophis. Si autem dixerit, demonſtratio quidem inciſiua de falſitate eius, ꝙ proueniat ad infinitum, eſt vt dicatur vnumquodq; indiuiduorũ cauſarum, aut erit poſſibile ex ſe, aut neceſſariũ. ſi neceſſariũ, non indiget cã. ſi vero poſſe, ergo totum eſt denominatum poſſe: & oẽ poſſe indiget cã addita ſubſtantiæ eius: igitur vniuerſum indiget cauſa extra ſe.

AVERROES. K

Ait Auerr. Hæc demonſtratio, quam recitauit Alga. noĩe Philoſophorum, primus, qui dedicauit eam Philoſophis, fuit Auicen. ita ꝙ ſit via optima viarum Antiquorum: qm̃ exiſtimauit ꝙ ſit de ſubſtantia entis, & ꝙ via hoĩum eſt ex accñtibus conſequentibus primum principium. Attamen eſt via, quam Auicen. aſſumpſit ex Loquentibus. qm̃ Loquentes tenent ꝙ eſt notum per ſe ens diuidi ad poſſibile, & neceſſarium: & ponere aliquid poſſe infert ꝙ habeat agens: & ideo mundus vl'r, cum fuerit poſſis, neceſſe eſt vt agens L
eius ſit neceſſarium in eſſe. Hæc eſt credulitas Mahatazalæ: & eſt ſermo bonus: & non eſt in eo falſitas, niſi in eo, quod poſuerunt, ꝙ mundus vl'r ſit poſſibilis. nam hoc nõ eſt notum per ſe. Et voluit Auicen. ꝙ ſit vl'is hæc propoſitio. & intelligit per poſſibile id, quod habet cauſam, vt dixit Alga. &, cum large appellauit hoc non extenditur ei diuiſio ad id, quod vult. nam diuiſio entis, primo ad id, quod habet cauſam, & id, quod non habet cauſam, non M
eſt nota per ſe. Vlterius habens cauſam diuiditur ad poſſibile neceſſarium. Si intellexerimus poſſibile verum, finitur ad poſſibile neceſſarium, & non finitur ad neceſſarium, non habens cauſam. Si vero intellexerimus de poſſibili id, quod habet cauſam, & eſt neceſſarium, non ſequitur ex hoc, niſi ꝙ habens cauſam habeat cauſam: & poſſumus ponere ꝙ illa cauſa habeat cauſam, & procedet in infinitum: ergo non finitur res ad ens, non habens cauſam. & eſt id, quod intelligunt per neceſſarium in eſſe: niſi intelligatur

A gatur de poſſibili poſito diſtincto contra non habens cauſam, quod eſt poſſibile verum. nam hęc poſſibilia ſunt, in quibus eſt falſum deuenire cauſas in infinitum. Si vero intellexerit per poſſibile id, quod habet cauſam, ex rebus neceſſariis, adhuc nō eſt declaratum ꝙ hoc ſit falſum eo modo, quo declaratum eſt in entibus poſſibilibus in rei veritate, & non eſt declaratum adhuc ꝙ ſit hic neceſſarium, indigens cauſa, vt ſequatur ex hac poſitione, vt finiatur ad neceſſarium abſq; cauſa, niſi declaretur ꝙ diſpoſitio in vni-
B uerſali neceſſario, quod eſt ex cauſa, & cauſato ſit ſicut eſt diſpoſitio in vniuerſali poſſibili.

ALGAZEL.

Ait Alga. Dicimus ꝙ dictio poſſibilis, & neceſſarij eſt dictio indefinita: niſi intelligat per neceſſarium, cuius eſſe non habet cām. &, ſi hoc intelligunt, reuertamur ad hanc dictionem. Et dicimus aliqđ totum, eſt poſſibile, in eo ꝙ habet cauſam, additam ſubſtantię eius: & totum non eſt poſſibile, in eo ꝙ
C non habet cauſam additam ſubſtātiæ eius extra eam. ſi autem intelligit per dictionem poſſibilis, aliter q̄ nos intelligimus, eſt quid nō intelligibile. Si autē dixerit, hoc inducit vt conſtituatur neceſſarium in eſſe per poſſibile in eſſe, quod eſt falſum, dicimus ſi intelligitis ꝑ neceſſarium, & poſſibile, id, quod nos intelligimus, eſt ipſummet quæſitū, & nō conceditur ꝙ ſit falſum. & eſt ſicut ſermo dicentis, falſum eſt conſtituere antiquum per innouationes, & tp̄s apud eos eſt antiquū & vnitates reuolutionum ſunt in-
nouatæ, & hn̄t principium: aggregatum vero non habet principium in habentibus principium: & verificantur habentia principia de vnitatibus, & non verificantur de aggregato. & ſic dr̄ cauſa de vnaquaque earum, & non dicitur de aggregato, ꝙ habeat cauſam. & non oē, qđ verificatur de vnitatibus, neceſſe eſt vt verificetur de aggregato. poſtq̄ de vnaquaque verificatur ꝙ ſit vna, & ꝙ ſit aliqua, & ꝙ ſit pars, & non verificatur de aggregato. & quilibet locus demonſtratus in terra eſt illuminatus à Sole ī die, & obſcurus in E
nocte, & vnuſquiſque eſt innouatus, poſtq̄ nō fuerat ei principium: aggregatum autem apud eos habet principium. & eſt manifeſtū ꝙ qui admittit innouationes non habentes principium, & ſunt formæ quatuor elementorum, non poteſt euadere à poſſibilitate cauſarum infinitarum. & concluditur ex hoc ꝙ non eis eſt via ad conſtituendū primum principium propter hanc dubitationem, & confuſionem. & fit ſermo eorum induſtria abſolute. F

AVERROES.

Ait Auerr. Ponere cauſas poſſibiles infinitas ſequitur ex eo ponere poſſibile, cui non eſt agens: ponere vero res neceſſarias, habentes cauſas infinitas, ſequitur ex eo vt ſit id, quod poſitum eſt habere cauſam, non habere cauſam. Et hoc profecto eſt verum, niſi quòd falſitas, quæ ſequitur ex talibus cauſis, eſt alia ab ea, quæ ſequitur ex cauſis à natura poſſibilitatis. Quare, ſi aliquis voluerit, vt prolatio huius ſermonis Auic. ſit ꝓlatio demſtrationis

G tionis, & faciat ſic entia poſſibilia, impoſſe eſt vt ſint abſq; cauſis. & procedet in infinitum. &, ſi procedit in infinitũ, non erit ibi cauſa, & ſequitur ꝙ ſit poſſibile ſine cauſa: & hoc eſt falſum. & nõ eſt falſum ꝙ deueniet ad cauſam neceſſariam. & hæc cã neceſſaria nõ euadit quin ſit neceſſaria, aut cũ cauſa, aut ſine cauſa. ſi cum cauſa, interrogetur ẽt de hac cauſa, & aut deuenient cãæ in infinitum, & ſequetur vt ſit abſque cauſa id, quod poſitum fuit cum cã. & hoc eſt falſum. & impoſſibile eſt quin finiatur ad cauſam neceſſariã abſq; cauſa, i. ex ſe. & hoc eſt neceſ-

H ſarium in eſſe neceſſario. & in hac ſpecie diuiſionis erit demonſtratio vera. Sed, cũ ꝓferetur eo modo, quo protulit Auicẽ. non eſt verum multis modis. & primo qm̃ poſſe poſitũ in ea eſt æquiuoce. & diuiſio entis primo in ea ad poſſibile, & impoſſibile non eſt vera, ſ. non eſt diuiſio includens ens, in eo ꝙ eſt ens. Cum autẽ dixit in dubitatione cõtra Philoſophos, & dicimus aliquod totum eſt poſſibile, in eo ꝙ eſt ei cauſa addita ſubſtantiæ eius. i. &, cum conceſſerint Philoſophi ꝙ intelligunt

I per poſſibile in eſſe id, quod habet cãm, & per neceſſarium in eſſe id, qđ non habet cãm, dr̃ eis non prohibetur ſm radices veſtras, qn ſint cauſæ, & cauſata infinita, & erit totum aggregatum neceſſariũ in eſſe. nã ex radicibus eorum eſt ꝙ ipſi admittunt vt ſit ratio partis diuerſa à ratione totius, & aggregati. Qui qdem ſermo, eſt in eo inuolutio multipliciter. & primo, qm̃ ipſi non admittũt cauſas ꝑ ſe infinitas, vt diximus ſuperius, ſiue ſint cauſę, & cauſata à natura poſſibilis, ſiue à natura neceſſarij, vt declaratũ eſt ex ſer- K mone noſtro. Et deceptio, quæ ſeqtur Auicẽ. in hoc ſermone eſt vt dicatur ei, cum diuiſiſti ens ad poſſibile in eſſe, & neceſſarium in eſſe, & fuit intentio tua per poſſibile in eſſe id, qđ habet cãm, & per neceſſarium id, qđ non habet cauſam, impoſſibile quidem eſt tibi afferre demr̃onem, ꝙ ſit impoſſibile vt ſint cauſæ infinitę: qm̃ ſequitur ex hoc ꝙ ſunt infinitę, vt ſint ex entibus nõ habentibus cauſam, & erunt de genere neceſſarij in eſſe præcipue, cum ſit poſſibile apud eos vt conſtituatᷣ ęternũ ex cauſis infinitis, & vnaqq; earum eſt innouata. Accidit autem L huic ſermoni hęc inuolutio ꝑꝑ diuiſionem eius entis ad habẽs cãm, & nõ habẽs cãm. ſi aũt diuiſiſſet id eo modo, quo diuiſimus nos, non eſſet ei aliqua harũ dubitationum.

Cum aũt dixit ꝙ Antiqui concedunt ꝙ iam conſtituitur antiquum ex infinito, ex eo ꝙ concedunt reuolutiones infinitas, eſt ſermo corruptus. nã de hoc dicitur nomen antiqui cũ antiquo, quod eſt vnũ æquiuoce. Cum aũt dixit, ſi aũt diceret hoc, inducit vt conſtituatᷣ antiquũ neceſſariũ in eẽ ꝑ poſſe in eẽ, dicimus M ſi intelligitis per poſſe, & neceſſariũ id, qđ nos intelligimus, eſt ipmmet quęſitũ, & nõ concedimus ꝙ ſit falſum. i. ꝙ, ſi intelligunt ꝑ neceſſariũ id, qđ nõ hẽt cãm, & per poſſe id, qđ habet cãm, nõ cõcedimus ꝙ ſit abſurdũ cõſtituere id, qđ non hẽt cãm ꝑ cauſas infinitas. nã, cũ ponimus ꝙ hoc ſit falſum, eſt ablatio cãrum infinitarũ. & poſitio veſtra eſt de neceſſario ĩ eſſe, & eſt cõcluſio veſtra, quã intẽditis declarare. D. d. & eſt ſicut ſermo dicentis eſt falſum conſtituere

A tuere antiquũ per innouata: & tempus apud eos eſt antiquũ, & vnitates reuolutionum ſunt innouatæ,& habẽt principiũ, & aggregatum nõ hẽt principiũ: igiť cõſtituiť id, qđ nõ hẽt principiũ, p̱ reuolutiões habẽtes principium. & eſt verũ ꝙ vnitates ſint habentes principiũ. & non eſt verũ de aggregato, poſtq̃ ſit verum de vnaquaq; earũ ꝙ ſit vna,& ꝙ ſit aliqua, & ꝙ ſit pars,& nõ ſit verum de aggregato,i. ꝙ non eſt falſum vt cõſtituatur non habens cãm per cauſata infinita, vt cõſtituitur antiquum apud vos per innouata infinita. nã tempus B apud eos eſt antiquũ,& tñ conſtituitur per tp̱a innouata. & ſic motus orbis apud eos eſt antiquus,& reuolutiones,ex quibus cõſtituiť,ſunt infinitæ. Attamen rñſio eſt, ꝙ Philoſophi,nõ eſt de radicib⁹ eorũ ꝙ ſit antiquum permanẽs ex parte partium innouatarũ, in eo ꝙ ſunt infinitæ: ſed ipſi negant hoc magis q̃ oẽs hoĩes. Sed hoc eſt ex ſermone Hæreticorũ. nã aggregatum nihil prohibet quin aut ſit ex indiuiduis finitis generabilibus,& corruptibilib⁹, aut ex infinitis. ſi ex finitis,oẽs quidẽ in hoc conueniunt ꝙ totum, i. genus eſt gene- C rabile,& corruptibile. ſi vero ex indiuiduis infinitis, Hȩretici quidem ponunt ꝙ eſt poſſibile,aut neceſſarium vt ſit aggregatum æternũ abſq; cauſa, à qua proueniat. Philoſophi aũt admittunt hoc, & tenent ꝙ talia tota,ex eo ꝙ conſtituuntur per indiuidua poſſibilia generabilia, & corruptibilia, impoſſibile eſt eis vt ſint abſque cauſa extra totum eorũ cõtinua æterna, qua ponimus hæc tota in æternitate: & non exiſtimant etiã ꝙ falſitas cauſarum infinitarũ ſit propter falſitatem cõſtitutionis antiqui

per id, quod eſt infinitum. & ipſi dicunt ꝙ ſunt hic motus diuerſi in toto,continui, & nõ ceſſantes: quia eſt hic motus vnus numero æternus. Et cauſa, quare ſunt hic corpora generabilia, & corruptibilia ſm partem, æterna vero ſm totũ, eſt qm̃ eſt hic ens ȩternũ ſm partẽ,& ſm totũ,& eſt corp⁹ cœleſte. & motus infiniti ſunt ȩterni genere propter vnum motum continuũ, & eſt motus corporis cȩleſtis. & non eſt motus cȩli cõpoſitus ex multis reuolutionib⁹, niſi in intellectu tm̃: & mot⁹ corporis cȩleſtis acquiſiuit æternitatem, licet fuerit generabilis, & corruptibilis ſm partes E ex motore, in quo impoſſibile eſt vt aliqñ moueat,& aliqñ non moueat, & ex moto, in quo impoſſe eſt vt moueatur aliqñ,& quieſcat aliqñ, ex eo ꝙ moueť, vt reperitur hoc in motis, quæ ſunt hic. Opinio aũt hoĩum de totis,i. generib⁹ eſt triplex. Prima opinio eius, qui tenet ꝙ oẽ totum eſt generabile,& corruptibile, qm̃ eſt finitum in indiuiduis. & Secũda eſt opinio eius, qui tenet ꝙ ex totis aliqua ſunt, quæ ſunt æterna, non habentia principium, nec finẽ, ex eo, quod apparet de eis, ꝙ ſunt ex indiuiduis infinitis. & diuiditur in duas ſectas. nã F aliqui dicunt ꝙ talia tota conuenit eis continuitas ex cauſa neceſſaria vna numero. ſin autem, eueniet eis vt corrumpantur infinities in tp̱e infinito. & iſti ſunt Philoſophi. & aliqui crediderunt ꝙ eſſe indiuidua eorum in infinitũ, ſufficit vt ſint ȩterni, & ſunt Hæretici. Et conſyderare veritatem de his tribus opinionibus,& ſumma diſputationis reducitur ad has tres radices, & ſunt an mundus ſit æternus, vel non æternus: & an ſit ei agẽs, vel ne? & ſermo Loquentium,

G tium, & dicẽtis innouationẽ mundi eſt vna ſecta, & ſermo Hæreticorum eſt alia ſecta, & ſermo Philoſophorum eſt medius inter eos. Et, hoc habito, declarabit̃ tibi ꝙ ſermo dicẽtis ꝙ admittens cauſas infinitas, impoſſibile eſt ei cõſtituere cãm primã, eſt ſermo falſus. ſed qđ magis vr̃ eſt cõtrarium eius, & eſt, ꝙ qui nõ cõcedit ꝙ ſint cãæ infinitæ, nõ poterit cõſtituere cãm primã ęternã qm̃ eſſe cauſata infinita eſt id, qđ determinauit neceſſitatem cauſæ æternæ, ex qua emanat infinitũ eſſe. ſin autẽ, neceſſe eſſet vt finirentur tota, quorũ vnũquodq; indiuiduũ innouat̃. & hoc H modo tm̃ poſſe eſt vt ſit antiquũ cauſa innouatorũ, & eẽ infinita innouata infert eſſe Primũ antiquũ, vnum glo. & non eſt Deus alius ab eo.

ALGAZEL.

Ait Alga. rñdens ꝓ Philoſophis qõni, quã fecit eis. Si aũt diceret reuolutiones nõ reperiunt̃ in aliqua hora, neq; formæ elementorũ, ſed id, qđ reperit̃ ex eis, eſt vna forma in actu, & id, qđ nõ reperitur, nõ denominat̃ à finitate, neq; ab infinitate, niſi cũ imaginet̃ in imeginatione eſſe eorum. & nõ eſt incõueniens id, I qđ cõſyderat̃ in imaginatione, licet fuerint cõſyderata, ꝙ ſint aliqua earum cãę aliquorum. nã homini hoc euenit in imaginatione ſua. Sermo aũt eſt in entibus, prout ſunt, non in entibus in intellectu: & nihil remanet, niſi aĩę mortuorũ. Etiam cõceſſit aliquis Philoſophorum in hoc, ꝙ fuit vna æterna ante alligãtiam eius in corporib⁹, & apud ſeparationem ex corporibus vniuntur: & non erit eis numerus, quanto magis vt denominet̃ ꝙ non habet finẽ. Et dixerunt alij, aĩa ſequit̃ cõplexiones: & mors eſt priuatio eius, & nõ hẽt cõſiſtẽtiã K in ſe abſq; corpore: igit̃ non eſt eſſe aĩę, niſi cũ viuũt. & vita, q̃ reperit̃, includit̃, & nõ aufert̃ finis ab ea. q̃ vero nõ ſunt, non denominãtur oĩo, nec finito, nec priuatione eius niſi exiſtimatione, cum ponantur in eſſe.

ALGAZEL.

Ait Alga. Et rñſio ꝙ hęc dubitatio de aĩabus plurimũ eius euenit nobis ab Auic. & Alphara. & verificantibus ex eis, cũ iudicauerint ꝙ aĩa ſit ſubſtantia exiſtẽs per ſe. & eſt opinio Ariſto. & expoſitorum Antiquorum eius. Et ei, qui declinat ab hac via, dicimus an imaginet̃ ꝙ innouetur in omni inſtãti aliqđ ꝑmanẽs vel ne? ſi dixerit ꝙ nõ, eſt falſum. L ſi vero ꝙ ſic, dicimus, cũ conſyderauerimus omni die innouari aliquid, & permanere aggregata, ſunt profecto hucuſq; entia infinita, & reuolutiones, licet fuerint inciſę, ꝓuenire qdẽ aliqđ ens ex eis, qđ permanet, & nõ finitur, non eſt falſum. & hac conſyderatione quieſcent dubitationes. & non eſt opus nobis declarandi an ſit hoc permanens aĩa, aut hõ princeps, aut Diabolus, aut Angelus, aut ſit quicquid vis ex entibus. & hoc ſequitur eis omnimode, cum affirmãt M reuolutiones infinitas.

AVERROES.

poſitionem, ſed eſt antiquum cum hoc, & non eſt ei agens. quæro quid eſt quod reddit hoc falſum? ſed, ſi dicent, neceſſarium in eſſe ſimpliciter eſt, quod non habet cauſam agentē, nec receptiuam, & cū conceditur ꝙ ſit ei ca receptiua, ergo conceditᵛ ꝙ ſit cauſatum, dicimus appellare ſubſtantiam recipientem cām receptiuam eſt ex inuentione, & adaptatione veſtra. Rō aūt non indicat conſtitutionem neceſſarij in eſſe ſm adaptationem veſtram, ſed indicat conſtitutionem finis, in quo ceſſat emanatio cārum, & cātorum, & non indicat ſm hanc conſyderationem ꝙ L
ceſſatio emanationis eſt poſſibilis ī vno. nā iſta attributa ſunt antiqua non habentia agens, ſicut ipſum id non habet, ſed ipſa ſunt conſyderata in ſubſtantia eius. & proiiciamus dictionem neceſſarij in eſſe, vt non erremus in ea. nam demonſtratio non indicat niſi ceſſationem emanationis, & non indicat aliud omnino: & rōnes alterius ſunt induſtriæ & ſophiſticationes. Si aūt diceret, ſicut neceſſe eſt vt ſit ceſſatio emanationis in cā agenti, ſic neceſſe eſt vt ſit ceſſatio eius in cā receptiua. nam M
ſi omne ens indigeret ſubiecto, in quo exiſtat, & indigeret etiam ſubiectū alio ſubiecto, eſſet neceſſario emanatio: ſicut, ſi indigeret omne ens cauſa, & illa cauſa indigeret cauſa etiam, diceremus ei bene dicitis. & pp hoc dicimus ꝙ ceſſat hæc emanatio, & dicimus ꝙ ſit attributum in ſubā eius, & ſubā eius non exiſtit in alio, ſicut eſt ſcientia noſtra in ſubā noſtra, & ſubſtātia noſtra eſt ſubiectum eius, & non eſt ſubā noſtra in ſubiecto. Igitᵛ attributū, ceſſat emanatio

A natio cauſæ eius agentis cum ſubſtã-tia, cum non ſit ei agens, ſicut nõ eſt agens ſubſtantiæ: ſed non ceſſat eſſe ſubſtantiæ in hoc attributo, & non habet cauſam, nec attributa habent cauſam. cauſa vero receptiua nõ ceſ ſat emanatio eius, niſi ad ſubſtantiã. Et quæro vnde ſequitur vt auferaẽ ſubiectum cum ablatione cauſæ? demonſtratio autem non cõcludit niſi ceſſationem emanationis. & omnis via, qua poſſibilis ſit ceſſatio emanationis, eſt in apparentia eius demonſtratio inducens ad neceſſariũ in eſſe. ſed, ſi intelligit per neceſſa-
B rium in eſſe aliquod ens non habẽs cauſam agentem, ita ꝙ ceſſat in eo emanatio, tunc non conceditur ꝙ hoc ſit neceſſarium omnino. & quotienſcunque dilatauerit ſe intellectus ad concedẽdum ens antiquum, cuius eſſe non habet cauſam, dilatabit ſe etiam ad concedendum antiquum, cui atttribuitur attributum, cuius eſſe non habet cauſam in ſubſtantia, & attributis ſimul.

AVERROES.

Ait Auer. Cum autem dixit, ſed deſtructio veſtra primæ partis & eſt ſecũdatio abſoluta, iam declarauimus ꝙ non eſt vobis demõſtra-
C tio de hoc in diſputatione pręcedenti, & ꝙ non perficitur niſi in ædificatione ablationis pluralitatis, i. deſtructio eorum ꝙ ſit id, cui attribuitur, & attributum vnumquodque eorũ exiſtens in ſe. nam ſequitur ex hoc vt ſufficiat vnũquodq; eorũ abſque alio: & erit Deus glo. ſufficiens in ſe, & tamen erit ibi ſecundatio, poſtq̃ non erit aliquid, quo erunt attributum, & id, cui attribuitur vnum. Et, qm̃ laborauerunt in deſtructione huius ſpeciei pluralitatis, & in neceſ-ſitate eſſe ſecundationem in Deo, D
demonſtratiue id neceſſe eſt vt ſit in contrarium. ſ. vt auferatur ſecundatio ex ablatione pluralitatis, ideo dixit in eo ꝙ eſt contrarium, & declarauerunt radicem per ramum. Et id, quod fecit, eſt quæſtio non ſecundum rem ipſam, ſed ſecundum ſermonem aduerſarij. nam aduerſarij auferunt poſterioritatem. & tu iam ſciuiſti in multis locis ꝙ quæſtio eſt duplex, aliqua eſt ſecundum rem ipſam, & aliqua ſecundum ſermonem contradicentis, & ꝙ veritas eſt illa q̃ eſt ſm rem ipſam, & qõ alia, licet nõ fuerit vera, aliquando quidem fit. E
D.d. & ideo melius eſt vt dicatur, ſubſtantia in ſe non indiget attributis, & attributa indigent eo, cui attribuuntur, & remanet dictum eorũ, ꝙ indigens alio nõ erit neceſſarium in eſſe. i. cum ipſe poſuerit eis hanc partem partium, quas fecerũt in deſtructione pluralitatis, peruenit ad hoc, vt affirment ꝙ neceſſarium in eſse impoſſibile eſt vt ſit compoſitũ ex attributo, & eo, cui attribuitur, nec ꝙ ſit ſubſtantia eius habẽs multa attributa. & hoc non põt eſse ſm radices eorum. Deinde incœpit declarare ꝙ falſitas, quã conati ſunt ꝓbare expoſitione huius partis, nõ ſe- F
quitur. & dixit & dicatur eis, ſi autẽ intelligitis per neceſsarium in eſse, quod non habet cãm agentem, quare dicitis hoc? & quare eſt falſum dicere ſicut ſuba neceſsarij antiq non hẽt agens, ſic attributa eius antiqua nõ habẽt agẽs? Dixi, hoc totũ eſt cõtradictio ei, q ꝓcedit in remotione attributorũ via Auicẽnæ in cõſtituẽdo neceſsariũ in eẽ ex ſe. ſed via magis ſufficiẽs in hoc cõſtituẽdo vnionẽ. & hoc ſequiẽ ſectæ Aſariæ, & eſt

G via Mahatazelæ. nam ipſi intelligũt per poſſibile in eſſe poſſibile verum & tenent ꝙ omne id, quod eſt ſub primo principio, ſit tale. & aduerſarij eorum ex ſecta Aſſaria cõcedunt hoc, & tenent etiam ꝙ omne poſſibile habet agens, & ꝙ emanatio ceſſat, finiendo ad id, quod non eſt poſſibile ex ſe. & aduerſarij concedunt eis hoc. &, cum conceſſerint eis hoc, exiſtimatur apud eos ꝙ ſequitur ex hoc, vt primum, ad quod ceſſata eſt poſſibilitas, non ſit poſſibile: ergo neceſſe eſt vt ſit ſimplex, non cõpoſitum. Sed ſectæ Aſſariæ eſt dicere ꝙ id, ex quo aufertur poſſibile verum,
H non eſt de neceſſitate ſimplex, ſed eſt neceſſe vt ſit antiquum tantum, nõ habens cauſam agentem. quare non eſt apud eos demonſtratio, ꝙ primum ſit ſimplex per viam neceſſarij in eſſe. Deinde dixit. Si autem dicet, neceſſarium in eſſe abſolute ē, quod non habet cauſam agentem, nec receptiuam: &, cum conceditur quòd habet cauſam receptiuam, tũc non eſt neceſſarium in eſſe ſecundũ hanc expoſitionem. i. ſi autem dixerint Philoſophi ꝙ demonſtratio induxit ad hoc, ꝙ neceſſarium in eſſe non habet cauſam agentem: ergo
I non habet cauſam receptiuam. &, cum ponitis ſubſtantiam, & attributa, iam ponitis cauſam receptiuã.

Deinde dixit, reſpondens huic, Dicimus, cũ concedimus ꝙ habet cãm receptiuam, tunc conceditur ꝙ ſit cauſatum, dicendum appellare ſubſtantiam receptiuam cauſam eſt ex deliberatione veſtra. ratio autem nõ indicat cõſtitutionem neceſſarij in eſſe ſecundum deliberationem veſtram, ſed indicat extremum, in quo ceſſat emanatio cãrũ, & cauſatorũ, ſ. ꝙ ſecta Aſſaria non concedit quòd K hæc ſubſtantia, quę ſuſtinet attributa, ſit cauſa receptiua, & ſequitur eis vt in ea. ſ. in cauſa receptiua ſit cauſa agens, & non indicat neceſſarium in eſſe, ſm ꝙ induxit demonſtratio veſtra ad ens, non habens cauſam receptiuam, quanto magis vt indicet non habens ſubſtantiam, & attributa, ſed indicauit cauſam agentem. Dixi, Hæc qõ ſequitur ſm rationẽ eorum. nam, ſi ſecta Aſſaria concedit Philoſophis ꝙ non habens cãm agentem non habet cauſam receptiuam, non deſtruitur ex hoc ſermo eorum. qm̃ ſubſtantia poſita ab eis L recipit attributa, nõ autem primum cum ponant ꝙ attributa ſint addita ſubſtantiæ, nec ponunt ea attributa eſſentialia, vt ponunt Chriſtiani. Deinde dixit. Si autem dicet, ſicut ſequitur ceſſatio emanationis in cauſa agẽte, ſic ſequitur ceſſatio eius in receptiua. nã, ſi indigeret omne ens ſubiecto, in quo exiſtat, & indigeret ſubiectum ſubiecto, tũc ſequeretur emanatio, vt pueniat ad ens non habens ſubiectum, ſicut eſt in cauſa agenti. D. d. reſpondens eis, vos bene dicitis. & propter hoc dicimus ꝙ ceſſat hæc emanatio, & dicimus ꝙ M attributum eſt in ſubſtantia eius, & non eſt ſubſtantia eius exiſtens in alio, ſicut ſcientia noſtra in ſubſtantia noſtra, & ſubſtãtia noſtra eſt ſubiectum ei, & ſubſtantia noſtra non eſt in ſubiecto. Dixi, hic ſermo non habet alligantiam in hac diſputatione, nec in eo, quod recitauit de Philoſophis, nec in eo, quod reſpondet eis: & quaſi eſt ſermo ſophiſticus. nã ſermo de neceſſitate ceſſationis cauſarum receptiuarum, & nõ ceſſationis earũ, nulla eſt ꝓportio inter eũ, & diſpu-

A & diſputationẽ, de qua loquimur: & eſt an ex conditione agentis primi ſit vt ſit ei cã receptiua. ſpeculatio enim de ceſſatione cãrum agentium eſt diuerſa à ſpeculatione de neceſſitate cauſarum receptiuarũ. qm̃ qui concedit eſſe cauſas receptiuas, concedit neceſſario ceſſationẽ emanationis earum ad cauſam receptiuam primam extra agens primum neceſſario, ſicut concedit eſſe agens primum extra materias receptiuas. igitur agens primum, ſi eſſet ei materia, illa quidem materia nõ numeratur in recipiente primo, nec in eo, B quod eſt ſub eo ex recipientibus in alijs entibus, ſed neceſſe eſt vt ſit illa materia agentis primi, ſi eſſet ei materia, & materia propria ei. demum erit quidem ei: & hoc quidem aut erit prima ei, aut ceſſabit ad receptiuum primum. demum non erunt hæc recipientia de genere receptionis conditionatæ in eſſe aliorum entium prouenientium à primo agente. quare, ſi eſſet materia conditio in eſſe agentis primi tãtum, ſequeretur neceſſario vt ſit conditio in eſſe omnium agentium in paſſis, & materia non erit conditio in eſſe actionis agẽ C tis tantum: cum omne agens agit in recipiente. ſed, ſi eſſet conditio in eſſe agentis, erit omne agens corporeum. & hoc totũ non concedit ſecta Aſſaria, nec id quærit. Si vero dixerint ꝙ hæc ſubſtãtia, cui attribuũtur hęc attributa, neceſſe eſt vt ſit corpus, rñdetur eis, anima apud vos, attribuuntur ei hæc attributa, & tamẽ apud vos anima non eſt corpus. & hic eſt finis, ad quem finiunt ſermones topici in hac qõne. ſermones vero demonſtratiui ſunt in libris Antiquorum, quos ſcripſerunt in hac ſcientia, & maxime in libro primi D Sapientis. Attamen id, quod dixit in hoc Auicen. & alij ex eis, qui dedicãtur Mauris, ſi reperitur eis aliqd in hoc, id quidem, quod conſtituerunt in hac ſcientia, eſt de genere ſermonum probabilium, quoniam ſunt ex propoſitionibus generalibus nõ autem proprijs de natura rei, de qua ſpeculantur. Et, cum dixit dicimus de hoc attributo, ceſſata ẽ emanatio cauſæ agentis eius cum ſubſtã tia. nam non habet agens, ſicut non eſt agens ſubſtantiæ, ſed non deficit ſubſtantia talis quin ſit. & non habet cauſam, nec attributa poſita ab E eis habent cauſam. Dixi, hoc non concedunt aduerſarij, ſed dicunt ꝙ ex conditione agentis primi eſt, vt non recipiat attributum aliquod. nam receptio indicat materiam, impoſſibile enim eſt vt ceſſet emanatio ponendo agens, quodcunq; fuerit: ſed agẽs, cui non eſt actio oĩno, nec cui datum ſit vt ſit ei actio. nam ponendo attributum agenti primo ꝙ conſtituatur ex cauſa receptiua, quæ ſit conditio in eſſe eius, exiſtimatur ꝙ ſit falſum. nam omne, qđ habet conditionẽ in eſſe ſuo, copulatio quidem eius conditioni eſt ex F cauſa alterius. qm̃ aliquid nõ poteſt eſſe cauſa copulationis cõditioni eẽ eius, ſicut non erit cauſa eſſe ſuiipſius. conditionatum eñ non euadit quin exiſtat in ſe abſq; copulatione eius cõdõni, & indiget cã agente copulationis eius, conditionatorũ aliquid non erit cã conditionis ſui eẽ, ſed omnia iſta ſunt res cões. Demum hæc noĩs accommodatio, nõ poſſumus imaginari de ea aliquid ꝓp inquum veritati ex hac via. & hoc propter æquiuocationem neceſſarij in

G eſſe ex ſe, & poſſibilis in eſſe ex ſe, ne-
ceſſarij vero ex alio, & aliarum pro-
poſitionum additarum eis .

ALGAZEL.

AIt Alga. Secunda autem via,
cum dicunt ꝙ ſcientia, & poſ-
ſe in nobis non ingreditur quidita-
tem ſubſtantiæ noſtræ, ſed eſt acci-
dens: &, cum conſtituantur hęc attri
buta primo, nõ ingredientur etiam
quiditatem ſubſtantiæ eius, ſed erũt
accidentia relatiue ad id: & licet cõ-
tinuata fuerint antea, tñ nõ ſepara-
bunt᷑, aut ſequent᷑ ad quiditatẽ eius
& cũ hoc non cõſtituent ſubſtantiã
H eius, & cum fuerint accñtia, ſequun-
tur ad ſubſtantiam, & ſubſtãtia erit
cauſa in eis, & erunt cauſata: ergo
quomodo erunt neceſſaria in eſſe?

ALGAZEL.

AIt Alga. dubitans huic ſermo-
ni. Et hoc quidem eſt primum
cum mutatione præfationis. & dici-
mus, ſi intelligitis, cum dicitis ꝙ ſe-
quitur ad ſubſtantiam, & eẽ ſubſtã-
tiam cauſam eius, ꝙ ſubſtantia ſit
cauſa agens eius, & ꝙ ſunt acta à ſub
ſtantia, hoc non eſt verum . nã hoc
ſequitur in ſcientia noſtra in relatio
ne ad ſubſtantiam noſtram, cũ ſub-
I ſtantia noſtra nõ eſt cã agens ſcien-
tię noſtrę. Si vero putatis ꝙ ſubſtãtia
ſit ſubiectũ, & attributũ nõ exiſtit ꝑ
ſeipſum in alio, hoc quidem conce-
ditur, & non prohibetur, licet profe-
rant per verbum ſequitur, ſeu acci-
dit, ſeu cauſat᷑, aut quicquid volue-
rit dicere proferens, modo non mu
tat prolatio rem ipſam. nam res ipſa
nihil aliud eſt, niſi ꝙ exiſtit in ſub-
ſtantia conſiſtentia attributi in re,
cui attribuitur. & non erit falſum,
ꝙ exiſtat in ſubſtantia, & ſit cũ hoc
antiquum, & non habet agens. &
omnes rationes eorum ſunt inuolu- K
tiones in vituperatione prolationis,
cum appellatur poſſibile, & tranſiens
& ſequens, & proueniens, & cauſa-
tum. & hoc eſt abſurdum. Nos ve-
ro dicimus, ſi intelligit per hoc, ꝙ
habet agens, non eſt ſic. ſi vero non
intelligit per id, niſi ꝙ non hẽt agẽs,
tamen habet ſubiectum, in quo exi-
ſtit, licet proferat in hoc quacunque
prolatione, non eſt in ea falſitas.

AVERROES.

AIt Auer. Hoc eſt multiplicare
ſermonem in eadem re. Re-
ſponſio autem in hac propo-
ſitione ab aduerſario breuis talis eſt. L
videlicet, aut eſt poſſibile habenti
cauſam receptiuam vt non habeat
agens, aut eſt impoſſibile. & ex ra-
dicibus Loquentium quòd copula-
tio conditionis conditionato eſt poſ
ſibilis, & omne poſſibile indiget in
exitu eius ad actum aliquo facien-
te illud, & copulatione conditio-
nis conditionato. &, quoniam
copulatio eſt conditio in eſſe condi-
tionati, & impoſſibile eſt vt ſit res
cauſa conditionis eſſe ſui, & impoſſi
bile eſt etiam vt conditio ſit cauſa
agens eſſe conditionati: nam ſubſtã
tia noſtra non eſt cauſa agens eſſe M
ſcientiæ in ea, ſed eſt conditio eſſe
ſcientiæ exiſtentis in eo: quare non
euadet ſecundum has radices à cau-
ſa agente, quæ faciet copulationem
conditionis cõditionato? & ſic eſt in
omni compoſito ex conditione, &
conditionato. Attamen hoc totum
deſtruitur ſecundum Philoſophos,
cum ponũt orbes cœleſtes antiquos
& ſunt ſubſtantia, & attributa, & nõ
ponunt eis agens eo modo, quo eſt
agens in apparentibus nobis, vt ſe-
quitur ex hoc, niſi ponant ꝙ ſit hic
demon-

A demonſtratio inducens ad copulationem antiquam ex copulāte antiquo,& eſt ſpecies copulationis diuerſa ab ea,quæ eſt in generabilibus,& corruptibilibus. Et omnia quidem iſta ſunt loca magnæ ſpeculationis. Quod autem ponunt, quòd iſta attributa, non conſtituitur ex eis ſubſtantia,non eſt verum. nam omnis ſubſtantia, quæ perficitur attributis quibus erit magis perfecta,& magis electa, ſubſtantia illa conſiſtit cum attributis illis, quemadmodum per ſcientiam,& poſſe, & volūtatem ſumus entia nobiliora entibus nō ſciē-
B tibus,& ſubſtātia noſtra, in qua exiſtunt iſta attributa eſt cōmunis nobis,& inanimatis, quęro quomodo erunt hæc attributa accidentia, ſequentia ſubſtantiam noſtram? hoc totum quidem eſt ex ſermone eius, qui non eſt peritus in attributis eſſentialibus,& accidentalibus.

ALGAZEL.

Ait Alga. Et aliquando dicunt in vituperatione prolationis alio modo.& dicunt hoc inducit vt ſit primum indigens his attributis, & non erit ſufficiens ſimpliciter. nā ſufficiens ſimplr non indiget alio.
C Deinde dixit dubitans eis.

ALGAZEL.

Ait Alga. Et hic eſt ſermo diſputatiuus in vltimitate debilitatis. nam attributa perfectionum non ſeparantur à ſubſtantia perfecta, ita quòd dicat ꝙ indigēt alio. & cum non ceſſauit,nec ceſſabit eſſe ꝑfectum in ſcientia, & poſſe, & vita, quomodo ergo indigebit alio, aut quomodo poſſunt proferre de continuatione perfectionis indigentiā? & eſt, ſicut ſermo dicentis, perfectū eſt id, quod non indiget perfectione. Et,ſi dicet,indigens attributis ad D
ꝑficiendū ſeipſum eſt diminutū, dicetur quidē, ſicut nihil eſt vt ſit pfectum,niſi ſit perfectio in ſe, ſic nihil eſt vt ſit ſufficiens, niſi ſit ei attributum, quod aufert indigentias in ſe. qūo ergo remouētur attributa, quibus perficitur deitas,his talibꝰ imaginationibus verborum?

AVERROES.

Ait Auerr. Perfectum autem eſt duplex,perfectū in ſe,& perfectum attributis tribuentibus ei perfectionem. & illa attributa neceſſe ē vt ſint perfecta in ſe. nam, ſi eſſent perfecta per attributa perficientia, etiā interrogaretur de illis attribu- E
tis an ſint pfecta ex ſe, aut ex aliis attributis, & deueniret ad perfectū ex ſe. perfectum vero per aliud indiget neceſſario ſm radices præcedentes, cum cōcedantur aliquo tribuēte ei attributa perfectionis.ſin autem, eſſet diminutum. Attamen perfectū ex ſe eſt in ente ex ſe, & conuenit vt ſit ens ex ſe perfectum ex ſe.ſi autem eſt hic ens ex ſe,neceſſe eſt vt ſit pfectum ex ſe,& ſufficiens ex ſe. ſin autem, eſſet compoſitum ex ſubſtantia diminuta,& attributis perficien- F
tibus ſubſtantiam illam.&, cum ſic fuerit,ergo attributum,& id,cui attribuitur,eſt idem: & quod attribuitur ei ex actionibus, quæ inducent vt proueniant ab attributis ſeparatis,in eo eſt relatiue.

ALGAZEL.

Ait Alga. redarguens Philoſophos. O quantum eſt inconueniens vt ſimus nos,& Deus glo. in hoc æquales,ſ. ꝙ perfectio eſt ſubſtātiæ noſtrę per attributa pficientia. Si aūt dicet cū conſtitutis ſubſtātiam,

 & attri-

G & attributum, & exiſtentia attributi in ſubſtantia eſt compoſitio, & omnis cōpoſitio indiget componēte, quare non admittimus ꝙ primū ſit corpus, quia eſt compoſitum? Dicimus ꝙ ſermo dicentis omne compoſitum indiget componente eſt, ſicut ſermo omne inuentum indiget inuentore. &, ſicut dicitur de eo primum eſt antiquum ens, non habēs cauſam, nec inuentorem, ſic dicitur id, quod attribuitur ei, attributū eſt antiquum, & non eſt cauſa ſubſtantię eius, nec attributorum eius, nec exiſtentię attributorum in ſubſtantia eius, ſed totum eſt antiquum ſine cauſa. H corpus vero impoſſibile eſt vt ſit primum. ipſum nanque eſt innouatum, ex eo ꝙ nō euadit ab innouationibus, & qui non cōſtituit ei innouationes corporis, nō eſt neceſſe ei vt cōcedat ꝙ ſit cauſa prima corpus, vt ſequitur hoc vobis in eo, quod ſequetur poſtea.

AVERROES.

Ait Auer. Compoſitio aūt non eſt ſicut eſſe. nam compoſitio eſt ſicut moueri. ſ. attributum poſſibile, additum ſubſtantiæ rerum recipientium compoſitionem. I eſſe vero eſt denominatio, quę eſt ipſamet ſubſtantia. & qui aliter dicit, errat. compoſitum autem non diuiditur ad compoſitum ex ſe, & compoſitū ex alio. & neceſſe eſt vt deueniat ad compoſitum antiquum, vt deuenit in entibus ad ens antiquum. & iam locuti ſumus de hac diſputatione in multis locis. Vlterius, cū fuerit, ſicut diximus ꝙ compoſitio ſit q̄d additū eſſe, poteſt aliquis dicere ſi reperitur compoſitum ex ſe, erit motū ex ſe: &, ſi erit motum ex ſe, erit priuatum ex ſe: qm̄ eſſe priuati eſt exitus eius, quod eſt in potētia ad actum. & ſic K eſt de motu & moto, & nō eſt ſic de eſſe: quoniam ipſum non eſt attributum additum ſubſtantiæ, & omne ens, quod non eſt aliquando in potentia, & aliquādo in actu, eſt ens ex ſe, & eſſe moti eſt vt ſit cum potentia motiua, & ideo indiget omne motum motore. Attamē reſponſio in hac diſputatione eſt ꝙ compoſitum aut erit quælibet pars partiū eius, ex quibus componitur, conditio in eſſe ſui ſocij duobus modis diuerſis, ſicut eſt in compoſitis ex materiis, & formis apud Peripateticos: aut non erit quęlibet earum conditio L in eſſe ſocij ſui: aut vna earum eſt conditio in eſſe alterius, & altera non erit conditio in eſſe primi. prima autem pars impoſſibile eſt vt ſit antiqua. nam compoſitio ipſa eſt cōditio in eſſe alterius, & impoſſibile eſt vt partes ſint cauſa compoſitionis, nec compoſitio cauſa ſui ipſius. & ideo talia compoſita ſunt generabilia, & corruptibilia: & impoſſibile eſt eis vt ſint abſq; agente, quod extrahat ea à priuatione ad eſſe. Secunda vero pars, ſcilicet quòd nulla duarum partium ſit conditio in M eſſe ſocij, hæ tales, cum non fuerint in natura vnius earum vt ſequatur ab alia, non componentur, niſi cum compoſitore extra eas: cum compoſitio non ſit de natura earum, qua conſtituitur ſubſtantia earum. ſi vero natura earum determinaret compoſitionem, & ſunt ex ſe antiquæ, neceſſe eſt vt compoſitum ex eis ſit antiquum. quare impoſſibile eſt ei vt ſit ſine cauſa tribuente ei vnitatē: qm̄ impoſſibile eſt reperiri aliquid antiquū, cui ſit vnitas per accidens: ſed, ſi eſſet vna earum conditio in

eſſe

A eſse alterius, & altera nõ eſt conditio ei, ſicut eſt in attributo, & eo, cui attribuitur non eſsentiali: ſi quidem id, cui attribuitur, eſt antiquũ, & de natura eius eſt vt non ſeparetur ab eo attributum, tũc compoſitũ eſt antiquum. &, cùm ſic fuerit, impoſſibile eſt vt cõcedat aliquis eſse compoſitum antiquum. Sic ædificatur via ſectæ Aſsariȩ, ꝙ omne corpus eſt innouatum. nam, ſi eſset compoſitum antiquum, reperientur accidẽtia antiqua, quorum vnum eſt compoſitio: quoniam fundamentum, ſupra quod ædificant neceſſitatem innouationis accidentium, eſt quia non

B ſunt partes, ex quibus componitur corpus apud eos, niſi poſt ſeparationem. &, cum admittunt compoſitum antiquum, poſſibile eſt vt reperiatur aggregatio, quam non præcedit ſeparatio, & motus, quem nõ præcedit quies. &, cùm hoc fuerit poſſibile, tunc eſset poſsibile vt reperiatur corpus, habẽs accidentia antiqua, & non eſt verificatum eis ꝙ id, quod nõ euadit ex innouationibus, ſit innouatũ. & adhuc etiam dictũ

C eſt ſuperius ꝙ oẽ compoſitum erit vnum ex vnitate reperta in eo. & hęc vnitas reperitur in eo ex aliquo, quod eſt vnum ex ſe. &, cũ ſic fuerit, tunc vnum, in eo ꝙ eſt vnum, prçcedit omne compoſitum. & hoc quidem agens vnum, ſi fuerit ęternum, operatio quidẽ eius, quæ eſt influere oĩa entia indiuidualia, quib⁹ ſunt entia diſtincta, eſt operatio cõtinua ęterna, non autem aliqñ ſic, & aliqñ non. nam agens, cuius actio alligatur acto, hora quidẽ, qua exit à potẽtia ad actum, eſt agens innouatũ neceſsario. & actum eius eſt innouatũ neceſsario. agens vero primum habet alligationem acto continue, &

D actum miſcetur ei potentia cõtinue. Et ſm hoc debet intelligi diſpoſitio Primi glo. cum omnibus entibus. & hæc quidem, cũ impoſſibile eſt nobis declarare ea in hoc loco, dimittimus. nam intentio noſtra eſt declarare ꝙ id, quod comprehenditur in hoc libro ex ſermonib⁹, ſunt ſermones non demonſtratiui: & plurimi eorum ſunt ſophiſtici: & maior gradus eorũ eſt, vt ſint topici. ſermones enim demonſtratiui ſunt pauci nimium, & ſunt inter ſermones tãquã aurum purum inter alia mineralia, & adamas inter gẽmas. & redeamus ad id in quo fuimus.

Nota de ſermonib⁹ demõſtratiuis.

E

ALGAZEL.

AIt Alga. Et omnes viæ eorum in hac diſputatione ſunt imaginationes. Vlterius ipſi nõ poſsunt auferre omne id, quod attribuerunt ſubſtantiæ primȩ. nam ipſi cõſtituerunt ꝙ ſit ſciens, & neceſse eſt vt hoc ſit additum abſtracto ſubſtantię. Et dicitur eis an conceditis ꝙ primum ſciat aliud à ſeipſo? & aliqui eorum ſunt, qui concedunt aliud ab hoc, & aliqui dicunt non ſcit niſi ſeipſum.

F ſed primum eſt id, quod elegit Auicenna. nam ipſe putat ꝙ Deus glor. ſcit omnia ſpecie vniuerſali, quę nõ ingreditur ſub tempore, & non ſcit particularia, quorum comprehẽſio cauſat mutationẽ in ſubſtantia ſciẽtis. Nos autem dicimus, aut ſcientia Primi de omnibus entitatibus generum, & ſpecierum infinitarũ eſt ipſamet ſcĩa ſuiipſius, aut alia. ſi dicitis alia, iam conſtituitis pluralitatẽ, & ruinatis fundamentum. ſi vero dicitis ꝙ ſit eadem, non cognoſcimini ab eo, qui raciocinatur ꝙ ſciẽtia hominis de alio eſt alia à ſcientia eius de

G de ſeipſo, & de alio, & qui dicit hoc cũ intellectu ſuo ex definitione eiuſdem falſificatur in imaginatione aggregatio inter negationem, & affirmationem, & ſic ſcientia de eodem. quia idem falſum eſt vt imaginetur de vna eadem re, ꝙ reperiatur, & nõ reperiatur. &, cum non erit falſum in imaginatione, vt conſyderet ſciẽtiam hominis de ſe, & neſcit aliud, ergo neceſſe eſt vt credat ꝙ ſcĩa ſua de alio eſt præter ſcientiam ſuam de ſe. nam, ſi eſſet eadem, tunc eſſet negatio ſui negatio eius, & affirmatio ſui affirmatio eius. cùm falſum fuerit ꝙ Socrates ſit, & Socrates nõ ſit, ſ. H vt ſit idem in eadem diſpoſitione, & tamen non falſificatur tale in ſcientia eius de alio cum ſcientia de ſe. & ſic eſt in ſciẽtia Primi de ſe cum ſciẽtia eius de alio. nam poſſibile eſt vt imaginetur eſſe ſui abſque eſſe alterius. ſi autem ſimilitudo eſt ſic, tunc hæc imaginatio eſt falſa. & omnis, qui ex Philoſophis concedit ꝙ primum ſcit aliud, neceſſe eſt vt conſtituat pluralitatem proculdubio.

AVERROES.

Ait Auer. Summa huius ſermonis eſt quæſtio contra dicentem ꝙ primum ſcit ſeipſum, & I intelligit aliud; qm̃ ſcientia ſcientis ſeipſum eſt diuerſa à ſcĩa ſcientis aliud. Quę quidem eſt ſophiſticatio, qm̃ ex hoc intelliguntur duo, quorum vnum eſt vt ſit ſciẽtia Socratis de ſeipſo indiuiduali ſciẽtia eius de alio. & hoc nullo pacto poteſt eſſe verũ. ſecundum vero eſt, vt ſit ſciẽtia hominis de alio, vt ſunt entia, ſcientia eius de ſe, & hoc eſt verum. Et declaratio eius eſt, quoniã nihil aliud eſt ſubſtantia eius, niſi ſciẽtia eius de entibus. &, ſi eſſet homo, vt alia entia, & ſciret quiditatẽ ſuã ſibi propriã, & K eſſet quiditas eius ſcientia rerũ, tũc ſciẽtia hominis de ſe neceſſario eſſet ſcientia eius de aliis rebus. nam, ſi eſſet alia, tunc ſubſtantia eius nõ eſſet ſcientia de rebus. & hoc manifeſtũ eſt in artifice. nã ſubſtãtia eius, qua appellatur artifex, nõ eſt aliquid niſi ſciẽtia ſua de artibus. cum aũt dixit, nam, ſi ſciẽtia eius de ſe eſſet ſcĩa eius de alio, tunc negatio ſui eſſet negatio eius, & affirmatio ſui affirmatio eius. i. ꝙ, ſi eſſet ſcientia hominis L de ſe ſcientia eius de alio, tunc hõ, cũ non ſciuerit aliud, nõ ſciet ſeipm̃, ſ. cùm ignorauerit aliud, ignorabit ſe ipſum: &, cùm ſciuerit aliud, ſciet ſeipſum. Attamen eſt ſermo verus aliquo mõ, & falſus aliquo modo. qm̃ quiditas hominis eſt ſcientia, & ſcĩa eſt ſcitũ aliquo modo, & aliud à ſcito aliquo modo: &, cùm ignorat ſcitum, tunc ignorat aliquam partem ſuipſius: &, ſi ignorauerit oĩa ſcita, ignorabit ſeipſum. & negare hãc ſcientiam de homine eſt negare ſcientiam hominis de ſeipſo. nam, cum auferetur a ſcientia ſcitum, ex eo ꝙ M ſcitum & ſcientia ſunt idem, tũc auferetur ſciẽtia hominis de ſeipſo. ſcitum autem, ex eo ꝙ eſt aliud à ſcientia, eſt pręter hominem: & nõ ſequitur ex ablatione huius ſciẽtiæ ab homine ablatio ſcientię hoĩs de ſeipſo. & ſic eſt in indiuiduis. nã nõ eſt ſcĩa Soc. de Plat. aĩa Soc. quare ſcit Socr. ſeipm̃, cũ ignorãtia eius de Platone.

ALGAZEL.

Ait Alga. Si autem dixerit ipm̃ non ſcit aliud prima intentione, ſed ſcit ſeipſum, quia eſt principium omnium, & copulať ei ſcientia totius ſecunda intentione, cũ impoſſibile ſit ei ſcire ſeipſum, & neſcire ꝙ

A re ꝙ ſit principium alterius. nam verificatio ſui eſt eſſe principium alterius: & impoſſe eſt ſcire ſe eſſe principium alterius, niſi ingreſſum fuerit illud aliud in ſcientiam eius vniuerſaliter, & conſecutiue. & non eſt incõueniens quin ſubſtantiæ eius ſint conſequentia. & hoc quidem nõ facit pluralitatem in quiditate ſubſtãtię, impoſſibile vero vt ſit in ipſa ſubſtantia pluralitas. Et reſpondetur ei multipliciter, & primo ꝙ cùm dicitis ꝙ ipſum ſcit ſe eſſe principium, eſt induſtria quædam veſtra, & imaginatio. ſed oportet vt ſciat eſſe ſui. B ſcientia autem ꝙ ſit principium eſt addita ſciæ de eſſe eius. nã principiũ eſt relatiuũ ſubſtãtię: & põt ſcire ſubſtantiã, & neſcire relationẽ principij ad ſubam: & põt ſcire ſubſtãtiã, & neſcire ꝙ ſit principiũ: nam eſſe principium, & eſſe ens ſunt duo diuerſa. & ſicut poſſibile eſt vt ſciat homo ſeipſum, & neſciat ꝙ ſit cauſatũ: nã ſcire ꝙ ſit cauſatum eſt relatio eius ad cauſam: ſic eſſeipſum glo. principiũ, & eſſe cauſam eſt relatio eius ad cauſatum. & cõſequentia eſt bona in abſtracto, cùm dicunt ꝙ ipſum ſcit ſe eſſe principium in eo. n. eſt ſcientia de ſubſtãtia, & principio, quod eſt re C latio: & relatio eſt diuerſa ſubſtãtia: & ſciẽtia relationis eſt diuerſa à ſciẽtia ſubſtantiæ, ratione, quam diximus: & eſt quia poſſibile eſt vt imaginetur ſcientia de ſubſtantia pręter ſcientiam de principijs, & impoſſibile eſt vt imaginetur ſcientia de ſubſtantia præter ſcientiam de ſubſtantia: nam ſubſtantia eſt vna.

AVERROES.

AIt Auer. Sermo Philoſophorũ cũ iſto homine in hac diſputatione ædificatur ſm radices, quas habẽt, de quibus neceſſe eſt prius loqui cum eis. Nam, cùm conceditur id, quod poſuerunt de eis, & exiſtimauerunt ꝙ demonſtratio induxit eos ad id, non ſequitur eis aliqua harum conſequentiarum ſuarum. Nã Philoſophi ponunt ꝙ ens, quod nõ eſt corpus, eſt in ſe ſcientia tantum. qm̃ ipſi tenent ꝙ formæ non ſciunt, quia ſunt in materijs: &, cum inueniatur aliquid, quod nõ ſit in materia, notum eſt ꝙ ſcit. & hoc habetur ratione. qm̃ inuenerunt ꝙ formæ materiales, cùm abſtrahantur in anima à materijs ſuis, fiunt ſcientia, & intellectus: & intellectus nihil aliud eſt, niſi formæ abſtractæ à materia. &, cum ſic fuerit in eo, quod nõ eſt abſtractum à radice naturę ſuę, id quidem, quod eſt abſtractũ à radice naturæ ſuę, multo dignius eſt vt ſit ſciẽtia, & intellectus. & qm̃ intellecta rerum ſunt verificatio rerum, & intellꝰs nihil aliud eſt niſi comprehẽſio intellectorũ, tunc intellꝰs noſter eſt ipſummet intellm̃, in eo ꝙ eſt intellectũ. & nõ erit alietas inter intellectũ & ipſam rẽ intellãm, niſi quia intellã ſunt intellã rerũ, quæ nõ ſũt in naturis ſuis intellectus, ſed fiũt intellectus, cũ abſtrahit intellectus formas earũ à materiis: & pp hoc non erit intellectus noſter intellm̃ oĩmode. ſi vero reperiatur aliquid abſque mã, erit intellꝰs eius intellm̃ oĩmode, & eſt intellectio ĩtellectorũ abſq; dubio. &, qm̃ intellectus nihil aliud eſt niſi comprehẽſio ordinis rerum, quæ reperiũtur, & gradus eaꝝ, ideo neceſſe eſt, in eo ꝙ eſt intellectus ſeparatus, vt nõ ſuſtentetur in intellectione rerum, quæ reperiũtur in rubus, quæ reperiuntur, & retardet intellectum eius eis. nam oĩs intellectus

D

Quo pacto intellꝰs nr̃, & ĩtellectꝰ ſeparatus intelligant.

E

F

G ctus talis ſequitur ordinem repertũ in entibus, & complet eum: & ipſe de neceſſitate diminutus ē in eo, qd' intelligit ex reb⁹. & ideo intellectus noſter eſt diminutus in eo, quod determinat de natura rerum circa ordinem, & proportionem repertam in eis. &, cum naturæ rerum ſequantur ſecundum rationem intellectus, & fuerit hic intellectus, qui eſt in nobis, diminutus in comprehendendo naturas entium, neceſſe eſt vt ſit hic ſcientia cum ordine, & cum proportione, quæ eſt cauſa ordinis, & pro-

H portionis, & ſcientiæ repertę in quolibet ente. Et neceſſe eſt vt iſte intellectus, ordo eius ſit cauſa huius ordinis in entibus, & comprehenſio eius non denominetur de vniuerſalibus, quanto magis de particularibus. qm̃ vniuerſalia ſunt intellecta entiũ, & poſteriora eis. hic vero intellectus, entia ſequuntur eum, & intelligit neceſſario entia, cùm intelligit ex ſe ordinem, & proportionem repertam in entibus, non autem cũ intelligit rem extra ſe. nam eſſet cauſatum ab ente, quod intelligitur, & tamē nullam habet cauſam: & eſſet diminutus: ſcientia. n. rerum notitia vniuerſali eſt ſcientia diminuta, qm̃ eſt ſciē-

I tia eius, quod eſt in potentia. Cum autem intellexeris hoc ex opinione Philoſophorum, intelliges ꝙ intellectus ſeparatus non intelligit niſi ſeipſum, & intelligit ſeipſum, cùm intelligit omnia entia, intellectio em̃ eius nihil aliud eſt niſi ordo, & proportio, quæ eſt omnibus entibus. & iſte ordo, & proportio eſt ille, quem recipiunt potentiæ actiuæ, habentes ordinem, & proportionem, repertã in omnibus entibus, & eſt id, quod Philoſophi appellant naturam. nam

Intellectio intellectus ſeparati nihil aliud eſt, niſi rerũ ordo, atq; proportio.

videtur ꝙ omne ens habet operationes, quæ ſequuntur ordinem intellectus, & proportionem eius. & impoſſibile eſt vt hoc ſit per accñs: & impoſſibile eſt vt ſit propter intellectũ ſimilem intellectui noſtro, ſed propter intellectum ſuperiorem omnĩbus entibus, & non eſt nec vniuerſalis, nec particularis. Et, cùm intellexeris hoc ex opinionib⁹ Philoſophorum, ſoluuntur tibi omnes dubitationes, quas fecit eis iſte vir hic, &, cũ poſueris ꝙ intellectus, qui eſt ibi, ſit ſimilis intellectui humano, valent illæ dubitationes prædictæ. nam intell's, qui eſt in nobis, eſt is, cui euenit numeratio, & pluralitas, ille vero intellectus non euenit ei aliquid horum. nam eſt mũdus pluralitate eueniente his intellectis, & nõ imaginatur in eo alietas inter comprehendentem, & comprehenſum. intellectus vero, qui eſt in nobis, eius comprehenſio ſubſtantiæ rei eſt aliud à comprehenſione eius, ꝙ ſit principium rei: & ſic eius comprehẽſio alterius eſt alia à comprehenſione ſui aliquo modo, attamen eſt in eo ſimilitudo illius intellectus: & ille intellectus eſt ille, qui tribuit ei illam ſimilitudinem. nam intellecta, quæ ſunt in illo intellectu, ſunt remota à diminutionibus, quæ eueniũt huic noſtro intellectui. ver. gr. ꝙ intellectus ſit intellectũ, in eo ꝙ eſt intellectũ. qm̃ reperitur intellectus, qui eſt intellectũ omnimode. nam omne id, cui reperitur attributum diminutum, reperitur quidē ei propter ens, cui eſt illud attributum perfectum ver. gra. id, in quo reperitur caliditas diminuta, reperitur quidem ei propter aliquid, quod eſt in caliditate ꝑfecta. & ſic quod reperitur intelligẽs

K (beside "videtur ꝙ omne ens habet operatio-") · L (beside "intell's, qui eſt in nobis, eſt is, cui eue-") · M (beside "litudinem. nam intellecta, quæ ſunt")

i intellectu

A ntellectu diminuto, reperitur quidem ei propter aliquid, quod eſt intellectus intellectu perfecto. & ſic oẽ, cui reperitur operatio intellectualis diminuta reperitur quidem ei propter intellectum perfectum. Et, cum fuerint operationes omnium entiũ & erationes intellectuales perfectæ te ſapientes, & non ſunt habentes in ĉllectum, neceſſe vt ſit hic intelle- r us, quo operationes entiũ ſunt ope ationes intellectuales. & qui non intelligit hoc ex debilibus ſapientum, eſt is, qui quærit vtrũ primum principium intelligat ſeipſum, aut intelligat aliquid extra ſeipſum. &, ſi ponit ꝙ intelligit aliquid extra ſe, ergo ſequitur vt perficiat ſeipm̃ ꝑ aliud. ſi vero ponit ꝙ nõ intelligit aliquid extra ſe, ſequitur vt ignoret entia. Et mirandum eſt de iſtis hominibus, ꝙ ipſi auferunt attributa, quæ reperiuntur in Deo glo. & creaturis ex diminutionibus euenientibus creaturis, & ponunt intellectum noſtrum ſimilem intellectui, qui eſt in eo, & ipſe eſt dignior omnib⁹ in tali ablatione, & hoc ſufficit in hoc capitulo, quare ſtatim narrabimus ſermonem huius viri in hoc capitulo, & declarabimus errorem euenientem ei.

B

C

ALGAZEL.

Ait Alga. Secundus autem modus eſt, cùm vos dicitis ꝙ totũ eſt ſcitum ei intentione ſecũda, ẽ ſermo nõ intelligibilis. nam quotienſcunque ſcientia eius comprehendit aliud, ſicut comprehendit ſeipſum, tunc eſſent ei duo ſcita diuerſa, & eſſet ei ſcientia in eis. numeratio autẽ ſciti, & diuerſitas eius facit numerationem ſcientiæ, & reperitur numeratione eius, cum recipiat vnũ duorũ ſcitorum differentia eius ab alio imaginatione, & non erit ſcientia de vno eorum eadem ſcientia de alio. nam non numeratur conſyderatio vnius eorum abſq; alio, & nõ eſt ibi aliud, quotienſcunque fuerit totum vnum. & hoc non differt, cùm exponitur ab eo ſecunda intentione. Vlterius vellem ſcire quomodo eſt pluralitas apud dicentem ꝙ non deſecit à ſcientia ſua pondus grani in cœlo, & terra? niſi ꝙ ſcit omnia ſpecie vniuerſali, & vniuerſalia ſcita non ſunt finita: & erit ſcientia copulata eis cũ pluralitate, & diuerſitate eorum eadem omnimode.

D

AVERROES.

E

Ait Auer. Sermo eius hic conſiſtit in duabus quæſtionibus. Quarum vna eſt, quomodo ſit ſciẽtia eius de ſe, ſcĩa eius de alio. & iam præceſſit reſponſio in hoc, ꝙ reperitur in intellectu humano ex hoc aliquid, quod facit nos ꝑuenire ad neceſſitatẽ eſſe eius in ĩtellectu primo. Et ſecunda quæſtio eſt, an plurificatur ſcientia eius ex plurificatione ſcitorum: nam ipſum comprehendit omnia ſcita finita, & infinita. Et reſponſio eius eſt, ꝙ non eſt impoſſibile ſcientiæ primæ vt reperiatur ei cum vnitate differẽtia in ſcitis. nam nõ eſt impoſſe apud Philoſophos vt ſciat aliud, & ſeipſum ſcientia diſtincta, ex eo ꝙ ſunt ibi ſcientiæ multæ: ſed eſt impoſſibile apud eos vt intellectus perficiat ſeipſum per aliquod intellectum, & cauſatum eius. ſi. n. intelligeret aliud eo mõ, quo intelligimus nos, erit intellectus eius cauſatus ab ente intellecto, non habẽte cauſalitatem. & iam fuit demonſtratum ꝙ ipſum eſt cauſa entis. Pluralitas autem, quam negauerunt Philoſophi, eſt vt ſit ſciens nõ ex ſe, ſed ex ſcientia

F

G ſcientia addita ſubſtantię eius, & nõ ſequitur ex negatione huius pluralitatis de Deo glo. negatio pluralitatis ſcitorum, niſi topice. & permutatio quæſtionis de pluralitate prohibita apud eos ad pluralitatẽ, quę eſt in ſcitis ipſis, eſt de operationibus ſophiſticis. qm̃ inducit ad opinandum ꝙ ipſi, quemadmodum negant pluralitatem illam, quæ eſt ex ſubiecto, & prædicato, ſic negãt pluralitatẽ, quę eſt ſciẽtiæ pp ſcita. Quare veritas in hoc eſt, ꝙ nõ eſt numeratio ſcitorũ in ſcientia æterna, ſicut eſt numeratio in ſcientia humana. nam euenit H eis numeratio in ſcĩa humana duobus modis, quorũ vnus eſt ex parte imaginationum: & hæc aſſimilatur numerationi locali. numeratio vero ſecũda eſt numeratio in ſeipſis in intellectu noſtro, ſ. numeratio, quæ euenit primo generi, ac ſi diceres ipſi enti, cùm diuidit᷑ ad omnes ſpecies, quę ſunt ſub eo. nam intellectus, qui eſt in nobis, eſt vnus ex parte rei vniuerſalis, comprehendẽtis oẽs ſpecies entium in mundo, & numeratur numeratione ſpecierum. & eſt manifeſtum ꝙ, cum abſtulerimus ſciẽs ęternũ à re vlĩ, ꝙ aufertur ab hac numeratione, & remanet ibi numeratio, I quam comprehendere nõ poteſt intellectus noſter, niſi eſſet intellectus noſter idem intellectus cũ illo æterno. & hoc eſt falſum. Quare verum eſt id, quod dixerunt Philoſophi, ꝙ intellectus habẽt terminum, in quo firmantur, & eum non tranſeunt: & eſt diminutio imaginationis, & comprehenſionis, quæ eſt in hac ſciẽtia. Vlterius, qm̃ intellectus noſter eſt ſcientia entium in potentia, non autem ſcientia in actu: & ſcientia in potentia eſt diminuta à ſciẽtia in actu: & quanto magis erit ſcientia noſtra K vniuerſalior, tãto magis ingreditur in capitulum ſcientiæ in potentia & magis ingreditur in capitulum diminutionis ſcientiæ: & non conuenit vt ſit ſcientia ęterna diminuta aliquo modo: & nõ reperitur in ea ſciẽtia in potentia, qm̃ ſcientia in potentia eſt ſcientia in mã. & ideo tenent Philoſophi ꝙ neceſſe eſt vt ſciẽtia primi ſit in actu, & ꝙ non ſit ibi vniuerſalitas, nec pluralitas orta à potentia, ſicut eſt pluralitas ſpecieꝝ, quæ oritur à genere. prohibetur autem apud nos comprehendere infinitum in actu: qm̃ ſcita apud nos diſ L iunguntur abinuicem. ſi vero reperiatur hic ſcientia, in qua vniantur ſcita, tunc infinita, & finita apud eã ſunt ęqualiter. Hoc totum eſt, quod exiſtimauerunt Philoſophi, ꝙ de eo fuerit demonſtratio apud eos. & , cũ nos non intelligimus de pluralitate ſcientiæ, niſi hanc pluralitatem, quæ aufertur ab eo, tunc eſt ſcientia eius vna, & exiſtens in actu. Sed comprehendere hoc, & id vere imaginari eſt impoſſibile intellectui humano. nã, ſi homo comprehenderet hoc, tunc eſſet intellectus eius intellectus Dei glo. & hoc eſt falſum. Et, qm̃ ſciẽtia M de indiuiduo apud nos eſt ſciẽtia in actu, ſcimus ꝙ ſcientia eius eſt magis ſimilis ſciẽtiæ indiuiduali, q̃ ſciẽtiæ vniuerſali, licet nõ fuerit nec vniuerſalis, nec particularis. & qui intelligit hoc, intelligit dictum ſuum, ꝙ non deficit ei pondus grani, nec in cœlo, nec in terra, & alia ex ſermonibus, qui ſunt de hac re.

ALGAZEL.

Ait Alga. Etiam contradicit in hoc Auicen. alijs Philoſophis, qui opinãtur ꝙ ipſe non ſcit niſi ſeipſum

A ipſum ad cautelam cõſecutionis pluralitatis. quomodo ergo communicamus eis in negatione pluralitatis? vlterius contradicit eis in conſtitutione ſciẽtię de alio. & qm̃ pudet ipſum dicere ꝙ Deus non ſcit aliquid in hoc ſeculo, & in alio, ſed ſcit ſeipſum tãtum, & bene ſcit aliud, & ſcit etiam ſe, & aliud: ergo aliud eſt dignius eo in ſcientia. & dimiſit hoc tanq̃ verecũdus de hac opinione, & quaſi timens: deinde non puduit eũ oĩmode: & exiſtimauit ꝙ eius ſcientia de ſe, & alio etiam omnibus rebus eſt ſubſtãtia ei⁹ abſq; additione,
B & ſunt eædem diminutiones, quibus vituperati ſunt omnes Philoſophi, cùm ſit manifeſta contradictio eius prima cõſyderatione: ergo nõ euaſit aliqua ſecta eorũ à prauo eloquio de ſcientiis. Sic meritum reddat Deus glo. ei, qui declinat à viis eius, & exiſtimat ꝙ rebus diuinis dominatur cum conſyderatione ſua.

AVERROES.

Ait Auer. Reſponſio huic toti apparet ex eis, q̃ diximus, qm̃ Philoſophi negant ꝙ ſciat aliud eo modo, quo hoc aliud eſt vilioris eſ-
C ſe, ad hoc vt cauſatum non fiat cauſa, & nobilius eſſe vilius eſſe. ſciẽtia enim eſt ſcitum, & nõ negant id, ex eo ꝙ ſcit hoc aliud ſcientia nobilioris eſſe, q̃ ſit ſcientia, qua nos ſcimus aliud, ſed neceſſe ẽ vt ſciat illud hoc mõ: qm̃ hic modus eſt modus, quo reperitur aliud ab eo. Attamen conſyderatio poſſibilitatis pluralitatis ſcitorum de ſcientia ęterna eſt diſputatio ſecũda: & iã recitauimus eã. & nõ fugiunt Philoſophi propter hãc quęſtionem ad id, ꝙ ipſe nõ ſcit, niſi ſeipſum, ꝓut imaginatur iſte homo, ſed ꝓꝑ id, quod diximus. & eſt vniuerſaliter vt non aſſimiletur ſcĩa eius ſcientiæ noſtrę, quæ eſt in vltimitate differentiæ cum ipſo. Auicẽna autem conatus eſt cõgregare ſermonem, ꝙ ipſe non ſcit niſi ſeipſm, & ſcit alia entia ſcientia nobiliori, q̃ ſit illa, qua ſcit ea homo: nã iſta ſcĩa eſt ſubſtantia eius. & hoc apparet ex eo, quod dixit, ꝙ ſcientia eius de ſe, & de alia etiam omnibus rebus eſt ſubſtantia eius, licet non expoſuerit hoc, vt expoſuimus nos. Quare hic ſermo eius non eſt eadem contradictio, qua vituperati fuerunt alij Philoſophi, ſed eſt ſermo omnium, aut quod ſequitur ex ſermone oĩum. &, cũ hoc quieuerit in mẽte tua, appa- E
rebit tibi vilitas eius, qđ ĩfert iſte hõ de intellectu cõtra ſapiẽtes cũ eo, quod apparet de cõuenientia viri cum eis in plurimis opinionum eorum.

ALGAZEL.

Ait Alga. reſpõdens pro Philoſophis. Si autem dixerit, cũ affirmatum fuerit ꝙ ſcit ſe eſſe principium relatiue, tunc ſcientia de duobus relatiuis eſt eadem. nã qui ſcit filium, ſciet eũ vna ſcientia, qua ẽt eſt ſcientia de patre. paternitas aũt,
& filiatio ſunt vniuerſalia, & pluriũ- F
cantur ſcita, & vnitur ſcientia. & ſic etiam ipſum ſcit ſeipſum eſſe principium alterius, & vnitur ſcientia, licet numerentur ſcita. deinde cũ intellexerit hoc in vno cauſato reſpectu eius, & hoc nõ faciet pluralitatẽ, additio quidẽ in eo, cuius genus nõ faciet pluralitatem, non faciet pluralitatem. & ſic ẽt qui ſcit rẽ, & ſcit ſciẽtiam ſuam de re, tunc ſcit eã hac ſciẽtia. & omnis ſcientia eſt ſciẽtia de ſeipſo, & de ſcito eius, & numerat̃ ſcitum, & vnitur ſcĩa. & inducat id ẽt; qm̃ vos tenetis ꝙ ſcita Dei glo. ſunt infinita,

G infinita,& ſciẽtia eius eſt vna, & nõ attribuitis ei ſciẽtias infinitas numero. ſi autem eſſet numeratio ſciẽtiæ, tũc in ſubſtãtia Dei glo. eſſent ſciẽtię infinitę,& ſciẽtia eius vna. & hoc eſt falſum. Deinde dixit rñdens eis.

ALGAZEL.

Ait Alga. Dicimus quotiẽſcũq; fuerit ſciẽtia vna omnimode, nõ imaginať alligãtia eius duobus ſcitis, ſed facit hoc pluralitatẽ, vt ponunt Philoſophi,& ſecundum deliberationem eorum in capitulo pluralitatis, ita ꝙ deuenerunt ad hoc, & dixerũt, ſi eſſet in primo quiditas copulata ipſi eſſe, eſſet in hoc pluralitas. nã non intelligunt rem habẽtẽ
H veritatem, & poſtea attribuitur eſſe: ſed exiſtimauerunt ꝙ eſſe copulatur verificationi,& eſt aliud ab ea,& determinat pluralitatem. Et ſecundum hunc modum impoſſibile eſt conſyderare ſcientiam alligari ſcitis multis, quin ſequatur ei aliqua pluralitas maior,& excelſior ea, quæ ſequitur ex eſſe ſuo copulato quiditati ſuæ. ſcientia autem de filio, & patre,& ſic aliis relatiuis, eſt in ea pluralitas. nã impoſſibile eſt abſque ſciẽtia de ſubſtantia filij,& ſubſtãtia patris: & ſunt duo ſcita, & ſcitum tertium,& eſt relatio: q̃q̃ hoc tertium
I includitur in duobus ſcitis pręcedẽtibus, cum fuerint ex cõditione eius, & neceſſitate eius. ſin autem, qui nõ ſcit relatum primo, nõ ſciet relationem. Igitur ſunt ſcientiæ numeratę, quarum aliqua eſt conditionata alteri. & ſic, cùm ſcit primum ſeipſum relatũ aliis generibus, & ſpeciebus, tũc eſſe principium eorum indiget vt ſciat ſeipſum,& vnitates generũ, & ſciat relationem ſui, quo ad eſſe principium eorum, licet nõ intellexerit eſſe hãc relationem ſcitam ei.
K Cùm vero dicũt, ꝙ qui ſcit aliquid, ſcit ſeipſum ſcire eadẽ ſciẽtia,& erit ſcitum numeratum,& ſcientia vna, non eſt verum: ſed ſcit ipſum ſcire alia ſcientia à ſciẽtia, & deueniet ad ſcientiam, quæ latet eum,& nõ ſciet eam. & nõ dicimus ꝙ emanatio procedat in infinitum, ſed ceſſat in ſciẽtia alligata ſcito,& latet in eſſe ſcientiæ, nõ autem eſſe ſciti. & qui ſcit nigredinem,& ipſe tempore ſuę ſcientiæ eſt profundę animę in ſcito ſuo, quod eſt nigredo, & latet eum ſcientia eius de ſcientia nigredinis, & nõ reſpicit eã. ſi.n. reſpiceret eam indigeret alia ſcientia, vſquequo ceſſat aſpectus ei⁹. Cùm aũt dicit ꝙ hoc cõ
L uertitur contra vos in ſcitis Dei glo. quę ſunt ĩfinita, & ſciẽtia apud vos eſt vna, nos quidem dicimus, non diſputamus in hoc libro diſputatione conſtituentiũ, ſed diſputatione ruinãtium,& dubitantium. & ideo appellauimus hũc librum Deſtructionem Philoſophorum, non conſtitutionem veritatis. & nõ eſt nobis hęc reſponſio. Si autem dixerit, verum eſt ꝙ non ſequitur vobis opinio alicuius ſectę ſectarũ, ſed id, quod conuertitur ſecundum curſum creationis,& ſunt ęquales intelligẽtię in dubietate eius, impoſſibile eſt vobis id
M ponere, & hoc dubium conuertitur contra vos,& non eſt fuga ab eo, dicimus ꝙ non. ſed intentio noſtra eſt de diminutione veſtra in rationibus veſtris circa ſcire res veras demõſtrationibus inciſiuis. & induxit vobis dubiũ in rationibus veſtris. &, cùm apparuerit diminutio veſtra, dicimus ꝙ ſunt aliqui, qui opinãtur ꝙ verificatio rerum diuinarum nõ cõprehenditur conſyderatione intellectus,

A ctus, & etiam nõ eſt impoſſibile homini comprehendere eas. & ideo dixit ſapiens, Conſyderate in operationibus Dei & non cogitetis in ſubſtãtia Dei. Quare vos negatis contra ſectam credentem veritatem nuntij cum euidentia miraculorum, quæ non habentur a propoſitionibus intellectus ſuper affirmationẽ mittentis quę magnificat cõſyderationem attributorum, conſyderatione intellectus, quę fit per habentem fidem, ĩ eo quod eſt in ea de attributis Dei glo. quę eſt poſt, cùm profertur dictio ſciẽtis, volentis, & potentis, & viuentis, quę cauſa eſt proferre id, qđ
B nõ conceditur in eo ſciens in diminutione comprehendi veritatem, cũ vero vos negatis ea ĩputãdo eis ignorãtiã in viis demonſtrationũ, & mõ ordinis propoſitionũ in figura ſyllogiſmorum, & rationum, dicẽtes vos ꝙ nos ſciuimus ea viis intellectualibus, iã profecto declarata eſt diminutio veſtra, & deſtructio viarũ veſtrarum, & dedecoris veſtri in rationibus ſcientiæ veſtrę. & intentũ huius declarationis eſt, vt qui ponit ꝙ demonſtrationes Diuinæ ſunt inciſiuę, vt demõſtrationes Geometriæ.

C AVERROES.

Ait Auer. Hic eſt ſermo prolixus: cuius concluſio eſt rhetorica, ſeu topica. Et ſumma eius, qđ recitauit, eſt conſeruatio Philoſophorum, ꝙ ſcientia Dei glo. eſt vna ex duabus rationibus, quarum concluſio eſt ꝙ ipſi tenẽt, ex eo ꝙ in intellectis noſtris ſunt multa, ex quorum pluralitate non plurificantᷣ ſubſtantiæ intellectorum, vt apparẽt in entibus quędã diſpoſitiones, & non multiplicantur ſubſtantiæ in multiplicatione earum, vt ꝙ res ſit ens, & vnum, & neceſſarium, aut poſſibile. D & hoc poſtq̃ fuerat ens, eſt ratio ꝙ ſit ſcientia vna, comprehẽdens ſcientias multas, & infinitas. Ratio autem prima, quam facit in hoc capitulo, eſt id, quod videtur de rebus intellectualibus, quæ eueniunt rei intellectę in anima: & eſt ſimilis reb⁹ in entibus apud conſyderationẽ relationum repertarum in eis ex negatione. nam relatio eueniens intellectis, apparet de ea ꝙ ſit aliquid, quo non plurificantur intellecta. & dant rationẽ in hoc: qm̃ relatio eueniẽs rebus relatis eſt huiuſmodi. Ipſe autem contradicit huic rationi, ꝙ relatio, & duo relatiua ſunt ſciæ multæ, & ſcientia noſtra de paternitate, E exempli gratia, eſt alia à ſcientia noſtra de patre, & filio. veruntamen ꝙ relatio eſt attributum additum relatiuis extra animam in entibus, relatio vero, q̃ eſt in intellectis, dignior eſt vt ſit res, q̃ vt ſit attributum additum ambobus relatiuis. Attamen hoc totum eſt aſſimilatio ſciẽtię humanę ſcientię æternę, & eſt ſubſtantia erroris, & ideo omnis, qui adduxit dubium in ſcientia æterna, & conatur ſoluere id cum eo, quod apparet de ſcientia humana, ipſe quidẽ F ꝑmutauit iudicium ab eo, quod apparet ad occultum in duobus entibus in vltimitate diſtãtię, nõ in duobus entibus cõmunibus ſpecie, aut genere, ſed diuerſis in vltimitate diuerſitatis. Secunda vero ratio eſt. quoniam nos ſcimus rem eadẽ ſcientia. & ſcimus ꝙ ſcimus ſcientia, quę eſt eadem cum ſcientia prima, non attributũ ei. & ratio in hoc eſt, quoniam procederet in infinitum. & id, cum quo reſpondet ei, ꝙ hęc ſcientia eſt ſcientia ſecunda, & nõ procedit

G dit,nihil eſt. quoniã apparet de no-
bis ꝙ procedit,& non ſequitur ex eo
ꝙ ſciens eſt ſciens aliquid, & nõ ſcit
quòd ipſe ſcit,vt,cum ſcit ꝙ ipſe ſcit,
ſciat ſcientia addita ſcientiæ primæ,
ſed ſcientia ſecũda eſt aliquid ex re
bus ſcientiæ primę. quare non eſt ei
impoſſibile procedere in infinitum .
ſi autem eſſet ſcientia exiſtẽs in ſub
ſtantia noſtra, addita primę ſciẽtię,
non eſſet verus in eo proceſſus ĩ in-
finitum. Ratio autem , quam fece-
runt Philoſophi Loquẽtibus , ex eo
ꝙ Loquentes oẽs confitentur ꝙ ſcĩę
Dei glo. ſunt infinitę, & ſcĩa vna, eſt
qõ ſm opinionẽ dicentis, nõ aũt qõ
H ſm rẽ. & eſt cõtradictio, quã aduer-
ſarij nõ poſſunt euadere, niſi cũ po-
nunt ꝙ ſcientia Dei glo. non aſſimi-
latur in hoc ſcientiæ creatæ. nam ip
ſe nõ ignorat, magis q̃ ille, qui cre-
dit ꝙ ſcientia Dei glor. non differt à
ſcientia creata, niſi in quãtitate tan-
tum, ſ. ꝙ eſt multarum ſcientiarum
tãtum. & omnia iſta ſunt ſermones
topici, & id, quo ſuſtẽtatur, eſt ꝙ ſcĩa
Dei eſt vna , & non eſt cauſatum ex
cauſatis, ſed eſt cã eorum, & res pro-
fecto , cuius cauſę ſunt multæ, eſt ẽt
multa. res vero, cuius cauſata ſunt
multa , nõ ẽ neceſſe vt ſit multa, eo
modo, quo cauſata sũt multa. & ſciẽ
tia prima , non eſt dubium ꝙ nega-
tur ab ea pluralitas, quę eſt in ſcien
tia creata, vt negatur ab ea mutatio
mutatione ſciti. & Loquẽtes ponunt
hoc vnam ex radicibus ſuis. Sed ſer
mones, qui hic dicũtur, ſunt ſermo-
nes topici . Cùm autẽ dixit ꝙ inten-
tio eius hic non eſt notificatio veri-
tatis , ſed intentio eius eſt deſtruere
ſermones eorum , & facere appare-
re rationes eorum falſas , nõ eſt in-
tentio conueniens, niſi hominibus
peſſimis. Et quomodo non erit hoc K
ſic, cùm plurimũ , quod adeptus eſt
iſte homo ex virtutibus , & excel-
lentia , & docuit ſapientiam homi-
nes in eo, quod tribuit eis in compẽ-
diis ſuis, non fuerat niſi ex eo, quod
accepit ex libris, quos poſuerũt Phi-
loſophi, & ex diſciplinis eorum. Et
ponamus ꝙ ipſi errauerunt in vna
re, non tamen ex hoc debemus ne-
gare excellentiam eorum in ſpecu-
latione, & in eo , ꝙ fecerunt exerce-
re intellectum noſtrum . Et niſi fuiſ
ſet eis nihil, niſi Logica, eſſet neceſſe
ei, & omni, qui ſcit hanc artem, lau-
dare eos in ea. & tamẽ ipſe ſcit hoc , L
& contradicit ei. & iam fecit in ea li-
bellos , & dixit ꝙ nemini eſt via ad-
ſciendum veritatem, niſi ex hac ſciẽ
tia: & peruenit ei exaltatio in ea , ita
ꝙ extraxit eam à libris Dei glor. eſt
ne conueniens ei, qui adeptus eſt ex
libris , & doctrinis eorũ illam vtili-
tatem, quam accepit ipſe? Ex eis ita-
que iudicauit homines ſuæ tempe-
ſtatis , & magnificatum eſt nomen
eius in Mauris, vt dicat hunc ſermo
nem, & narret vilitatem eorum ſim-
pliciter, & vilitatem ſcientiarum eo-
rum. &, licet poſuerimus ꝙ ipſi erra-
uerint in aliquibus ex rebus ſciẽtia
rum diuinarum, nos tamen non ra-
tiocinabimur de errore eorum , niſi M
ex canonibus, quos notificauerunt
nobis in ſcientia Logicę, & determi-
namus ꝙ ipſi non vilipenderent nos
de eo, ꝙ ſumus in errore, ſi fuiſſet ſe-
cundum opinionem eorum . quo-
niam intentio eorum eſt notificare
veritatem. &, licet non fuerit eis niſi
hoc intentum , ſufficit hoc in laudẽ
eorum: q̃q̃ nemo dicat in ſcientiis
diuinis ſermonem , cui ſit fidelitas :
& nemo euadit ab errore, niſi is ,

cui

A cui tribuit Deus glor. rem diuinam præter naturam hominis, ſicut ſunt Prophetæ. & neſcio quid lucratus ẽ iſte vir in talibus rebus, peto à Deo veniam de vilipenſione ſermonis, & facti. Quod autem recitauit de credulitate eius, qui ſequitur fidem in his rebus, eſt id, quod dicunt verificantes Philoſophorum. nam ſermo dicentis ꝙ ſcientia Dei, & attributa eius non conſyderantur, & nõ comparantur attributis creaturarum, ita ꝙ dicit ꝙ ſunt ſubſtantia, aut addita ſubſtantiæ, eſt ſermo verificantium ex Philoſophis, & verificãtium B aliorum ex hominibus ſcientiæ, & Deus dirigat ad veritatem.

ALGAZEL.

AIt Alga. Si autem dixerit, hoc dubium ſequitur ſm opinionem Auicẽ. cùm exiſtimauit ꝙ primum ſcit aliud: verificantes vero ex Philoſophis determinauerunt ꝙ ipſum non ſcit, niſi ſeipſum, & auferetur ab eis hoc dubium. Et dicimus labor videtur eſſe dedecus in hac opinione. & niſi eſſet in vltimitate mollitiei, & debilitatis, non dimiſiſſent poſteriores tenere eam. Nos autem oſtendemus modum dedecoris C in ea qm̃ in ea eſt ꝙ cauſata eius eſſent digniora eo. nam Angelus, & homo, & vnaquæq; intelligentiarũ ſcit ſeipſam, & principium ſuum, & ſcit aliud: Primum vero non ſcit niſi ſeipſum: ergo eſt diminutum in comparatione ad quemlibet hominum, quanto magis Angelorũ. immo etiã beſtiæ cum earum ſenſatione ſuiipſius ſciunt alia præter ſe. & nõ eſt dubium ꝙ ſcientia eſt nobilis, & priuatio eius eſt diminutio. Quæro vbi eſt dictum eorum ꝙ ipſum eſt deſyderatum, & deſyderans, & eſt ei gloria perfecta, & pulchritudo adimpleta? D & quęro quę pulchritudo eſt enti ſimplici, non habenti quiditatem, nec verificationem, neq; ſcientiam de eo, quod currit in mũdo, & de eo, quod ſequitur à ſubſtantia eius, & prouenit ab eo: & quę diminutio eſt maior iſta in ſcientia Dei? O q̃ maxime admirabitur intelligens eo, qđ profunde ſpeculati ſunt de intellectis ſm exiſtimationem eorum: deinde finit ſpeculatio eorum ad hoc, ꝙ Deus Deorum, & cauſa cauſatorũ non habet ſcientiam omnino de eo, quod currit in mundo, & quę eſt dif E ferentia inter eum, & mortuum, niſi ꝙ ſcit ſeipſum? & quæ eſt perfectio in ſcientia ſuiipſius, cum ignorauerit aliud? & hæc opinio non indiget in imaginatione dedecoris eius loquela cum Melodia, & Rhetorica. Deinde dixit eis ꝙ iſti non euadunt à pluralitate cum reductione eorum ad hoc dedecus. Nam nos dicimus, aut ſcientia eius eſt alia à ſeipſo, aut eadem. ſi dicitis ꝙ eſt alia, tũc eſt pluralitas. ſi vero dicitis ꝙ ſit eadẽ, quæ ergo eſt differentia inter vos, & dicentem ꝙ ſcientia hominis de ſeipſo eſt ipſemet? & eſt demẽtia, & ſtultitia, cum intelligat eſſe ſui per aliquid F exiſtens in eo, quod non apparet in ſubſtantia eius, deinde auferetur illa occultatio, & excitatur, & reducitur ad ſe, & tunc erit conſyderatio eius de ſeipſo alia a ſubſtãtia eius abſq; dubio. Si vero dicitis ꝙ hõ eſt priuatus ſcientia de ſubſtantia ſua, & innouatur ei, & erit alia ab ea ſine dubio, dicimus ꝙ alietas non ſcitur in innouatione, & copulatione. nam identitas rei impoſſibile eſt vt innouetur ſupra rem, & alietas rei, cũ ſeparetur à re, non redit idem, & non

G exit quin ſit aliud. Si autem primum non defecit eſſe ſciens de ſeipſo, non indicat ꝙ ſcientia eius de ſeipſo eſt ipſummet. & ampliata eſt cogitatiua in conſyderationem ſubſtantiæ, deinde in innouationem conſyderationis. &, ſi hoc eſſet, ipſamet ſubſtã tia nõ potuiſſet imaginari hãc conſyderationem. Si vero dixerit ſubſtantia eius eſt intellectus, & ſcientia, & non habet ſubſtantiam, deinde ſcientia exiſtit in eo, dicimus deluſio eſt manifeſta in hoc ſermone. nam ſcientia eſt attributum: & attributum eſt accidens determinans rẽ, cui attribuitur. & ſermo dicentis eſt
H in ſeipſo intellectus, & ſcientia eſt ſicut dicere eſt poſſe, & voluntas, & ipſum exiſtit in ſe. Si autem hoc dicatur ei, eſt quidem ſicut ſermo dicentis de nigredine, & albedine ꝙ exiſtens in ſe, & quantitate, & quadratura, & trinitate exiſtit in ſe, & ſic in omnibus accidentibus. Attamen via, quæ facit falſitatem, vt ſint attributa corporum in ſe abſque corpore, quod eſt præter attributa in alio, eſt via in ſcientia, ꝙ attributa viuentis ex ſcientijs, & vita, & poſſe, & voluntas etiam non exiſtunt in ſe, ſed exiſtunt in ſubſtantia. nam vita exiſtit in ſubſtantia, & ex ea erit vita eius.
I & ſic ſcientia exiſtit in ſubſtantia, & erit ſciens ex ea. & ſic alia attributa. ergo non ſolũ proferunt primo negationẽ alioꝝ attributorum, & negationẽ verificationis, & quiditatis, ſed ẽt negãt ab eo exiſtentiam in ſeipſo: & id reducunt in veritatẽ accñtium, & attributorum, quæ non hñt exiſtentiam in ſeipſis, ita ꝙ nos declarabimus poſtea diminutionem eorum a producendo rationem, ꝙ ſciat de ſeipſo. & alia quæſtio eſt ſeparata.

AVERROES. K

AIt Auer. Sermo in ſcientia Dei glo. de ſe & de alio eſt prohibitus, cum ſit topice hora diſputationis, quãto magis ponere eum in ſcriptis. nam non peruenit intelligentia vulgi ad tales profunditates. &, cùm diſputatur cum eis in hoc, deſtruitur diuinitas apud eos. quare diſputatio cum eis in hac ſcientia prohibita eſt, cùm ſufficiat in felicitate eorũ vt intelligant in hoc id, quod poteſt percipere intelligentia eorũ. Quare lex, cuius intentio prima fuit docere vulgus, non defecit circa in-

*Quo pacto debeat tradi ſcĩa vulgarib⁹, quõ ſapiẽtib⁹.*

telligentiam harum rerum de Deo L glo. ex eo ꝙ ſunt in homine, ſicut dixit ipſe glo. Non erit tibi Deus alienus. & dixit, Qui non vident, nec audiunt. & dixit Oculos habent, & non vident, ſed indiguit ad faciẽdum intelligere aliqua de Deo glo. aſſimilatione eius inſtrumentis humanis, vt dixit Manus eius fundauit terram, & dextera eius mẽſurauit cœlum. Et hæc quidem quæſtio eſt propria ſapientibus, quos dedicauit Deus veritati. vnde nõ debent poni in ſcripturis, niſi in libris poſitis in via demonſtratiua: & ſunt quorum mos eſt vt legantur ſecundum ordinem, & poſt M acquiſitionem ſciẽtiarum aliarum, quæ impediunt multos homines a ſpeculatione in eis modo demõſtratiuo, cum fuerint perfectæ creationis conuenientis cum paucitate reperiendi hanc creationem perfectam in homine. Sermo autem de his rebus cum vulgo eſt, ſicut qui dat potum venenorum multis corporibus animalium, quibus ſunt venena. nã venena ſunt res appropriatæ: quia aliquod erit venenum proprium alicui animali, quod erit nutrimẽtum

in

A in alio aīali.& ſic eſt diſpoſitio ī opinionibus cum hominibus,ſ.ꝙ aliqñ erit opinio, quæ erit venenum in aliquibus hominibus,& nutrimentum in alijs.& qui ponit ꝙ opiniones omnes ſint conuenientes omnibꝰ hominibus eſt, ſicut qui ponit oīa eſſe nutrimentum omnibus hominibꝰ. & qui prohibet ſpeculationē ab eo, cui dēt tribui eſt, ſicut q ponit cibos oēs venena oībus hoībus. & non eſt ſic,ſed eſt in eis aliquod,quod eſt venenū aliquibus hoībus,& nutrimentum alijs.& qui dat venenū ei, cui ē cōueniēs, debet inculpari, licet fuerit
B alijs nutrimentū. & qui prohibet venenum ab eo, cui eſt nutrimentū, ita ꝙ moritur, debet etiam ei inculpari.& ſm hoc res dēt intelligi hic. & ideo,cū errāt praui,& ſtulti,& dāt venenum ei, cui debet venenum tribui,ita ꝙ ſit nutrimentū,debet Medicus conari in arte ſua ad medēdum ei. Quare licitum eſt nobis loqui de hac qōne in huiuſmodi libro.& niſi eſſet hoc, nō teneremus ꝙ liceret nobis.ſed eſt rebellio expreſſa aut ex rebus maximi fletus in terris, & pœna exprimentium eſt ſcita in lege. Et, cùm impoſſibile ſit quin loquamur
C in hac quæſtione,dicimus in ea, ſm ꝙ requirit vis loquelæ de ea in hoc loco apud eum, qui non eſt aſſuefactus in rebus,in quibus debet ſe exercere ante conſyderationē in hac qōne. Et dicimus ꝙ,cum Philoſophi cōſyderauerunt in oībus cōprehenſibilibus,inuenerunt ꝙ ſunt dupliciter. aliquod.n.eſt comprehenſibile ſenſu,& ſunt corpora exñtia in ſe demōſtrata,& accidentia demonſtrata in corporibus illis: & aliquod comprehenſibile in intellectu,& ſunt quiditates rerum illarum ſenſibilium, &

Via, qua Philoſophi entia conſyderauerūt, eorūq; quiditates, ac accñtia inuenerunt. Vid ſu p. diſpu, 3.

D naturæ earū,ſ.ſubſtantiæ,& accñtia. Et inuenerunt ꝙ ea, quæ habēt quiditates, in rei veritate ſunt corpora. Et intelligimus per quiditates corporum attributa reperta in eis, quibus corpora illa ſunt in actu, & appropriata in aduentu alicuius actionis, & operationibus prouenientibꝰ ex eis. Differunt autem hæc attributa ab accidētibus apud eos: qm̄ inuenerūt accñtia res additas ſubſtantiæ demōſtratæ exiſtenti in ſe, indigentia quidē ſubſtantijs, in quibus exiſtunt, & ſubſtātiæ quidē nō indigēt exiſtentia eorum in eis,ſ.accidentiū.
E Et inuenerūt hæc attributa, quæ nō ſunt accñtia,non addita ſubſtantię, ſed ſunt ipſamet verificatio ſubſtantiæ demonſtratæ,exiſtētis per ſe: ita ꝙ,ſi imaginaretur ablatio illorū attributorum,auferetur ſubſtantia. Et ſciuerūt hæc attributa in entibus demōſtratis,ſ. corporibus ex operationibus vniuſcuiuſq; corporis, ex corporibus illis eis proprijs. exēpli gratia, qm̄ ipſi comprehenderunt attributum,quo fuit planta plāta,ex operatione eius ſibi propria: & attributa,quibus viuens eſt viuens, ex operationibus viuētis ſibi proprijs:& ſic
F comprehenderunt ꝙ ſunt in inanimatis formę huiuſmodi ſibi proprię propter operationes inanimatorum ſibi proprias. Deinde,cùm conſyderauerunt in his attributis, ſciuerunt ꝙ ſunt in ſubiecto huius ſubſtātię. & cognitum fuit eis hoc ſubiectum ex conuerſione entium demonſtratorum ex ſpecie ad ſpeciem,& ex genere ad genus cum conuerſione attributorum, & mutatione eorum. ver.g. conuerſio naturæ ignis ad aerem,cū aufertur attributum, ex quo ꝓuenit operatio ignis, & eſt id, quo

 ignis

G ignis eſt ignis ad attributum, ex quo prouenit operatio aeris ſibi propria & eſt id, quo aer appellatur aer. Et adduxerunt rōnem etiam, ꝙ reperiatur hoc ſubiectū, ex eo ꝙ ſubſtantia demonſtrata patitur ab alio: ſicut aſſumpſerūt rōnē de operatione ex parte formæ, qm̄ impoſſibile eſt vt imaginetᷣ ꝙ ſit actio, & paſſio ex re, quæ ſit vnius naturæ. Et crediderunt ex hoc ꝙ omnia corpora agentia, & patiētia ſunt cōpoſita ex duabus naturis, agēte, & patiente: & appellauerūt agens formā, & quiditatē, & ſubſtātiā: & appellauerunt patiēs ſubiectū, fundamētū, & materiā. & patuit eis

Paſſio ratio fuit inueniendi ſubiectū: opatio vero formā.

H ex hoc ꝙ iſta corpora ſenſibilia non ſunt corpa ſimplicia ſicut apparet ſē ſui, nec cōpoſita ex corporibus ſimplicibus: cùm oē corpꝰ habeat actionem, & paſſionē. Et opinati ſunt ꝙ ea, quæ apprehendit ſenſus ex iſtis, ſunt corpora demonſtrata, cōpoſita quidē ex duobus iſtis: quorum vnū appellauerūt formā, aliud vero materiam. & id qđ cōprehendit intellˀs ex iſtis ſunt formæ, quæ fiūt intellecta, & intellectus, cùm abſtraxerit ea intellectus ex rebus, quibus exiſtunt, ſcilicet eo, quod appellauerūt ſubiectum, & materiam, & eſſe accn̄tium

I diuiditur intellectu in has duas naturas: licet ſubiectum eorū in rei veritate, i. ſedes, in qua fuerint, ſint corpora cōpoſita ex his duobꝰ. Et, cùm diſtinctæ fuerūt apud eos res intellectuales à rebus ſenſibilibus, & declaratum fuit eis ꝙ ſunt in ſenſibilibus duæ naturæ, quarū vna eſt potentia alia vero actus, cōſyderauerūt quæ duarum naturarum pręcedit aliam: & inuenerunt ꝙ actus pręcedit potētiam, cùm agens ſit prius acto. Et conſyderauerūt in cauſis, & cauſatis,

& finitur proceſſus in eis ad cauſam primā, quę eſt in actu, & eſt cauſa prima oīum cauſarum, & affirmauerunt ꝙ ſit actus purus, & ꝙ in ea nihil ſit potentiæ omnino. nam, ſi eſſet in ea potentia, eſſet cauſata aliquo modo, & cauſa aliquo modo, & non eſſet prima. Et, qm̄ omne compoſitum ex attributo, & re cui attribuitᷣ, eſt in eo potentia, & actus, ſequitur apud eos vt non ſit Primum, compoſitum ex attributo, & eo, cui attribuitur. &, cum fuerit apud eos oē, quod eſt immune à potentia, intellectus, ſequitur apud eos, vt Primum ſit in- K

tellectus. Hæc eſt via Philoſophorū concluſa breuiter. L Si autem fueris ex hoībus perfectę creationis diſpoſitæ ad recipiendum ſcientias, & eris ex hoībus conſtantiæ, & ocij, iubeo profectò tibi vt incumbas libris Philoſophorum, & ſcientijs eorum, ad hoc vt habeas id quod eſt in libris eorum ex veritate, aut cōtrario eius. Si vero fueris ex eis, quibus deficit vnum horum trium, iubeo vt incumbas dictis ſimplicibus legis, & nō cōſyderes in his credulitatibꝰ, quæ fiūt in Mauris. nam, ſi tu eris ex eis, non eris quidem nec ex hominibus veritatis, nec ex hominibus legis. & hoc M eſt, quod mouit iſtos homines ad credendum ꝙ hæc ſubſtantia, quam inuenerunt, ſit principium mundi; & ꝙ ſit ſimplex, & ꝙ ſit ſcientia, & intellectus. Et, qm̄ viderunt ꝙ ordo hic repertus in mūdo, & partibꝰ eius ꝓuenit ex ſcientia præcedenti, determinauerunt, ꝙ hic intellectus, & ſciētia ſit principium mūdi: qđ fuit cauſa vt reperiatur, & vt ſit intellectum & hoc profectò eſt diſtans à primis notitijs, & rebus famoſis, ita quod impoſſe eſt vt exponatur vulgo etiā, & multis

A & multis ex hoībus: & eſt prohibitum ei,cui eſt veritas patefacere hoc ei,cui non eſt via ad habendum veritatem. nam eſſet, ac ſi interfeciſſet eum. Appellant autem ſeparatum à materia ſubſtantiā: quoniam inuenerunt definitionem propriam ſubſtantiæ, quòd eſt id, quod exiſtit per ſe: &, cùm primum ſit cauſa omnis eius, quod exiſtit per ſe ex entib⁹, ideo eſt dignius noīe ſubſtātiæ,& noīe entis,& noīe ſcientis, & nomine viuētis, & oīum rerū, quas influxit entibus,& pręcipue, & quicquid eſt earum ex attributis perfe-
B ctionis. Reliquum vero, in quo vituperauit iſte vir hanc opinionem, eſt res, cui nō eſt inſpiciendum niſi à vulgo,& vilibus hominibus: & sūt quibus prohibitū eſt eis audire hūc ſermonem. Et, cùm dixit,& quæ pulchritudo eſt enti ſimplici, non habenti quiditatem, nec verificationem, nec ſcientiam eius,quod fit in mundo? nec eius,quod ſequitur ex ſubſtantia eius, & prouenit ab ea? vſq; ad finē ſermonis,eſt ſermo corruptus totus. Nam,ſi ipſi ponerent quiditatem remotam à ſubiecto,tūc profecto erit remota ab attributis,
C & non erit ſubiectum attributis,niſi eſſet in ſubiecto, & eſſet compoſita ex natura potentię, & natura actus. Et ē habēs quiditatē,quę eſt ſimpliciter, & entia non erunt habētia quiditatem,niſi mediante ea. Et eſt ens ſcientiæ de entibus ſimpliciter: qm̄ entia ſunt intellecta, & reperta ex ſciā eius de ſeipſo: nā cum fuerit ipſum cauſa quòd entia reperiantur, & ſint intellecta,& ſunt entia in quiditatibus ſuis, & intellecta propter ſcientiam eius, ergo ipſum eſt cauſa q̄ quiditates eorum reperiantur,

*Intellect⁹ prim⁹ habet quiditatē ſimpl'r: reliqua vero entia habēt quiditatem ea mediāte.*

& ſint intellecta. Philoſophi autem D negauerunt de eo q̄ ſit ſcientia eius de entibus,vt ſciētia hoīs de eis, qui eſt cauſatus ab eis. ergo ſcientia eius de entibus eſt in contrarium ſcientiæ hoīs, cùm fuerit facta demonſtratio de hac ſpecie ſciētiæ, attamē ſ͞m opinionem ſectæ Aſſarię nō habet oīno quiditatem,nec ſubſtantiā qm̄ eſſe ſubſtantiæ non habētis quiditatem,nec q̄ ipſa ſit quiditas, non intelligitur: licet quędā pars Aſſarię ſectæ opinetur q̄ ſit quiditas ei propria, qua diſcernitur ſubſtātia eius ab aliis entib⁹. & hęc quiditas apud Sophios eſt quod ſignificatur ꝑ nomen Dei magni. Cum autem dixit E iterū dicatur iſtis nō euadunt à pluralitate cū reductione eorū in hanc vilipenſionem, nā nos dicimus aut ſciētia eius eſt alia à ſubſtātia eius, aut eſt eadem. ſi dicitis q̄ ſit alia, ecce q̄ eſt pluralitas. ſi vero dicitis q̄ ſit eadem, quæro quę differentia eſt inter vos, & dicentē q̄ ſcientia hoīs de ſeipſo eſt ipſemet, eſt profecto ſermo in vltimitate mollitiei, & debilitatis.& qui loquitur in eo eſt dignior hoībus verecundia, & vituperio: qm̄ eſt inconueniens vt perfe- F ctum remotum ab attributis innouationis,& mutationis, & diminutionis ſit in denominatione diminuti,& mutabilis. nā homo, ex eo q̄ eſt quid compoſitum ex ſubiecto,& ſcientia reperta in hoc ſubiecto, neceſſe eſt vt ſit ſcientia eius alia à ſubſtantia eius aliquo modo, vt dictū eſt, cùm ſubiectum ſit cauſa mutationis ſcientię, & ſubſtātię. Et,quoniam homo eſt homo, & dignior omnibus entibus ſenſibilibus, propter intellectum copulatum ſubſtātiæ ſuæ,non ex ſeipſo, neceſſe eſt vt

G ille, qui eſt ex ſeipſo intellectus, ſit dignior omnibus entibus, & ſit remotus ab omni diminutione, quę reperitur in intellectu hominis. Et, cū dixit, ſi autem dicatur ſubſtantia eius eſt intellectus, & ſcientia, nec habet ſubſtantiam, & poſtea ſcientiam exiſtentem in ea, dicimus ꝙ ſtultitia apparet in hoc ſermone, nam ſcientia eſt attributum, & accidens determinans rem, cui attribuitur. Et ſermo dicentis de nigredine, & albedine, & eo, quod exiſtit ex ſe, & quātitate, & quadratura, & trinitate ꝙ cōſiſtat in

H ſe, & ſic in oībus accidentibus, vſq; ad, & ſic ī aliis attributis, dicimus ꝙ malignitas, & fallacia magis videt̃ in ſermone eius. quoniam declaratum eſt, ꝙ reperitur aliquod attributum, quod eſt dignius appellari ſubſtantia, quàm ſubſtantia exiſtēs per ſe, & eſt attributum, quo hęc ſubſtātia, exiſtens per ſe, exiſtit per ſe.; nam declaratum eſt ꝙ ſubiectum huius attributi non eſt aliquid exiſtens ꝑ ſe, nec repertum in actu, ſed ineſt ei exiſtētia per ſe, & eſſe in actu ex hoc attributo, & eſt ī ſuo eſſe modo, quo

I ſit recipiens accidētia, licet appareat in aliquo eius ꝙ indigeat ſubiecto in rebus, quę mutantur. quia fundamentum in accidentibus eſt vt exiſtant in alio: & fundamentum in quiditatibus vt exiſtant in ſe, niſi id, quod euenit hic in rebus generabilibus, & corruptibilibus de indigētia quiditatum earum ſubiecto. & hoc profecto attributum eſt diſtantiſſimum omnium à natura accidētiū: & aſſimilari apud eum ſcientiam, quæ eſt ibi accidentibus, quæ ſunt hic, eſt in vltimitate mollitiei: & eſt quid debilius, & leuius ſermone eiꝰ, qui dicit animam eſſe accidens, vt trinitatem, & quadraturam. Et hoc K

ſufficiat in deſtructione huiꝰ ſermonis totius, & debilitatis eius. Et appellatur hic liber Deſtructio ſimpliciter, nō autem deſtructio Philoſophię. O quantum eſt diſtans natura ſcientię à natura accidentis, & præcipue ſcientia primi glo. & cùm fuerit in vltimitate diſtantiæ à natura, accidens eſt in maxima remotione indigentię ſubiecti.

## DISPVTATIO VII.

### De deſtructione ſermonis eorū, quod primum impoſsibile eſt L
### vt communicet cum alio in genere, & ſeparetur ab eo differētia aliqua: & quod non dirigitur ad id verificatione intellectus diuiſio in genus, & differentiā.

ALGAZEL.

AIt Alga. Et determinauerunt in hoc, & ædificauerūt ſupra id, ꝙ cùm non com- M

municetur cū alio in re generica, non ſeparatur ab ea in re differentiali. ergo non erit ei definitio. nam definitio fit à genere, & differētia, & quicquid nō habet compoſitionem non hēt definitionē, & hęc quidē ē ſpēs compōnis. Et exiſtimauerūt ꝙ ſermo dicentis ꝙ in eo, ꝙ ęquat̃ cauſato primo, cùm ſit ens, & ſubſtātia, & cā alterius, & ſeparatur ab eo ī alio, abſq; dubio nō eſt cōicatio in gn̄e, ſed eſt cōicatio in conſequenti vl̄i.

Et

**A** Et eſt quidem differentia inter genus, & conſequens in rei veritate, licet non differant in vniuerſalitate vt ſcitum eſt in Logicis. nam genus ſubſtantiale eſt vniuerſale dictum cum reſponſione quid eſt, & ingreditur in quiditatem rei definitæ, & notificat ſubſtantiam eius. eſſe em̄ hominẽ animal, ingreditur in quiditatẽ hominis, ſ. vita, & eſt genus: eſſe vero genitum, ſeu creatum eſt quid conſequens ei, à quo non ſeparatur omnino, ſed non ingreditur in quiditatem, licet fuerit cõſequens vniuerſale. & ſcitur hoc in Logicis **B** ſcientia vera, quæ non latet. Et exiſtimauerunt ꝙ eſſe non ingreditur omnino in quiditatem rerum, ſed eſt relatum quiditati, aut copulatũ, quod non ſeparatur, vt cœlum, aut quid ſuperueniens, poſtquã nõ fuerat, vt res innouatę. ergo communicatio in eſſe non eſt communicatio in genere, ſed communicatio eius, ex eo ꝙ eſt cauſa alterius, ſicut ſunt aliæ cauſę, eſt communicatio relatiue, & conſecutiue. & nõ ingreditur etiam in quiditatem. nam principium, & eſſe non facit vnumquod- **C** que eorum conſiſtere ſubſtantiam, ſed conſequuntur ſubſtantiam poſt conſtitutionem ſubſtantiæ per partes quiditatis eius. & non eſt cõmunicatio in eo, niſi communicatio in conſequenti vniuerſali, quod ſequitur ſubſtãtiam conſecutionis eius, non autem in genere. quare nõ definimus res, niſi per conſtituentes eas. ſi vero definimus per cõſequentes, erit deſcriptio ad diſcernendum, non ad formandũ veritatem rei. nam non dicitur in definitione trianguli quòd eſt is, qui habet tres angulos ęquales duobus rectis, licet hoc fuerit conſequens vniuerſale **D** omnibus triãgulis: ſed dicitur ꝙ eſt figura, quam circundant tria latera. Et ſit eſt communicatio in eo ꝙ ſit ſubſtantia. nam eſſe ſubſtantiam eſt ꝙ ſit ens non in ſubiecto: ens autem non eſt genus. cùm enim copuletur ei aliquid negatiuum, & eſt ꝙ non ſit in ſubiecto, non fit genus cõſtitutiuum: ſed, ſi copulentur ei conſequẽtia eius, & dicitur ens in ſubiecto, non numeratur quidem genus per accidens. nam qui ſcit ſubſtantiam per definitionem eius, quæ eſt quaſi deſcriptio eius, & eſt quòd eſt **E** ens non in ſubiecto, nõ ſcit quòd ſit ens, quanto magis vt ſciat ꝙ ſit in ſubiecto, aut non in ſubiecto. ſed cũ dicimus in deſcriptione ſubſtantiæ ꝙ eſt ens non in ſubiecto, intelligimus ꝙ ſit verum quòd reperit ens non in ſubiecto, & nõ intelligimus ꝙ ſit ens in actu diſpoſitione abſtractionis: ergo non eſt communicatio cum eo cõmunicatio in genere. ſed communicatio per conſtituentes quiditatem eſt communicatio in genere, ducens ſeparationem poſtea cum differentia. Primum vero **F** non habet quiditatem, niſi eſſe neceſſarium. nam eſſe neceſſarium eſt natura verificationis eius, & quiditas eius in ſe eſt ei, & non alteri. &, cùm neceſſitas in eſſe non fuerit natura vera, & quiditas in ſe, niſi communicet cum alio, & non ſeparatur ab eo differentia ſpecifica, ergo non habet definitionem.

AVERROES.

Ait Auer. Hæc eſt ſumma eius quod recitauit nomine Philoſophorum in hoc ſermone, & in eo eſt veritas, & in eo eſt falſitas. Cum

autem

G autem dicunt ꝙ Primum impoſſibile eſt vt communicet cum alio in genere, & ſeparetur ab eo differentia, ſi intelligunt per genus, quod dicitur vniuoce, eſt verum. & ſic differentia, quę dicitur vniuoce, quoniã omne, quod eſt huiuſmodi, eſt compoſitum ex forma vniuerſali, & particulari. & hoc eſt id, cui reperitur definitio. Si vero intelligunt per genus genus dictum per prius, & poſterius, reperitur ei genus, & eſt ens exempli gratia, aut res, aut eſse, aut ſubſtãtia. & iam erit ei definitio ex hac ſpecie definitionis. nam talibus definitionibus vtimur in ſcientiis,
H vt dicitur in definitione animæ ꝙ ſit perfectio corporis naturalis, organici. & ſicut dicit in definitione ſubſtantiæ ꝙ eſt ens non in ſubiecto. Attamen iſtæ definitiones non ſufficiunt in notificatione rei, ſed faciunt ad dirigendũ ex hoc ad vnũquodq; eorum, quæ ingrediuntur ſub talibus definitionibus, & ad imaginationem eius cum eo, quod eſt ei proprium. Cum vero dixit nomine Philoſophorum quod nomẽ entis ſignificat de ſubſtantiis rerũ conſequẽs vniuerſale, eius eſt ſermo falſus.
I nam declarauimus hoc in multis locis, & nemo eorum dixit hoc, niſi Auicenna tantum. quoniam, cũ eſt inconueniẽs apud eum vt ſit genus dictum vniuoce, & eſt inconueniens quoq; apud eum vt ſit nomen æquiuocum, exiſtimauit ꝙ ſit nomen ſignificans conſequens vniuerſale rebus. & quicquid dixerint de ſubſtantia, ſequitur de conſequẽti, licet conſequens non dicitur de eo cum reſponſione quid eſt. Vlterius, ſi ſignificaret conſequens rerũ, aut ſignificaret hoc conſequens

K vniuoce, aut æquiuoce, aut conſecutiuo alio. Si ſignificaret vniuoce, q̃ro quomodo reperitur accidens, dictũ vniuoce de rebus diuerſis in ſubſtantia. & puto ꝙ Auicenna concedit hoc. & eſt falſum, quoniam erit rerũ diuerſarum aliquid, quod eſt vniuocum, & vnum, nõ ex eo quod res illæ diuerſæ conueniunt in vna natura. nam ſequitur neceſſario vt ſit conſequens vnum naturę vnius, ſicut actio vna prouenit etiam à natura vna. &, cum hoc fuerit falſum, ergo nomẽ entis ſignificat de rebus ſubſtantias propinquas adinuicem,
& aliqua in hoc perfectior eſt alia. L
quare res, quarum eſſe eſt tale, eẽ in eis eſt primum, quod eſt cauſa aliorum, quæ recipiuntur in hoc genere. ver. g. cum dicimus calidum dicitur ſecũdum prius de igne, & poſterius de rebus calidis. & quod dicitur ſecundum prius de eis, & eſt ignis, eſt cauſa vt alia ſint calida. & ſic eſt in intellectu, & principio, & ſubſtãtia, & ſimilibus nominibus. & pluri mæ naturarũ eius, quod comprehendit ſcientia Diuina, ſunt huius generis, & nomina talia reperiuntur in ſubſtãtiis, & reperiuntur in accidentibus. M
Quod autem dixit de deſcriptione ſubſtantiæ nihil eſt. ſed ens eſt genus ſubſtantiæ, aſſumptũ in definitione eius eo modo, quo aſſumuntur genera harum rerum in definitionibus earum. & iam declarauit hoc Alpharabius in libro ſuo de demonſtratione. & id, quod eſt apud Philoſophos, eſt dignius hoc. Auicenna autem errauit. quoniam, cum ipſe vidit ꝙ nomen entis ſignificat verũ idiomate Arabico, & qđ ſignificat verum ſignificat accidens ꝓculdubio, ſed in rei veritate ſignifica

A ficat verificationem intellectorum ſecundorum,ſ.rationabilium,exiſtimauit ꝙ, cum vtuntur eo translatores,ſignificat hoc idem. & nõ eſt ſic, ſed intelligunt per id translatores ſignificare id, quod ſignificat nomen ſubſtantiæ,& rei. Et iam declarauit hoc Auiyeſa in libro nominum, & notificauit ꝙ vna cauſarũ errorum euenientium in hoc eſt, quoniam nomen entis eſt in figura deriuati, & deriuatum ſignificat accidens. Attamen in rei veritate eſt in radice idiomatis deriuatum. ſed quoniam B translatores nõ inuenerunt in idiomate Arabico vocabulum ſignificans id, quod diuidunt Antiqui in ſubſtantiam & accidens, & potentiã & actum.ſ.vocabulum,quod ſit prima radix,& nõ deriuatum,ideo protulerunt aliqui eorum per nomẽ entis,non quod intelligatur de eo deriuatum,quod ſignificat accidens, ſed id, quod ſignificat nomen ſubſtantiæ,& eſt nomen artificiale, non autem idiomaticum. Et aliquis eorum propter dubium,quod euenit in hoc decreuit vt proferat rem, quam intelligit idioma Græcum dicere de eo,proferẽs per dictionem entis id, C quod ſignificat copulam prædicati cum ſubiecto. quoniam vidit quòd hoc eſt propinquius ſignificationi huius rei. & vſus eſt loco nominis entis nomine eſſe. ſed ipſum etiam eſt diuerſum ab hac dictione aliquo regimine, quod non reperitur in Arabico. quare inclinauit alia ſecta ad nomen entis. ens vero, quod eſt verum,eſt cuius intelligentia eſt diuerſa ab intelligentia quiditatis. & propter hoc aliquis poteſt ſcire quiditatem, & non ſciet eẽ. & hoc eſt aliud à quiditate in compoſito de neceſſitate. D Attamen ipſum, & quiditas in ſimplici eſt idem, non autem id, qđ ſignificauerunt translatores per nomen entis. nam eſt ipſamet quiditas. Et,cum dicimus ꝙ entis aliquod eſt ſubſtantia, & aliquod accidens, debet intelligi per ens, id, qđ ſignificant translatores, & eſt ſignificatio dicta p̃ prius & poſterius de ſubſtantijs rerum diuerſarum. Et,cum dicimus ꝙ ſubſtantia eſt ens, debet intelligi id, quod intelligitur de vero. & ſic etiam,cum intelligimus de interrogatiõe famoſa apud Antiquos. & eſt an ens eſt vnum,aut plura. & eſt de qua loquitur Ariſt. cum Parmenide,& Meliſſo ex Antiquis Primo Phyſicorum. E & non debet intelligi de hoc, niſi id, quod ſignificat ſubſtantia. ſi enim ens ſignificaret accidens in ſubiecto, erit ſermo dicẽtis ꝙ ens eſt vnum contradicens ſibi ipſi.& hoc totũ eſt manifeſtũ ei, qui aſſuetus eſt in libris Philoſophorũ. Et, cum compleuit adaptare ſermonem eorum,incœpit dubitare eis.

### ALGAZEL.

Ait Alga. Hæc eſt intelligentia opinionis eorum,& ſermo contra eam eſt dupliciter interrogatio, F & deſtructio. interrogatio autem eſt vt dicatur eis hæc eſt narratio opinionis,quæro vnde ſciuiſtis hoc eſſe falſum in Primo? adeo quòd ædificaſtis ſuper illud remotionem ſecũdationis, quoniam dixiſtis ꝙ Deus non debet communicare cum alio, & ſeparari ab eo in aliquo: & id, in quo eſt aliquid, quo communicat cum alio ſeparatur ab eo, eſt compoſitum, & compoſitio in eo eſt falſa.

G AVERROES.

Ait Auer. Iam dixi q̄ hoc ſequitur propter communicationē quæ reperitur ex parte generis dicti vniuoce, non autem ex parte generis dicti ſecundum prius & poſteri⁹. & cum ponitur cum Deo Deus in gradu Primi in deitate, tunc erit nomen Dei dictum de eis vniuoce. ergo eſt genus. & oportet vt diuidātur abinuicem aliqua differentia, & erit quilibet eorum compoſitus ex genere, & differentia. Philoſophi autem non concedunt de ente antiquo aliquam communicationem in genere omnino. Si vero dicitur de eo ſecundum prius, & poſterius, neceſſe ē vt prius ſit cauſa poſterioris. H

ALGAZEL.

Ait Alga. contradicens eis. Et dicimus, hæc ſpecies compoſitionis vnde ſcitis q̄ ſit falſa? & non eſt ratio de hoc, niſi ſermo recitatus nomine eorum de ablatione attributorum, & eſt q̄ compoſitum ex genere, & differentia aggregatur ex partibus. &, ſi poſſibile eſſet alicui partium, aut omnibus eſſe abſque alia, erit ipſa neceſſarium in eſſe, alia vero non erit neceſſarium. &, ſi nō eſt verum eſſe partium præter aggregatum, & aggregati præter partes, erit totum cauſatum, indigens alio. & iā locuti ſumus de eo in attributis, q̄ hoc nō eſt falſum in ceſſatione emanationis. & demonſtratio non infert niſi ceſſationem emanationis. Magnificationes autem, quas falſo inuenerunt de neceſſitate attributi neceſſarij in eſſe, hoc quidem non demonſtrat ratio. &, ſi eſſet neceſſarium in eſſe id, quod dixerunt ipſi, & eſt q̄ non ſit in eo pluralitas, tunc non indigeret in conſiſtentia eius I alio: igitur non eſt probatio de affirmatione neceſſarij in eſſe, ſed probatio de ceſſatione emanationis cāſarum. & hoc eſt, cui reſpondemus in attributis. & eſt in hac ſpecie magis manifeſtum. nam diuidi aliquid in genus, & differentiam non eſt ſicut diuidi aliquid in attributum, & id, cui attribuitur. nam attributum eſt aliud à ſubſtantia, & ſubſtantia alia ab attributo. ſpecies vero non eſt alia à genere omnimode. &, quotienſcunque nominamus ſpeciem, nominamus genus cum additione. &, cū nominamus hominem non nominamus niſi animal cum additione rationis. Igitur ſermo dicētis an humanitas ſufficeret abſque animalitate eſt, ſicut ſermo dicentis an humanitas ſufficiat in ſeipſa, cum includitur cum ea aliquid aliud. & hoc remotius eſt à pluritate, quàm ſit attributum, & id, cui attribuitur. Et q̄ro quomodo erit falſum, vt ceſſet emanatio cauſatorum ad duas cauſas, quarum vna eſt cauſa cœli, & alia cauſa elementorum, aut vna eſt cauſa intelligentiarum, & alia cauſa corporum omnium, & erit inter ea dr̄ia in re, vt eſt dr̄ia rubedinis, & calidi in eodem ſubiecto, quæ differunt re, abſque eo q̄ ponatur in rubedine compoſitio generis, & differentiæ, modo, quo recipit ſeparationem: ſed, ſi fuerit ei pluralitas, ē ſpecies pluralitatis, quę non ingreditur in eſſe ſubſtantię: quæro quomodo hoc erit falſum in cauſis? & cum hoc declarabitur eos non poſſe remouere duos Deos agentes. K L M

AVERROES.

Ait Auer. Compoſitio autem, quæ eſt inter genus, & differētiam, eſt eadē cōpoſitio, quæ eſt rei,

quę-

A quę eſt in potentia,& rei, quæ erit in actu. qm̄ natura, quam ſignificat genus non reperitur in actu aliquo tempore, niſi ex natura, quæ appellatur differentia,& forma. & omne id, quod eſt apud homines compoſitum ex duabus iſtis naturis, eſt generabile,& corruptibile,& habet agēs. nam differentia eſt ex conditione eſſe generis, in eo ꝙ eſt in potentia, & non reperitur nudum differētia. & copulatio vniuſcuiuſq; eorū alteri ē aliquo mō; cōdō in eſſe alterius. & idē impoſſe eſt vt ſit cauſa cōditionis eſſe ſuiipſius, ergo eſt ei de neceſſitate cauſa,& eſt illa, quæ tribuit B ei eſſe, cum copulauerit cōditionem cōditionato. Et apud eos etiam eſt vt recipiens in rei veritate ſit id, qđ eſt potentia tantum. nam, ſi eſſet actus, eſt per accidens: receptum vero eſt id, quod eſt actus. &, ſi eſſet actus, eſt per accidēs. nam nō diſcernitur, & cognoſcitur receptū in eo à recipiente, niſi ex eo ꝙ vnum eorū eſt in potentia alterius rei, & eſt in actu res recepta: & oē, qđ eſt in potētia alterius, neceſſario recipit illud aliud,& ſpoliatur à re, quę ē in actu. & ideo, ſi reperitur hic recipiens in actu,& receptum in actu, ambo qui- C dem exiſtunt in ſe: ſed recipiens eſt corpus neceſſario: nam receptio reperitur prius corpori, aut ei, quod ē in corpore. accidentia. n. non attribuitur eis receptio, nec forma, nec ſuperficies, nec linea, nec punctus, nec vniuerſaliter id, quod non diuiditur. agens autem non in corpore iam declaratum eſt demonſtratiue: recipiens vero nō corpus, nec in corpore eſt falſum. Sed id, de quo dubitauerunt circa intellectum, qui eſt ī potentia, eſt, quoniam, cum compo-

D ſitum ex attributo,& eo, cui attribuitur, non additur ſubſtantiæ, erit generabile,& corruptibile, & erit corpus neceſſario. ſi autem eſſet compoſitum ex eo, cui attribuitur, & attributo additis ſubſtantiæ, abſq, eo ꝙ ſit in eo potentia in ſubſtantia, nec potentia ad attributum illud, vt dicunt Antiqui de corpore cœleſti, neceſſe eſt vt ſit habens quantitatem, & vt ſit corpus. nam, ſi auferetur corporeitas a ſubſtantia illa ſubiecta attributo, auferet́ab eo ꝙ ſit recipiens ſenſibile: & ſic auferetur comprehenſio ſenſus illius attributi, & fient attributum, & id, cui attribuitur ambo intellectus,& fient idem ſimplex: E qm̄ intellectus,& intellectum iā apparet de eis, ꝙ ſunt idem, cum pluralitas ſit eis per accidens, ſ. ex parte ſubiecti. Demum homines ponere ſubſtantiam,& attributa addita ſubſtātię nihil aliud eſt niſi ponere corpus antiquum, & accidentia poſita in eo. Et ipſi non conſyderant ꝙ, cū ipſi auferunt quantitatem, quæ eſt corporeitas, aufertur ꝙ ſit in eo aliquid ſenſibile, non autem ꝙ non ſit ibi nec ſubiectum, nec prædicatū. ſi vero ponerent ſubiectum, & prædicatum ſeparata a materia, & corpore, ſequeretur vt ſit intelligens,& in- F tellectum. & id eſt vnum, ſimplex, & verum. Cum autem dixit ꝙ fallacia eorum tota eſt: quoniam eſt ex appellatione eorum neceſſarium in eſſe: &, cum fecerit loco huius id, quod non habet cauſam, non ſequitur primo id, qđ intulerunt ex attributis ſequentibus neceſſario in eſſe, non eſt verum. qm̄, cū poſitum fuerit ens non habens cauſam, neceſſe ē vt ſit neceſſarium ex ſe: ſicut compoſitum, cum fuerit neceſſarium ex

ſe, ne-

G ſe, neceſſe eſt vt non ſit ei cauſa: &, cum non fuerit ei cauſa, multo dignius eſt vt non diuidatur in duo. ſ. cauſam, & cauſatum. Poſitio autem Loquentium ꝙ Primum ſit compoſitum ex attributo, & eo, cui attribuitur, determinat ꝙ ſit ei cauſa agẽs. ergo non erit cauſa prima, nec neceſſarium in eſſe, & eſt contrariũ eius, quod poſuerunt, ꝙ ſit ex entibus, in quibus fiunt attributum, & id, cui attribuitur idem ſimplex. & hic non debemus reiterare quod dictum eſt de eo ſuperius, & protelare ſermonem in eo. Ad id autem, quod dixerunt quòd Deus glo. ſi non eſt falſum dicere de eo ꝙ ſit compoſitus
H ex eo, cui attribuitur, & attributo addito ei, multo dignius eſt vt non ſit falſum dicere ꝙ ſit compoſitum ex eo, cui attribuitur, & attributo, quod eſt idem, quod id, cui attribuitur, iam profecto diximus quõ eſt falſum, & quomodo non eſt falſum & eſt, quia ſunt ſeparata à materia. Cum autem dixit ꝙ demonſtratio eorum de ablatione ſecundationis non prohibet quin ſint hic duo Dij, quorum Vnus eſt cauſa cœli, exempli gratia, & alius cauſa terræ: aut
I vnus eorum cauſa intellecti, & alius cauſa ſenſibilis ex corporibus: & erit inter eos dr̃ia non determinans contrarietatem, ſicut dr̃ia, quæ eſt inter rubedinem, & caliditatem, quæ reperiuntur in vno, & eodẽ ſubiecto. Et eſt ſermo non verus. nam, cum tribuitur innouatio entis, & principium eius naturæ vni, & ſubſtantiæ vni, non diuerſis naturis, neceſſe eſt vt, cum ponitur aliquid illius naturæ, ęquale in natura, & intellectu naturæ primi, vt ſint communicantes in attributo, & differentes in attribu-
K to. & id, quo differũt, aut erit ex ſpecie dr̃iæ hoĩum, aut ſpecie dr̃iæ ſpecierum. ſi ex ſpecie dr̃iæ ſpecierum, dr̃ de eis nomen Dei æquiuoce. & hoc eſt aliud ab eo, quod poſitũ eſt. nam ſpecies cões in vno genere ſunt aut contraria, aut ea, quæ ſunt inter contraria. & hoc totum eſt falſum. ſi vero fuerit dr̃ia eorum in indiuiduo, ergo ambo ſunt in materia. & hoc eſt contra id, ad quod conuenerunt. Attamen, ſi poſitum fuerit ꝙ hæc natura fuerit nobilior alia, & dicitur de eis ſecundum prius, & poſterius, ergo natura primi erit nobilior
L ſcdo, & ſcd̃m eſt cauſatum ab eo neceſſario, adeo ꝙ erit, exempli gratia innouans cœlum innouans cauſam quæ innouauit elementa. & hæc eſt poſitio Philoſophorũ. & ambæ poſitiones reducuntur ad poſitionẽ cauſæ primæ. ſ. eius, qui ponit ꝙ Primũ agit mediantibus multis cauſis, aut qui ponit ꝙ Primum eſt cã ex ſe omnium rerũ diuerſarũ immediate.

Veruntamen hoc non eſt poſſibile apud Philoſophos. qm̃ eſt notum per ſe ꝙ mundi conſiſtunt ex cã, & cauſato. & conſyderatio de his cauſis finit apud nos ad cauſam primã
M omnium. &, ſi nõ eſſent omnia iſta principia diuerſa, aliquod eorum ꝓueniens ex aliquo, ſ. ꝙ aliquod non eſſet cauſa alicuius, non eſſet in mũdo aliquid vnum, & copulatum. & quod ſignificauit illud eſſe falſum, eſt, cum dixit Deus glo. Videte nũc ꝙ ego ego ſum, & non ſunt Dei mecum: ego autem facio mori, & viuifico. i. ſignificat ꝓceſſus entitatis deſtructionem communicationis. nã, ſi eſſet ibi alius Deus, tunc corrumperetur totũ, & eſſet ibi deſtructio, & non reparatio.

A ALGAZEL.

Ait Alga. Si autem dixerit hoc eſt falſum, qm̄ id, quo eſt differentia inter duas ſubſtantias, ſi eſſet cōditio in neceſſitate in eſſe, neceſſe eſt vt reperiatur vnicuique neceſſario in eſſe, ergo non differunt. Si vero hoc non eſt conditio, nec aliud conditio: ergo omne id, quod non conditionatur, in neceſſario in eſſe eius eſſe ſufficit abſq; illo, & perficietur neceſſarium in eſſe ꝑ aliud. Dicimus hoc, quod dixiſtis de attributis, iam locuti ſumus de eo, Et facit inuolutionem in hoc toto dictio B neceſſarij in eſſe, & proiiciamus eā. quoniam nos non cōcedimus ꝙ ratio ſignificat neceſſarium in eſſe, niſi intelligimus per id, ens non habēs agens antiquum. ſi vero hoc intelligimus, omittemus dictionem neceſſarij in eſſe, & declarabimus ꝙ ens Antiquum, non habens cauſam, eſt falſa in eo numeratio, & differētia: & non erit de hoc probatio, & remanebit ꝙ dictum eorū eſt, an hoc ſit conditio, cum non habuerit cām. Et eſt error manifeſtus. nā non ha- C bens cauſam declarauimus ꝙ non dicitur non habere cauſam, vſquequo perquiratur conditio eius, & eſt ſicut ſermo dicentis an nigredo ſit conditio vt ſit color color. &, ſi erit conditio, tunc rubedo non erit color. Et dicitur in rei veritate quòd non conditionatur aliquod eorum, ſ. in affirmatione verificationis coloreitatis in intellectu. in eſſe vero eius erit conditio vnius eorum, non autem demonſtrati. cum impoſſibile eſt vt ſit genus entis, quod nō habeat differentiā. & ſic etiam qui cōſtituit duas cauſas, & ceſſat emanatio in eis, dicit quòd differūt in differentia, & quelibet differentiarum D quidem eſt conditio conſecutionis abſque dubio, attamen non in demonſtrato.

AVERROES.

Ait Auer. Summa huius eſt id, quod recitauit, inferens quidem rationes contra Philoſophos. quoniam ipſi dicunt nō euadit differētia, qua eſt ſecundario in neceſſario in eſſe, quin ſit cōditio neceſſarij eſſe, aut ſit differentia, quæ nō erit conditio neceſſarij eſſe &, ſi differentia qua differunt, fuerit conditio neceſſarij eſſe in definitione vniuſcuiſque eorum, & nō differunt E in neceſſario, eſſe igitur neceſſariū in eſſe eſt vnum neceſſario. quemadmodum ſi eſſet nigredo conditio in eſſe coloris, & albedo cōditio in eſſe coloreitatis, non differunt quidem in coloreitate. ſi vero differentia, qua differunt, non ingredietur in neceſſarium eſſe, erit neceſſitas eſſe vnicuique eorum per accidens, & ſunt duo, non ex eo ꝙ vnumquodque eorum eſt neceſſarium in eſſe. Attamen hic ſermo non eſt verus. nam ſpecies ſunt conditio in eſſe ge- F neris. & vnaquęq; earum eſt conditio in eſſe generis, non autem quo ad indiuiduitatem, & demonſtrationem talem. nam, ſi hoc eſſet, nō aggregarentur in eſſe coloris. Ipſe autem cōtradicit huic ſermoni duabus cōtradictionibus, quarum Vna eſt, ꝙ hoc accidit ex eo ꝙ exiſtimatur ꝙ neceſſarium in eſſe ſignificat naturam ex naturis. Attamen non eſt ſic apud nos: ſed intelligit̄ ꝑ neceſſarium in eſſe quid negatiuū, & eſt ꝙ nō hēt cām, negatio aūt nō eſt cauſatū. Et qūo ſit hoc in negatione eius, qđ nō hēt cām? adeo ꝙ dr̄ aut erit

G erit id, quo differt non habens cām à non habente cauſam, conditio eius, ꝙ non ſit cauſa, aut non erit conditio. ſi erit conditio, nō erit ibi numeratio, nec differentia. ſi vero non erit cōditio, non erit numeratio in non habente cauſam, & tamen non habens cauſam eſt vnum. Et modus corruptionis huius ſermonis eſt in eo, quod exiſtimauit, ꝙ id, quod nō habet cām, eſt ablatio abſoluta: & ablatio quidem non habet cām. & quomodo erit ei conditio quæ eſt cā eſſe eius? & hæc eſt fallacia: quo-
H niam negatio proueniens, quę currit curſu nominum imperfectorū, & eſt negatio, quæ fit in diſcernendo entia abinuicem, habet cauſas, & conditiones, quę determinauerunt ei hanc negationem, ſicut habet cauſas, & conditiones, quæ determinauerunt ei hęc attributa affirmatiua, & negatiua. & affirmatio neceſſarij in eſſe eſt attributum non ſeparabile à non habente cauſam. & non eſt differētia, ſiue dicatur neceſſarium in eſſe, ſiue nō habēs cauſam. & error eſt Loquentis hoc ſermone, non autem aduerſarij eius. Cōtradictio vero ſecunda eſt ꝙ, cum dicunt, aut erit differentia, qua differt neceſſa-
I rium in eſſe, conditio, aut non erit conditio. ſi eſt conditio, non differt vnum eorum ab alio, ex eo ꝙ eſt neceſſarium in eſſe, ergo neceſſarium in eſſe eſt vnum. ſi vero nō erit conditio, ergo ſermo dicentis neceſſarium in eſſe non habet differentiā, qua differt, eſt ſicut ſermo dicentis color, ſi reperitur de eo pluſquam vnum, aut erit id, quo differt color à colore conditio in eſſe coloris, aut non erit. ſi eſt conditio in eſſe coloris, non differt vnus eorum ab alio, in eo ꝙ ē color, & erit color vna na- K
tura. ſi vero nullus eorum fuerit cōditio in eſſe coloreitatis, color non haberet differentiam, qua differret ab alio & hoc eſt falſum. Deinde dixit pro Philoſophis huic quandam reſponſionem.

ALGAZEL.

AIt Alga. Si autem dixerit, hoc poſſibile eſt colori, quoniam habet eſſe relatum quiditati, additū quiditati. & hoc impoſſibile eſt neceſſario in eſſe. nam non habet niſi neceſſitatem eſſe, & non habet quiditatem, cui referatur ipſum eſſe. &
nos bene ſcimus ꝙ differentia nigredinis, & differentia albedinis nō conditionatur in coloreitate, in eo ꝙ eſt coloreitas: conditionatur vero eſſe earum, in eo ꝙ ſunt prouenientes à cauſa. ſic etiam non debet conditionari eſſe in neceſſario. nam eſſe neceſſarium Primo ē ſicut coloreitas colori, non autem ſicut eſſe relatum coloreitati. Dicimus ꝙ non concedimus hoc: ſed habet verificationem eius, cui attribuitur eſſe, vt declarabimus in diſputatione ſubſequenti. L

Cum vero dicunt ꝙ eſt ens abſque quiditate, ē exiens ab intelligibili, & erit ſumma ſermonis, ꝙ ipſi ędificauerunt ablationē ſecundationis ſupra ablationem compoſitionis generi, & differentię: deinde ædificauerunt hoc ſupra ablationem quiditatis poſt ipſum eſſe. & quotienſcunque deſtruimus vltimum, quod eſt fundamentum fundamētorum, deſtruitur & non totum. & eſt ædificium debilis ſtabitati s prope ędificium araneæ. M

AVERROES.

AIt Auer. Reſpōſio eius ꝓ Philoſophis ędificauit ā hic ſuper

A per ſermonem, ꝙ eſſe eſt accidẽs entis, ſ. quiditas. & contradicit eis ipſe, ex eo ꝙ eſſe in omnibus eſt aliud à quiditate, & exiſtimauit ꝙ ſermo eorum ædificauerunt eum ſuper hoc. Attamen differentia, quã adduxit in hoc, non ſequitur ex ea reſponſio ei, quod intulerunt ex rebus coloreitatis, & differẽtiis, quæ ſunt in ea, quomodocunq; id poſuerint. nam nemo dubitat ꝙ differentiæ gñis ſunt cauſa generis, ſiue ponatur generi eſſe aliud à quiditate, aut q̃ditas eius ipſummet eſſe. nam, ſi eſſent differentiæ ipſi eſſe, & eſſet eſſe coloris aliud B à quiditate coloris, ſequeretur vt nõ ſint differentiæ, quibus diuiditur color differentię quiditatis coloris, ſed differentiæ alicuius accidentis accidentium eius. & hæc ęſt poſitio falſa. Quare veritas eſt ꝙ, cum nos diuidimus colorẽ in differentias ſuas, & dicimus ꝙ eſſe coloris, in eo ꝙ eſt color, erit in actu, aut quia eſt albus aut niger, aut alius color, non diuidimus quidem accidens in colorem, ſed diuidimus ſubſtantiam coloris. igitur ſermo, quòd eſſe eſt accidens enti, eſt incõueniens in hoc, & quæſtio, ac reſponſio eius quæſtioni ſermo cadens. G Cum autem dixit ꝙ ipſi ædificauerunt ablationem ſecundationis ſuper ablationem cõpoſitionis ex genere, & differentia, deinde ędificauerunt hoc ſuper ablationem quiditatis poſt eſſe: &, cum deſtruimus vltimum, quod eſt fundamentum fundamentorum, deſtruitur & totum, eſt ſermo nõ verus. nam ędificium eorum eſt ablatio ſecundationis numero in duabus rebus ſimplicibus, de quibus dicitur vniuoce. & eſt notum per ſe quòd, cũ ponimus ſecundationem, & communicationem in duobus ſimplicibꝰ quòd ſimplex ſit compoſitum. D Et cõcluſio ſermonis eſt quòd natura appellata neceſſarium in eſſe, quod nõ habet cauſam, & ipſum non habens cauſam eſt cauſa alterius, aut erit vnum numero, aut plus. Deinde, ſi fuerit plus, aut erunt plures forma vnum genere dicto vniuoce, aut vnum proportione, aut vnum nomine tantum. Si erunt diuerſa numero, vt Socrates, & Plato, & vnum ſpecie, tunc erunt animalia neceſſario. & hoc eſt falſum. Si vero erũt diuerſa in forma, & vnũ in genere, dicto de eis vniuoce, tunc erunt compoſita neceſſario. E ſed, ſi erunt vnum in genere, dicto ſecundum proportionem ad aliquid, nihil prohibet quin ſit hoc, & aliquod erit cauſa alicuius, & deueniunt ad primum. & hæc eſt diſpoſitio formarum abſtractarũ à materiis apud Philoſophos. attamen, ſi communicant nomine, nihil prohibet quin reperiatur ex eis pluſquam vnum. quoniam hæc eſt diſpoſitio cauſarũ primarum quatuor, ſcilicet agens primum, & forma vltima, & materia vltima. & propterea non prouenit ex hoc modo ſpeculationis quid completum, F & non finit ad primum principium vt putauit Auicenna, nec ꝙ ſit vnum ſine dubio.

### ALGAZEL.

Ait Alga. Scđa aũt via conſecutionis eſt vt nos dicimus ꝙ nõ erit eſſe, & ſuba, & principalitas genus. quia nos reſpõdemus per quid eſt. Primũ vero apud vos eſt intellectus abſtractus, quemadmodum alij intellectus, qui ſunt principia ipſius eẽ, quę appellant Angeli apud eos, & quę ſunt cauſata Primi ſunt intellectus abſtracti à materiis. Hæc quidẽ

G verificatio includit primum, & eius
cauſatum. Primum, quoniam ens
primum eſt ſimplex, etiam nullam
habens compoſitionem in ſubſtan-
tia ſua, niſi ex parte conſequentium,
& ſunt communicantes in eo, quòd
vnumquodq; eorum eſt intellectus
abſtractus à materia. & hoc eſt veri-
ficatio generica. igiť intellectio ab-
ſtracta in ſubſtantia non eſt ex con-
ſequentibus, ſed eſt quiditas. & hæc
quiditas eſt cõmunis inter primum,
& alios intellectus. &, ſi non erit dif-
ferentia in alio, tunc intelligitis ſe-
cundationem abſq; differentia. ſi ve-
H ro differt, id quidem, quo eſt diffe-
rentia, eſt aliud ab eo, quo eſt com-
municatio, & intellectio cõis eis eſt
cõmunis in rei veritate. nam Primũ
intelligit ſeipſum, & intelligit aliud
apud tenentem hoc, ex eo ꝙ eſt ex ſe
intellectus abſtractus à materia. &
ſic definitio cauſati primi ꝙ eſt intel
lectus primus, quem fecit Deus glo.
immediate eſt cõmunis in hoc. & ra-
tio huius eſt, qm̃ intelſus, qui ſunt
cauſata, habent ſpecies diuerſas, ſed
cõmunicant in intellectione, & dif-
ferunt aliis differẽtiis. & ſic primum
cõmunicat cum omnibus in intelle
I ctione. igitur apparet contradictio
opinionis: & id, quod inducit ad in-
tellectionem, nõ conſtituit ſubſtan-
tiam. & ambo ſunt falſa apud eos.

AVERROES.

AIt Auer. Si intellexiſti id, quod
diximus antea de eo, quòd ſunt
hic aliqua, quæ includuntur vno no
mine, non incluſione rerum vniuo-
carũ, nec incluſione rerum æquiuo-
carum, ſed incluſione rerum relata-
rum ad aliud, quæ dicuntur ſecun-
dum prius, & poſterius, & ꝙ proprie
tas harum rerum vt deueniãt ad pri-
mum in illo genere, quod eſt cauſa K
prima omnibus, quibus imponitur
hoc nomen, vt eſt nomen calidi, qđ
dicitur de igne, & aliis rebus calidis,
& ſicut eſt nomen entis, quod dici-
tur de ſubſtantia, & aliis accidenti-
bus, & ſicut nomen motus, quod di-
citur de motu locali, & aliis motib⁹,
non deficies ſcire inane, quod ingre-
ditur in hoc ſermone. nam nomen
intellectus dicitur de intellectibus ſe
paratis apud Philoſophos ſecũdum
prius, & poſterius, quorum eſt intel-
lectus primus, qui eſt cauſa aliorum,
& ſic eſt in ſubſtantia. Et ratio, quæ
demonſtrat ꝙ non habẽt vnam na- L
turam cõmunem, eſt quoniam ali-
quis eorum eſt cauſa alterius. & id,
quod eſt cauſa rei, eſt prius cauſato.
& impoſſibile eſt vt ſit natura cauſę,
& cauſati vna genere, niſi in cauſis
indiuidualibus. & hæc quidem ſpe-
cies communicationis eſt contradi-
cens communicationi genericę veræ.
quoniam communia genere, nõ eſt
in eis primum, quod eſt cauſa alio-
rum, ſed omnia ſunt in eodem gra-
du. & nõ reperitur in eis aliquid ſim
plex, ſed communia in re, qua dicun
tur ſecundum prius, & poſterius ne-
ceſſe eſt vt ſit in eis primum, & ſim- M
plex. & hoc primum impoſſibile eſt
vt imaginetur ei ſecundatio. nam
quotienſcunque ponatur ei ſecun-
dum, neceſſe eſt vt ſit in gradu eius,
quo ad eſſe, & naturam, & erit ibi na
tura communis eis, qua communi-
cant communicatione generis veri,
& neceſſe eſt vt differant differentiis
additis generi: ergo erit vnũquodq;
eorum compoſitum ex genere, & dif
ferentia. & omne, quod eſt huiuſmo
di, eſt innouatum. Demum id, quod
eſt in vltimitate perfectionis in eſſe,
neceſſe

A neceſſe eſt vt ſit vnũ. nam, niſi eſſet vnum, impoſſibile eſt vt ſit ei vltimum eſſe. id enim quod eſt in vltimitate, non communicat ei aliud. nam, ſicut linea vna non habet ex vno latere duos fines, ſic res, quæ ſuccedunt in eſſe, diuerſæ, quidem in additione, & diminutione, non habent duos fines ex vno latere. Auicenna autem neſciuit in eſſe hãc naturam mediam inter naturam, quã ſignificat nomen vniuocum, & naturas, quæ non communicant niſi nominibus tantum, aut accidenti remoto. & euenit ei hæc dubitatio.

B

## DISPVTATIO VIII.

### De deſtructione dicti eorũ, quòd eſſe primi ſit ſimplex, ſ. eſſe abſolutum, & non eſt quiditas, nec verificatio, ad quas referat eſſe, ſed eẽ cõueniẽs ei eſt ſicut ꝗditas alteri.

C

ALGAZEL.

AIT Alga. Sermo aũt de hoc ẽ duob⁹ modis. quorum Primus eſt ĩterrogatio de ꝓbatione, & dicatur quõ ſciuiſtis hoc, an neceſſitate intellectus, aut ſpeculatione eius? & non eſt ex neceſſitate: ergo impoſſibile eſt, abſq; eo ꝙ recitemus viam ſpeculationis. Si autem dixerit, quoniam ſi eſſet ei quiditas, eſſe quidẽ ipſum eſſet relatum ei, aut conſequens eam, & proueniens poſt eam: &, cum conſequẽs ſit cauſatum, ergo neceſſarium in eſſe erit cauſatum: & contradicit ſibi ipſi: Dicimus ꝙ hoc reuerſio erroris eſt, cũ proferimus dictionẽ eſſe neceſſarij. Nos vero dicimus ei verificationem, & quiditatem. & illa verificatio reperitur. i. nõ deperditur, & aufertur. & eſſe eius refertur ad eã. Si vero dilexerint appellare eã conſequens, & proueniẽs, nõ eſt cura de nominibus, poſtquã ſcit ꝙ non eſt agens eſſe eius aliud, ſed nõ defecit hoc eſſe antiquum eſſe abſq; cauſa agẽti. Et, ſi intelligunt per conſequens, & cauſatum, quod habet cauſam agentem, non eſt ſic. Si vero intelligunt aliud, profecto cõceditur, & non eſt in eo falſitas, cũ probatio non inferat niſi ceſſationẽ emanationis à cauſis, & tamen ceſſatio eius in verificatione reperitur, & quiditas conſequens eſt poſſibilis, & non oportet ponere negationem quiditatis. Si vero dixerit, quiditas erit cauſa ipſius eſſe, quod ſequitur ei, ergo eſſe erit cauſatum, aut actũ. Dicimus quòd quiditas in rebus calidis non erit cauſa eſſe, quanto magis in antiquo, ſi intelligunt per cauſam agens eius. Si vero intelligunt per eam aliud, & eſt quòd nõ ſufficit abſq; eo, tũc erit hoc, & nõ eſt in eo falſitas, ſed falſitas eſt in emanatione cauſarum. &, cum ceſſauerit, tunc remouetur falſitas, & aliud ab hoc, non ſcitur falſitas eius. & impoſſibile eſt quin adducatur demonſtratio de falſitate eius. & omnes quidem opiniones eorũ ſunt induſtriæ, quæ ædificantur ſupra definitionẽ dictionis neceſſarij in eſſe, in eo ꝙ habet conſequentia. & concedendo ꝙ nõ inferat neceſſariũ in eſſe eo modo,

G quo attribuerunt ei, & tamen nō eſt ſic, ſicut diximus. Demū hæc probatio eorum reducitur ad probationē ablationis attributorū, & ablationis diuiſionis genericæ, & dſialis, niſi ꝙ eſt quid magis profundū, & occultū, & debilius: qm̄ hæc pluralitas non reducitur niſi in abſtractum dictionis. ſin aūt, tunc intellectus dilatare: tur ad conſyderandum eſſe vnā quiditatem. ipſi vero dicunt oēm quiditatē repertā eſſe pluralitatē, cū in ea ſit quiditas, & eſſe. & hæc eſt vltimitas obſcuritatis. nā ens vnū eſt intelligibile ſemp, & non eſt ens, quod
H non habet verificationem, & eſſe verificationis, aut aufert vnitatem.

AVERROES.

Ait Auer. Non tranſtulit Alga. opinionem Auicennæ debite prout eſt, vt fecit in libro intentionum. nam vir, quoniam credidit ꝙ eſſe rei ſignificat attributum, additum ſubæ eius, impoſſe qdē eſt apud eum vt ſuba eius ſit agens eſſe eius in rebus poſſibilibus. nam, ſi hoc eſſet, erit res cauſa eē ſui, & nō erit ei agēs. & ſequitur apud eum ex hoc, ꝙ oē, cuius eſſe eſt additum ſubſtātiæ ſuę, habet cām agentem. &, quia Primū
I apud eum non hēt agens, concluſit ex hoc vt ſit eſſe eius ſubſtantia ſuiip ſius. & ideo id, quo cōtradixit Alga. cum aſſimilauit ipſum eſſe cōſequēs ex conſequentibus ſubſtantię, nō eſt verum. qm̄ ſubſtātia rei eſt cauſa, ex qua aliqd cōſequitur, & non pōt eſſe res cauſa ſui eſſe. nā eſſe rei eſt prius quiditate eius: &, cum ponit quiditatē eſſe eius, non eſt ablatio quiditatis, vt dixit, ſed vnio quiditatis, & eſſe. Et, cum ponimus ꝙ eſſe eſt paſſio ex paſſionibus entis, & id, quod præbet eſſe rerum in rebus poſſibilibus eſt agēs, neceſſe eſt vt ſit id, quod K
non habet agēs, aut non habebit eſſe: & hoc eſt falſum, aut eſſe eius erit quiditas eius. Attamen hoc totum ædificium eius eſt ſupra falſitatem, & eſt ꝙ eſſe rei eſt aliquod cōſequēs ex conſequentibus eius: nā eſſe, quod præcedit in ſcientia noſtra ſcientiam de quiditate rei, eſt id, quod ſignificat verum. quare idem eſt, ac ſi diceremus an aliquid ſit, ſed in eo, quod habet cauſam, determinat eſſe eius. & vis eius eſt vis dicti noſtri, an aliquid habeat cauſam, aut nō habeat cauſam. ſic dicit Ariſto. in principio Secundi Poſteriorum. ſed, cum non L
habuerit cauſam, erit vis eius an aliquid habeat cōſequens ex cōſequentib⁹, quod determinat eſſe eius. cum vero intelligitur de ente id quod intelligitur de re, & ſubſtantia, currit quidē curſu generis, dicti ſm prius, & poſterius. & quicquid fuerit non differt in hoc habens cauſam, & nō habens cauſam, & nō ſignificat rem additam de eſſe. & eſt id, quod intelligimus per verum. ſed, ſi ſignificauerit quid additum ſubſtantiæ, ex eo quidem ꝙ eſt quid intellectuale, nō habet eſſe extra animam, niſi in potentia, prout eſt vniuerſale. Hic pro- M
fecto eſt modus, quo conſyderauerunt Antiqui de Primo principio, & id conſtituerunt ens purum: Sapientes vero Maurorum poſteriorum putant, ex eo quòd cōſyderauerunt de natura entis, in eo ꝙ eſt ens, ꝙ conſecutum eſt apud eos ad ens purū huiuſmodi. Attamen via, qua poſſibile eſt procedere apud me, adeo ꝙ appropinquetur naturę demonſtrationis, eſt qm̄ entia poſſibilia in eſſe ex ſe, exitus eorum à potentia ad actum erit neceſſario ex extrahente, quod

Quid ſignificet quæſtio An eſt.

eſt

A eſt in actu, ſ. agente mouente ea, & extrahente ea à potentia ad actum. &, ſi extrahens eſſet etiam de natura poſſibilis, neceſſe eſt vt ſit etiam ei extrahens. & ſi hoc etiam eſſet de natura poſſibilis ex ſe, neceſſe eſſet vt ſit hic extrahens neceſſarium ex ſe, non poſſibile. & hoc quidem ad conſeruandum ea, quæ ſunt hic. & permanebit ſemper natura cauſarum poſſibilium, procedétium quidem in infinitum. nam, cum ipſæ fuerint infinitæ, vt apparet ex natura earum, & vnaquęq; earum ſit poſſibilis, neceſſe eſt vt cauſans in ens hoc, ſ. tribués eis cõtinuitaté, ſit quid neceſſarium B ex ſe, cũ appareat de eis neceſſitas ꝑceſſus in infinitum, ſ. rerum poſſibilium ex ſe. qm̃, ſi reperiretur tẽpus, quo nõ moueretur aliquid oĩno, nõ eſſet via ad innouationem motus: ſed neceſſe eſt vt continuetur eſſe in nouatũ eſſe æterno, abſq; eo ꝙ eueniat Primo mutatio mediáte motu, qui eſt aliquo modo antiquus, & aliquo modo innouatus. & motũ hoc motu eſt id, de quo dicit Auic. ꝙ ſit neceſſariũ in eſſe ex alio. & hoc quidem neceſſarium in eſſe ex alio, impoſſibile eſt quin ſit corpus mobile C continue. nã hoc modo poſſibile eſt vt ſit innouatum ex ſe, & corruptibile ab æterno: & hoc appropinquatione rei aliquãdo, & remotione ab ea aliqñ, vt vř ꝙ hoc euenit entibus generabilibus, & corruptibilibus cum corporibus cœleſtibus. Et, qm̃ hoc mouens eſt neceſſarium ex ſe, poſſe vero ex motu innouato, neceſſe ẽ vt deueniat ad neceſſarium in eſſe abſolute, ſ. quod non habet poſſibilitaté oĩno, non eſſentialiter, nec in loco, nec in aliis motibꝰ, & ꝙ ſit hmõi ſimplex neceſſario. nam, ſi eſſet compoſitum, eſſet poſſibile, non aũt neceſſa D rium. & illatio probationis de neceſſario in eſſe hoc modo probationis ſufficit apud me hac via, & eſt veritas. Id vero, quod intelligit Auic. in hac via, dicens ꝙ neceſſarium in eſſe neceſſe eſt vt finiatur aut in neceſſarium in eſſe ex alio, aut in neceſſarium in eſſe ex ſe. &, ſi ad neceſſariũ in eſſe ex alio, neceſſe eſt vt neceſſarium in eſſe ex alio conſequatur ex neceſſario in ex ſe. nam ipſe exiſtimauit ꝙ neceſſarium in eſſe ex alio eſt poſſibile in eſſe ex ſe: poſſibile n. indiget neceſſario, hæc quidem additio apud me eſt ſuperflua, & error. E qm̃ neceſſarium, quocũq; poſitum fuerit, in eo quidem nõ eſt poſſibilitas oĩno, & non reperitur aliquid habens vnã naturam, vt dicatur de hac natura ꝙ ſit poſſibilis aliquo modo, & neceſſaria aliquo modo. quoniam declarauerunt hoĩes ꝙ neceſſarium nihil eſt poſſe oĩno, poſſe. n. contradicit neceſſario. id vero, quod poteſt eſſe, eſt vt aliquid ſit neceſſarium ex parte vnius naturæ, & poſſe ex parte alterius naturę, vt exiſtimatur de corporibus cœleſtibus, aut eo, quod eſt ſupra ea, ſ. ꝙ eſt neceſſarium eſſentialiter, poſſe tñ quo ad motum ad vbi. F Induxit tamen eum ad hanc diuiſionem: qm̃ ipſe credidit ꝙ cœli ſunt eſſentialiter neceſſarij ex alio, poſſes tamen ex ſe. & iam diximus in multis locis ꝙ hoc nõ verificatur, & demonſtratio, quam conſtituit Auicenna de neceſſario in eſſe, cum non diſtinguatur hac diſtinctione, & conſyderetur hac conſyderatione, eſt de natura ſermonum communium topicorum: cum vero diſtinguitur, eſt de natura ſermonum demonſtratiuorum. Et debes ſcire quòd innouatio,

In neceſſario quõcũq; poſito, nõ eſt poſſibilitas oĩno.

G tio,quam lex declarauit de hoc mundo,eſt eiuſdem ſpeciei cum innouatione,quę apparet hic:& eſt illa,quę eſt in formis entium, quas appellat ſecta Aſſaria attributa animalia, & eas appellant Philoſophi formas. & hæc quidem innouatio eſt ex alia re & in tempore. Quomodo autem ſit diſpoſitio naturæ entis poſſibilis cũ ente neceſſario,tacuit de hoc lex propter remotionem eius ab intelligentia vulgi: & etiam, quia non eſt neceſſaria ſcientia eius,quo ad vulgi felicitatem. Quod vero exiſtimat ſecta Aſſaria ꝙ natura poſſibilis ſit in-

H nouata, & creata à nihilo, eſt id, in quo certát cum eis Philoſophi, tam qui dicit innouationẽ mũdi, quàm qui non dicit eam, & quod dixerũt, cum inſpexeris id, in rei veritate nõ eſt ex lege Maurorum, & non conſtituitur de eo demõſtratio. quod vero eſt ex lege,eſt iuſſus vt remoueatur à ſpeculationibus, quas lex tacuit. & ideo dicitur in Talmud,De eo,quod conceſſum eſt tibi, inquire, & non debes incumbere rebus occultis. & ſcias quòd vulgus deuenire ad quæſitum huiuſmodi eſt ex inuolutionibus, & erroribus.

I

### ALGAZEL.

AIt Alga. Secũda autem via eſt, vt dicamus eſſe abſq; quiditate, nec verificatione non eſt intelligibile. & quemadmodum non intelligitur priuatio abſoluta,niſi in relatione ad eſſe, cuius priuationem cõſyderat, ſic non intelligitur eſſe abſolutum,niſi relatione ad verificatiõnem demonſtratam tale: quãto magis, cum demonſtratur vna ſubſtantia. & quomodo poteſt demonſtrari vnum ſeparatum ab alio in re. Et non eſt ei verificatio. nam remotio quiditatis eſt remotio verificationis. &,cum aufertur verificatio entis,nõ intelligitur ens. & quaſi ipſi dixerint eſſe, & non eſſe, & contradicit ſibiipſi. & id apparet. quoniam, ſi hoc eſſet intelligibile, tunc eſſet poſſibile vt in cauſatis ſit ens, cui non eſt verificatio, quod communicaret Primo, cui non eſt verificatio, nec quiditas, & diſtingueretur ab eo, in eo quòd habet cauſam: Primum vero non habet cauſam. Et quare hoc nõ imaginatur cauſatis, & an ſit ei cauſa? ſed hoc non eſt intelligibile ex ſe. & id, quod non eſt intelligibile ex ſe,niſi auferatur cauſa eius, non erit intelligibile, & id quod eſt intelligibile, cum non conſyderatur cauſa eius, non exit ab eo, quòd ſit intelligibile. & peruenire ad finem huius termini, eſt obſcuritas eis, poſtquã exiſtimauerunt quòd ipſi declarant per viam demonſtrationis id, quod dixerunt, & peruenit ſermo eorum ad ablationem abſolutam. nã ablatio quiditatis eſt ablatio verificationis, & non remanet cum ablatione verificationis niſi dictio ipſius eſſe, & non habet nomen omnino, cum non referatur ad quiditatem. Si vero dixerit verificatio eius eſt quòd ſit neceſſarium, & eſt quiditas ipſa: Dicimus nihil aliud eſt neceſſarium, niſi ablatio cauſæ, & eſt negatio, qua nõ conſtituitur verificatio ſubſtantiæ: & ablatio cauſæ à verificatione eſt quid copulatum verificationi: igitur verificatio intelligitur ita quòd attribuitur ei, quòd non habet cauſam, & non conſyderatur priuatio eius. nam nihil eſt neceſſitas, niſi hoc: ita quòd, ſi neceſſitas eſt quid additum eſſe, tunc eſt pluralitas.

(Right margin letters: K at "non eſt ei verificatio"; L at "& id, quod non eſt intelligibile ex"; M at "non referatur ad quiditatem".)

A ralitas. ſi vero nõ eſt quid additum quomodo erit ipſa quiditas? eſſe.n. non eſt quiditas. ſic igitur erit id, quod non eſt additum ei.

AVERROES.

AIt Auer. Hoc capitulum totum eſt ſophiſticum. nam homines non ponunt primo eſſe abſque quiditate, nec quiditatem abſque eſſe, ſed crediderunt quòd eſſe in compoſito eſt attributum, additum ſubſtantiæ eius, & quòd adeptum eſt hoc attributum ab agente, B & crediderunt in eo, quod eſt ſimplex, non habens agens, quòd hoc attributum ei non eſt additum quiditati, & quòd ipſum nõ habet quiditatem diuerſam ab eſſe, non autem quòd nõ habet quiditatem omnino, vt fundauit ipſe in hoc ſermonem ſuum, contradicendo eis. Et quoniam poſuit quòd ipſi auferunt quiditatem, & eſt falſum, incœpit vituperare eos, & dixit: nam, ſi hoc eſset intelligibile, poſſibile eſſet vt in cauſatis ſit ens, non habens verificationem, quod communicaret Primo, cui non eſt verificatio. C nam homines non ponunt ens non habens quiditatem abſolute, ſed poſuerunt non habens quiditatem in modo quiditatum aliorum entium. Et hic quidem locus eſt ex locis ſophiſticis. nam nomen quiditatis eſt æquiuocum. Et hæc quidem poſitio, & omne compoſitum ſecũdum eam eſt ſermo ſophiſticus. nam id, quod non eſt, non attribuitur ei, quòd negetur aliquid ab eo, aut quòd affirmetur. Iſte igitur vir in huiuſmodi locis in hoc libro nõ euadit à prauitate, & ignorantia. & magis propinquum eſt prauitati, D quàm ignorantiæ: niſi dixerimus quòd neceſſitas induxit eum ad hoc. Cum autem dixit quòd neceſſarium in eſſe eſt, quod non habeat cauſam agentem, non eſt verum. ſed, cum dicimus de eo quòd ſit neceſſarium in eſſe, eſt attributum affirmatiuum, quod ſequitur ex natura nõ habentis cauſam omnino, nõ agentem ab extra, nec partem eius. Cum autem dixit quòd neceſſitas, ſi addita fuerit ipſi eſſe, tunc eſt pluralitas. ſi vero non eſt addita, quomodo erit ipſa quiditas? eſſe enim non eſt quiditas & ſic id, quod non additur E ei. Dicendum quòd neceſſitas in eſſe nõ eſt attributum additum apud eos ſubſtantiæ, ſed eſt ſicut dicimus de eo, quod eſt neceſſarium, & æternum. & ſic, cum intellexerimus de neceſſitate in eſſe attributum intellectuale, non erit quid additum ſubſtantiæ. ſi vero intellexerimus de ea accidens, ſicut dicit Auicenna de ente compoſito, difficile quidem eſt vt dicatur quomodo erit eſse ſimplex ipſamet quiditas. niſi dicatur, ſicut ſit ſcientia in ſimplici ipſummet ſciens. Cum vero intelligitur de eſse id, quod intelligitur de vero, F hæc dubia nihil ſunt. & ſic, ſi intelligitur de eſse id, qđ intelligitur de ſubſtantia. & ſecundum hoc verificabitur ſermo quòd eſſe in ſimplici eſt ipſamet quiditas.

G DISPVTATIO IX.

## De diminutione eorum circa conſtitutionem probationis, quòd primum non ſit corpus.

ALGAZEL.

AIt Alg. & dicimꝰ ꝙ hoc dirigit̃ ad eũ, q tenet ꝙ corpus eſt ĩnouatũ, ex eo ꝙ nõ euadit ab ĩnouationibꝰ,
H & oẽ innouatum indiget innouante. Vos aũt, cũ intelligitis per corpus antiquũ id, qđ non hẽt principium entitatis, cum hoc, ꝙ ipſum nõ euadit ab innouationibꝰ, quid prohibet quin ſit primum corpus, aut Sol, aut orbis exterior, aut alius? Si aũt dixerit, qm̃ corpus non erit niſi cõpoſitum diuiſibile in partes quantitatiuas, & ad materiam, & formã diuiſione eſſentiali, & ad attributa, quibus appropriatur abſq; dubio, ita ꝙ diuerſificatur ab aliis corporibus. ſin aũt, eſſent corpora æqualia, in eo ꝙ ſunt corpora. neceſſariũ
I vero in eſſe eſt vnũ, nõ recipiens quidẽ diuiſionẽ aliquo horũ modorum omniũ: Dicimus ꝙ iam deſtruximꝰ hoc vobis, & declarauimus ꝙ vos nõ habetis probationem in hoc, niſi ꝙ aggregatũ, cum indiget aliqua pars eius alia, eſt cauſatum. Et iam locuti ſumus de eo, & declarauimus ꝙ, cum non ſit abſurdum conſyderare ens abſq; inuentore, ſic non eſt abſurdum cõſyderare cõpoſitum abſq; cõpoſitore, & cõſyderare entia abſq; inuentore. nam ablatio numerationis, & ſecundationis, fundaſtis eam
K ſuper ablationẽ quiditatis diuerſæ ab eſſe. & quod eſt fundamẽtum vltimũ, iam id ruinauimus, & declarauimus induſtriam veſtram in eo. Si vero dixerit, corpus, ſi non habuerit animam, non erit ei agens: &, ſi habuerit animam, tunc anima eius eſt cauſa eius, igitur non erit primum: Dicimus, anima noſtra nõ eſt cauſa eſſe corporis noſtri, nec aĩa orbis tantum eſt cauſa eſſe corporis eius apud vos, ſed ipſi inuenerũt cauſam aliã: &, cum poſſibile ſit eſſe eorum antiquum, poſſibile eſt vt non ſit eis cauſa.
L Si autẽ dixerit quomodo euenit congregatio animæ, & corporis, dicimus ꝙ hoc eſt ſicut ſermo dicentis, quomodo euenit eſſe Primi. & dicitur ꝙ hæc eſt interrogatio de innouato. id vero, quod nunquã defecit eſſe, non dicitur de eo qũo euenit. & ſic corpus & anima eius, cum nõ defecerit eſſe vnumquodq; eorum, nõ eſt abſurdum quin ſit agens.

AVERROES.

AIt Auer. Qui autem non habet probationem, ꝙ primum non ſit corpus, niſi ex eo ꝙ verificatum eſt ei, ꝙ omne corpus eſt innouatum.
M O quam debilis eſt probatio eius, & quã eſt remota à natura probantis ea, ex eo ꝙ præceſſit ꝙ probationes eorum, ſuper quibus ædificauerunt ꝙ omne corpus eſt innouatum, ſunt probationes diuerſæ. & quanto magis eſt dignius, quã conceſſio compoſiti antiqui, vt recitaui tibi de ſecta Aſſaria, quæ concedit eſſe corpus antiquum. quoniam aliquod erit accidens antiquum, quod eſt compoſitio exempli gratia. & nõ verificatur demonſtratio eorum, quòd omne corpus ſit innouatum.

nam

A nam ædificauerunt hoc ſuper innouationem accidentium. Philoſophi aũt Antiqui non admittunt eſſe corpus antiquum ex ſe, ſed ex alio, quare impoſſibile eſt apud eos, quin ſit ens antiquũ ex ſe, quo eſt corpus antiquius antiquũ. ſed, ſi trãſtulerim⁹ hic ſermones eorum, eſſent topici, & declarabuntur in loco proprio. Cum aũt dixit in dubitatione, contra hoc dicimus, ꝙ nos deſtruximus hoc cõtra vos, & declarauimus ꝙ nõ eſt vobis probatio de hoc, niſi quòd aggregatum, cùm indiget aliqua pars eius alia, eſt cauſatum. i. ꝙ iam dixit ſuperius ꝙ nõ hñt probationem, ꝙ neceſ- B ſarium in eſſe ex ſe non ſit corpus. qm̃ eſſe neceſſarium in eſſe ex ſe, eſt quòd nõ habet cauſam agentem. Et quæro vnde prohibuerunt eſſe corpus non habens cauſam agẽtem? & magis inconueniens eſt, cùm ponitur corpus ſimplex, non diuiſibile, nec in quãtitate, nec in qualitate, demum cõpoſitum antiquum abſque compoſitore, & eſt contradictio vera, à qua nõ poteſt ſe ſaluare, niſi ſermonibus topicis. & totum, quod eſt Alga. in hoc libro contra Philoſophos, & Auic. ſunt ſermones topici, C ex æquiuocatione nominum, quib⁹ vtuntur: quare nõ eſt protelandum in hoc. Cùm autem dixit, reſpondens pro ſecta Aſſaria, antiquum ex ſe non indiget cauſa, qua erit antiquum: &, cum ponimus antiquum ex ſe, & ponimus ꝙ ſubſtãtia ſit cauſa attributorum, tunc ſubſtantia nõ erit antiqua ex alio. Dixi ꝙ ſequitur ei vt antiquum ſit cõpoſitum ex cauſa, & cauſato, & ꝙ attributa ſint antiqua ex parte cauſæ, & eſt ſubſtantia. &, cũ cauſatũ non eſt cõditio in eſſe ſui, ergo antiquũ eſt cã. & dicimus ꝙ ſubſtantia exiſtens ex ſe eſt Deus D glo. & attributa ſunt cauſata. & ſequit̃ eis vt ponãt cauſam antiquã ex ſe, & res antiquas ex alio: & hoc aggregatũ eſt Deus. & hoc idẽ eſt, quod ipſi negauerunt contra dicentem ꝙ Deus eſt antiquus ex ſe, & mundus eſt antiquus ex alio, ſ. à Deo. ipſi vero dñt ꝙ antiquum eſt vnum. ergo hoc totum eſt in vltimitate contradictionis. Cum aũt dixit, ſi ponimus ens abſq; inuentore, eſt ſicut ſi ponimus cõpoſitum abſq; cõponẽte: & ponere vnum ens hmõi, aut plura, non eſt falſum in cõſyderatione intellectum, eſt totũ ſermo inuolutus. E Nam cõpoſitio nõ determinat componentẽ, qui ſit ẽt cõpoſitus, adeo ꝙ deueniat ad cõpoſitũ ex ſe: ſicut cauſa, cũ fuerit cauſata, deuenit ad cãm nõ cauſatã, nec ẽt, cũ inducit demſ̃atio ad ens abſq; inuentore, põt declarari demõſtratiue ex hoc ꝙ ſit vnũ. Cũ aũt dixit ꝙ, cũ auferẽ q̃ditas auſertur cõpõ, & ꝙ hoc facit affirmare cõpõnem in primo, nõ eſt verũ. qm̃ Philoſophi non auferũt quiditatem à primo, ſed auferunt ꝙ ſit ibi quiditas mõ quiditatis cauſatorũ, & hoc totũ eſt ſermo topicus fallax. Et iam recitauimus in ſermonib⁹ noſtris ſer- F mones rhetoricos, qui dñr in hoc libro, ſm radices Philoſophorum, in declaratione ꝙ primum non ſit corpus: & ſunt & ꝙ poſe inducit ad ens neceſſarium: & ꝙ non emanat poſe à neceſſario, niſi mediante ente, qđ eſt aliquo mõ neceſſariũ, & aliquo mõ poſe: & eſt corpus cœleſte, & motus eius circularis. Et eſt ſufficiẽtius id, qđ dr̃ ſm radices eorũ, ꝙ omne corpus potẽtia eius eſt finita: & hoc corpus adeptum eſt potẽtiam infinitam in motu ab ente, qđ nõ eſt corpus.

Alga-

G ALGAZEL.

AIt Alga. reſpondens dubitationi, qua intulit ꝙ non erit agẽs apud Philoſophos, niſi orbis, qui eſt compoſitus ex anima, & corpore. Si autem dicitur, quoniam corpus, in eo ꝙ eſt corpus, nõ creat aliud, & anima copulata corpori non agit, niſi mediante corpore, & nõ erit corpus medium animæ in creatione corporum, nec in productione animarum, & rerum, quæ non habent relationẽ ad corpora: Dicimus, quare non erit poſſibile vt ſit in animabus anima, quæ appropriatur aliqua proprietate, qua conueniat vt reperiantur cor- H pora, & alia præter corpora ex ea. & falſitas huius non habetur neceſſario. & non eſt demonſtratio, quæ probat eam, niſi quòd ipſe non videt hoc in iſtis corporibus nobis apparentibus. & non videre non ſignificat falſitatem. Igitur dedicauerunt enti primo id, quod non dedicatur alicui enti omnino. & non teſtificantur de eo alia. & non videre hoc in alio nõ ſignificat falſitatẽ eius. & ſic eſt de aĩa corporis, & corpore exteriori, aut eo, quod conſyderatur.

AVERROES.

I AIt Auer. Dicere autem ꝙ corpora non creant corpora, cum intelligitur de creatione generatio, erit veritas contrarium eius. nam nõ generatur corpus in eo, quod videmus, niſi ex corpore, nec corpus habens animã, niſi ex corpore habenti animam. quoniam non generatur corpus ſimpliciter. nam, ſi generaretur corpus ſimpliciter, erit generatio ex priuatione, non autẽ poſt priuationem. ſed generantur corpora demonſtrata ex corporibus demõſtratis, & cum corporibus demonſtratis. & hoc quidem, cùm permuta- K tur corpus ex nomine ad nomen, & ex definitiõe ad definitionẽ. permutatur enim corpus aquæ, exempli gratia, ad corpus ignis, cùm permutatur ex corpore aquæ ad attributũ. in cuius permutatione permutatur quidem nomen aquæ, & definitio eius ad nomen ignis, & definitionẽ eius. & hoc erit neceſſario ex corpore agenti communicante cum generato, aut ſpecie, aut genere dicto vniuoce, aut ſm prius, & poſterius. Attamen an permutetur indiuiduum corporeitatis appropriatũ aquæ ad indiuiduum corporeitatis appropria- L tum indiuiduo, eſt in eo conſyderatio. Cùm autem dixit, nec erit corpus medium animæ in creatione corporum, nec in creatione animarum, eſt ſermo fundatus ex opinionibus Philoſophorum ſm opinionem tenentis ꝙ tribuẽs formas corporum, quæ non ſunt animata, & animas, eſt ſubſtãtia ſeparata, aut intellectus, aut anima ſeparata, & ꝙ impoſſe eſt vt tribuat hoc corpus animatum, nec non animatum. nam, cùm ponitur hoc, & ponitur ꝙ cœli ſunt corpus habẽs aĩam, impoſſe eſt eis vt tribuãt formas ex iſtis formis generabilib⁹, M & corruptibilibus, nec animam, nec aliud. nam anima exiſtens in corpore agit mediãte corpore: & id, quod agit mediãte corpore, non reperitur de eo nec forma, nec anima, cum nõ ſit de natura corporis vt agat formã ſubſtantialem, nec animã, nec aliud. & eſt ſimilis ſermoni Platonis de formis abſtractis à materia, de quibus dicitur. & hæc eſt opinio Auicen. & aliorum ex Philoſophis Maurorum. Et ratio eorum etiam eſt, quoniam corpus agit in corpore caliditatem,

aut

A aut frigiditatem, aut humiditatem, aut ſiccitatem : & hæ ſunt operationes corporum cœleſtium apud eos tm̄. id vero, qđ agit formas eſſentiales, & pręcipue aīales, eſt ens ſeparatū, & eſt id, qđ appellāt tribuens formas. Aliqui tñ Philoſophorū tenent contrarium huius, & eſt ꝙ id, quod agit formas in corporibus, ſunt corpora habētia formas ſimiles eis, aut ſpecie, aut genere. ſpecie autem ſicut corpora viuentia, qm̄ agunt corpora viuentia, vt videmus in animali, ꝙ vnum generat alterū: genere vero in his, quę non generantur ex mare, B & fœmina. corpora autem cœleſtia apud eos ſunt, quæ tribuunt eis vitā, qm̄ ſunt viuentia. & iſti habent rationes præter famoſas, quarum narratio hic non eſt locus. Et ideo dubitauit Alga. contra eos in hoc, & dixit & quare impoſſibile eſt animabus quin ſit eis anima, quæ appropriatur aliqua proprietate, qua cōuenit vt ſint ex ea corpora, & alia à corporibus? ideſt & quare impoſſibile eſt quin ſint animabus exiſtentibus in corporibus animæ, quæ approprientur generationi aliarum formarum habentium aīam, & nō habentium C animam. O q̄ eſt extranea cōceſſio. Alga. ꝙ non ſit teſtificatio de generatione corporis ex corpore, & non eſt profecto teſtificatio præter hoc. Tu autem debes ſcire ꝙ, cum extrahuntur ſermones Philoſophorū ab artibus demonſtratiuis, fiunt ſermones topici abſq; dubio, ſi fuerint famoſi: aut inconuenićtes, & extranei, ſi nō fuerint famoſi. Et cauſa in hoc eſt, qm̄ ſermones demonſtratiui diſcernuntur à ſermonibus nō demonſtratiuis, cùm conſyderantur in genere artis, in qua eſt ſpeculatio. & ille ex eis, qui ingreditur in definitionē generis, aut genus ingreditur in definitionem eius, eſt ſermo demonſtratiuus. & ille, in quo hoc nō videtur, eſt ſermo non demonſtratiuus. & hoc impoſſe eſt, niſi poſtq̄ deD finieris naturā huius generis, de quo cōſyderatur, & abſtrahatur modus, propter quem reperiuntur prædicata eſſentialia huic gñi, à modo, propter quem non reperiuntur ei. & debet conſyderari hic modus, vt quilibet ſermo ſermonum poſitorum in illa arte, cùm fuerint cōtinue apud oculos eius. &, cùm habitum fuerit in aīa ꝙ ſermo eſt eſſentialis huic generi, aut conſequens ex conſequentiE bus ſubſtantiæ eius, verificatur ſermo. cùm vero non cōſyderatur hæc proportio intellectu conſyderantis, aut conſyderatur conſyderatione debili, tunc ſermo eſt imaginatio, non autem veritas. Quare erit differentia inter demonſtrationem, & exiſtimationem prædominantem intellectui ſubtilior conſyderatione capilli ad viſum: & occultior fine exiſtenti inter vmbram & lucem, & præcipue in rebus materialibus apud homines debiles viſu: quia miſcetur in cis id, quod eſt per ſe, ei, quod eſt per F accidens. Quare videtur ꝙ id, quod fecit Alga. de tranſlatione opinionum Philoſophorum in hoc libro, & alij ſuis libris, & eā tribuit ei, qui non conſyderat in libris hominum cum conditionibus poſitis ab eis: profecto mutat naturam eius, quod eſt veritas in ſermonib⁹ eorum, aut deuiat plurimos homines ex ſumma ſermonū eorū. & qui facit hoc, malignitas in eo prædominatur, magis q̄ bonitas circa veritatē. Quare Deus glo. bene ſcit ꝙ nō tranſtuliſ-

ſem

G ſem in his reb⁹ aliquem ſermonum eorum, nec permiſiſſem hoc, niſi eſſet malum eueniens ſcītiæ. & intelligo per ſcītiam conſyderationē in rebus, vt expoſtulat nā demſonis.

ALGAZEL.

Ait Alga. reſpondens pro Philoſophis. Si autē dixerit corpus exterius, aut Sol, aut id, quod conſyderatur ex corporibus, eſt menſuratum menſura quadam, cui pōt addi, aut ab ea diminui, & opus eſt vt ſit in hac mēſura approprians, igit̃ non erit primū: Dicimus, quare negatis dicenti ꝙ hoc corpus erit in menſu-

H ra quadam, quæ neceſſe eſt vt ſit finis ordinis vniuerſi. &, ſi eſſet minor ea, aut maior, non eſset poſſibilis, ſicut vos dicitis ꝙ cauſatum primum determinat vt ſit corpus exterius eo, menſuratum menſura quadam: & aliæ menſuræ, in comparatione ad ſubſtātiam cauſati primi ſunt ęquales. Attamen demonſtrantur aliquę menſuræ tales, ex eo ꝙ ordo eſt alligatus eis. igitur neceſſe eſt vt ſit menſura, q̄ euenit ei, & non aliter. & ſic, cum cōſyderatur non cauſatū. Sed, ſi iſti conſtituunt in cauſato primo, qđ eſt cauſa corporis exterioris apud

I eos, ꝙ ſit principium appropriationis, ſicut voluntas exempli gratia, non ceſsat interrogatio. Nā dr̃ quare voluit hanc menſurā, & non aliā? vt fecerunt Loquentibus, cum referant res ad voluntatem antiquā. & nos induximus hoc cōtra eos in cōſyderando partem motus cœli, & cōſyderando duo puncta poli &, cùm declarabitur ꝙ opus eſt eis concedere cognitionem rei à ſimili, & peruenire ad cauſam, concedunt etiam illud abſq; cauſa, ſicut amittunt cùm dicũ non ſit dr̃ia, ſiue conuertatur interrogatio inter in ipſammet rem, K & dicitur quare appropriatum fuit in hac mēſura? ſiue cōuertat̃ in cām, & dr̃ quare appropriatū fuit in hac mēſura, potiusq̄ alia? Et ſi poſſe fuerit expellere interrogationē à cauſa, ꝙ illa menſura non eſt ſimilis huic, qm̄ ordo connectitur ei, & non alteri, tunc poſſibile eſt expellere interrogationem ab ipſamet re, & nō indiget cā. Et ab hoc nō pōt euadi, qm̄ hæc menſura demonſtrata, quæ eſt ei, ſi eſſet ſicut menſura, quæ nō erit, tunc cōueniret interrogatio, qūo cognoſcitur res à ſimili in appropriatione ſm radices eorū, ipſi aūt negāt L voluntatem diſcernētem. Si vero nō fuerit ſimilis ei, tunc non conſtituitur poſſibilitas, ſed dicitur hoc ſic eſſe eſt quid antiquum: qm̄ fuit cauſa antiqua ſm exiſtimationem eorum. & ſequitur quæſtio ex hoc ſermone in eo, quo nos dubitauimus contra eos de conuerſione interrogationis ad voluntatem antiquā, & conuertimus hoc contra eos in duobus punctis poli, & parte motus orbis: & declaratur ex hoc ꝙ, qui non verificat innouationem corporum, non poterit conſtituere rationem de eo, ꝙ primum non ſit corpus omnino. M

AVERROES.

Ait Auer. Quàm multū eſt extraneus ſermo hui⁹ viri in hoc loco. nam ipſe oſtēdit dubitationem contra Philoſophos, quòd ipſi non poſſunt conſtituere efficiens præter corpus cœleſte, cùm indigeāt reſponſione fundamento rei, quam nō credunt, ſed eam credunt Loquentes. & eſt ſermo eorum ꝙ eſſe cœlū in menſura terminata præter alias menſuras, quibus poſſet eſse cœlum, eſt ex cauſa approprianțe, & approprians eſt

A eſt antiquum. Attamen iſte vir erra-
uit in hoc, aut fecit errare. nam ap-
propriatio, quã affirmauerunt Phi-
loſophi, eſt alia ab appropriatione,
quam voluit ſecta Aſſaria. nam ap-
propriatio, quam voluit ſecta Aſſa-
ria, eſt cognitio rei, aut à ſimili, aut
à contrario, abſq; eo ꝙ hoc determi-
net ſcientiam in ſubſtantia rei, indi-
gẽtem quidẽ appropriatione vnius
duorum oppoſitorũ. Philoſophi ve-
ro intellexerunt in hoc loco per ap-
proprians id, quod determinat ſcien
tia de re facta, & eſt cauſa finalis. nã
apud Philoſophos nõ eſt quantitas
B in ente ex entibꝰ, nec qualitas, quin
ſit finis in ſcientia. quæ nõ euadit ab
vno duorum. aut enim hoc erit ne-
ceſſarium in natura operationis hu-
ius entis, aut erit ei ad melius. nam,
ſi eſſet apud eos in creatis quantitas,
aut qualitas, quam non determinat
ſcientia, tunc attribuerent operatio-
nem Dei glo. primi in hoc ei, quod
impoſſibile eſt attribui artifici crea-
to, niſi modo vituperij eius. nam nõ
eſt macula fortior, ꝙ dicere conſyde
rauit in re aliqua facta quãtitatem,
aut qualitatem: & nõ elegit efficiẽs
hoc factum, hanc quantitatẽ, & hãc
C qualitatem, prẹter alias quantitates,
& alias qualitates poſſibiles ei: & di-
cere ꝙ ipſe voluit hoc non ex ſcien-
tia, & alia de re facta. & omnia ſunt
ẹqualia in fine huius facti, quem fe-
cit efficiens propter eum, ſ. propter
operationem eius, quæ eſt finis. nã
omne factum ſit propter aliquid. &
hoc nõ reperitur ordinatum ad hoc
factum, niſi hoc factum eſſet menſu
ratum in quantitate terminata: licet
fuerit ei latitudo in quibuſdã factis,
& qualitas terminata, & natura ter-
minata. &, ſi eſſet quodcũq; factum
fuerit, terminans quamcunq; ope- D
rationem, non eſset hic ſcientia om-
nino de facto ex factis, & non eſſet
hic cauſa oĩno: & erunt quantitates
operatorum, & qualitates eorum re-
deuntes ad appetitum efficientis: &
erit quilibet homo efficiens. aut dici
mus ꝙ ſcientia ſit in operatione crea
ti, non in operatione creatoris. Deus
glo. ſaluet nos ab hoc errore in pri-
mo efficiente. ſed credimus ꝙ omne
id, qđ eſt in mundo, eſt ex ſcientia, li
cet deficiant vires noſtri ingenij in
multis eorum. nam ſcientia artificia
lis intelligitur ab intellectu ex parte
ſcientiæ naturalis. &, ſi mundus eſt E
quid factum in vltimitate ſapientię,
neceſſe eſt vt ſit hic vnum ſapiẽs, cu-
ius eſse indigent cœlum, & terra, &
quicquid eſt in eis. nam nemo po-
teſt ponere factum à ſcientia mira-
bili cauſam ſui ipſius. Homines au-
tem, quia voluerunt exaltare Deum
glo. abſtulerunt ſcientiam ab eo, &
negauerunt de eo excellentiſſimum
attributorum eius.

## DISPVTATIO X.

In declarando diminutionẽ de-
clarationis eorũ quod mũdo
ſit efficiens, & quod Ser- F
mo hẹretici ſequi-
tur eis.

ALGAZEL.

AIT Alga. Et dicimus
ꝙ qui confitetur oẽ
corpus eſſe innoua-
tum, qm̃ non eua-
dit ab innouationi
bus, bene intelligit
opinionem eorum, cùm dicunt ꝙ
indiget agente, & cauſa. Vos vero
quæro

G quæro quid prohibet vobis ab opinione Hæreticorum, & eſt ꝙ mundus eſt antiquus, & ſic non eſt ei cauſa, nec efficiens? cauſa autem eſt in innouationibus, & non innouatur in mundo corpus, & non corrumpitur corpus, ſed innouâtur formæ, & accidentia. nam corpora ſunt cœli, & ſunt antiqui, & elementa quatuor, q̃ ſunt ſub orbe Lunę, corpora eorum, & materiæ eorum ſunt antiqua, ſed permutantur in eis formæ ex miſtionibus, & mutationibus, & innouanť animæ humanæ, & animales, & vegetatiuæ his innouationibus, quarũ
H cauſę deueniunt ad motum circularẽ. & motus circularis eſt antiquus, & facit eum anima antiqua orbis. ergo non eſt cauſa mũdo, nec efficiens in corporibus eius. ſed ipſe, prout eſt non defecit eſſe antiquus abſq; cauſa, ſ. corpora. quæro quid eſt, quod dicunt, ꝙ hęc corpora eſſe eorum eſt ex cauſa, & tamen ſunt antiqua?

AVERROES.

AIt Auer. Philoſophi dicunt ꝙ qui dicit omne corpus eſſe innouatũ, & intelligit per innouationem creationem ex nõ ente, ſ. ex priuatione, ponit aliquid de innouatione, quod non tenent omnino. & hoc indiget de neceſſitate demonſtratione. In eo aũt, ꝙ adduxit dubitationes contra eos in hoc capitulo, adeo ꝙ induxit eos ad ſermonem Hęreticorum, iam ſpeculati ſumus de hoc ſuperius, & non eſt reiterandum. Et ſumma huius rei eſt ꝙ corpus apud eos, ſiue fuerit innouatum, ſeu antiquum, nõ eſt ſufficiens in eſſe ex ſe ipſo: & eſt apud eos in corpore antiquo de neceſſitate, eo modo, quo eſt in corpore innouato, niſi ꝙ ſimilitudo non valet circa eſſe eius in corpore antiquo, vt valet in corpore innouato. & ideo quia Ariſt. voluit declarare eſſe terram circularem ſm naturam ſuam, poſuit eam innouatam, vt conſyderet intellectus cauſam huius: & poſtea tranſtulit eam ad æternitatem. & hoc quidem Secundo de Cœlo. Et, quoniam adduxit inconuenientia, quæ euenerũt Philoſophis, incœpit reſpondere eis, contradicens reſponſionibus eorum, & dixit. K

ALGAZEL.

AIt Alga. Si autẽ dicitur, omne non habens cauſam, eſt neceſſarium in eſſe: & iam diximus de attributis neceſſarij in eſſe id, quod declaratum fuit, ꝙ corpus non erit neceſſarium in eſſe, dicimus ꝙ iam declarauimus corruptionẽ eius, quod poſuiſtis de attributis neceſſarij in eſſe. & demonſtratio nõ declarat niſi ceſſationem emanationis. & iam ceſſata eſt apud Hęreticos in principio rei, cùm dicatur ꝙ non ſit cauſa cœlo. formæ vero, & accidentia aliqua ſunt cauſa alterius, quouſque deueniant ad motum circularem, & ipſemet eſt cã alicuius alterius, vt eſt opinio philoſophorum, & ceſſat emanatio eorũ in eo. & qui bene conſyderat id, quod diximus, ſcit diminutionem eius, qui credit antiquitatẽ corporum, cũ ratiocinatus fuerit de cauſa eorũ, vt cogitauit Hęreticus. L M

AVERROES.

AIt Auer. Huic iam data eſt reſponſio, & notificatus fuit gradus eius in ſermonibus veris, & non eſt hic reiteranda. Hæretici autẽ adhæſerunt ſenſui. & hoc, qm̃ reducti ſunt motus apud eos ad corpus cœleſte, & ceſſata eſt emanatio, exiſtimauerunt ꝙ iam ceſſatum eſt rõne id, quod ceſſatum eſt ſenſu. & nõ eſt ſic.

A ſic. Philoſophi vero conſyderauerunt cauſas, adeo quòd deuenerunt ad corpus cœleſte, deinde conſyderauerunt cauſas intellectas, & res finitur apud eos ad ens non ſenſibile, quod eſt cauſa, & principium entis ſenſibilis. & eſt ſermo Abraæ, faciens cœlum, & terram. Sed ſecta Aſſaria negauit cauſas ſenſibiles, ſ. non dicit ꝙ aliqua ſit cauſa alterius, & poſuit cauſam entitatis ſenſibilis ens non ſenſibile ſpecie generationis non apparentis, & nō ſenſibilis in cauſis, & cauſatis, ꝙ eſt ſpeculatio exiens à natura hominis, in eo ꝙ eſt homo.

B ALGAZEL.

Ait Alga. contradicens Philoſophis. Cùm dicunt ꝙ probatio, qua probatur ꝙ corpus nō ſit neceſſarium in eſſe, eſt qm̄. ſi eſſet neceſſarium in eſſe, non eſſet ei cauſa, nō extra, nec intus. &, ſi haberet cauſam, quia eſt compoſitum, eſt conſyderatione ſuiipſius poſſibile. & omne poſſibile indiget quidem neceſſario, Dicimus ꝙ non intelligitur dictio neceſſarij in eſſe, & poſſibilis in eſſe, & tota inuolutio eorū eſt in his duabus dictionibus. Et reuertamur ad id, quod intelligitur de ea, & eſt ablatio cauſæ, & affirmatio eius. & C quaſi dicant an iſta corpora habent cauſam, aut non habent cauſam. & dicit Hæreticus ꝙ non habent cauſam, quæro quid eſt inconueniens, cùm intelligit per poſſibile, & neceſſarium hoc? & dicimus ꝙ eſt neceſſarium, & nō eſt poſſibile, & cum dicunt corpus non eſt neceſſarium, eſt imaginatio quędam, non habēs quidem nec radicem, nec ramum.

AVERROES.

Ait Auer. Iam dictum eſt ſuperius in ſermonibus eius ꝙ, cū intelligitur per neceſſarium in eſſe id, quod non habet cauſam, & intelligitur per poſſibile in eſſe id, quod habet cauſam, non erit diuiſio entis in has duas res quid notum qm̄ aduerſarius poterit contradicere ꝙ nō eſt, ſicut ipſe dicit, ſed omne ens nō habet cauſam. Attamen, cùm intelligitur per neceſſariū in eſſe ens neceſſarium, & per poſſibile poſſibile verum, finitur res ipſa proculdubio ad ens, non habens cauſam. & eſt vt dicatur omne ens aut erit poſſibile, aut neceſſarium. ſi poſſibile, habet cauſam. &, ſi illa cauſa fuerit de natura poſſibilis procedit res ipſa, & ceſſat emanatio ad cauſam neceſſariā, E iterum interrogatur illa cauſa neceſſaria, cum fuerit poſſibile etiā vt neceſſarij aliquod ſit habēs cauſam, & aliquod non habens cauſam. &, ſi quidem ponitur cauſa de natura neceſſarij habentis cauſam, ſequeretur proceſſus, & deueniet res ad cauſam neceſſariam, nō habentem cauſam. Auic. autem voluit cōuenire in hac diuiſione opinioni Philoſophorum in entibus. nam corpus cęleſte apud Philoſophos eſt neceſſariū per aliud: ſed an neceſſarium per aliud habeat poſſibilitatem reſpectu ſuiipſius eſt F in hoc conſyderatio. quare hæc via eſt tortuoſa, cùm inceſſerint in ea hoc proceſſu. Attamen via eius eſt falſa neceſſario. quoniam ipſe non diuidit ens primo ad poſſibile verū, & neceſſarium. & eſt diuiſio nota naturaliter de entibus.

ALGAZEL.

Ait Alga. reſpondens Philoſophis dicentibus corpus nō eſſe neceſſarium in eſſe ex ſe, cùm ſint ei partes, quæ ſunt cauſa eius. Si autem

dixerit

G dixerit, non eſt incōueniens, qm̄ corpus habet partes: & partes ſunt priores eſſentialiter toto. Dicimus, licet ſic fuerit, tn̄ totum, conſtitutum ex partibus, in earum aggregatione nō eſt quidem cauſa partiū, nec aggregationis eorum, ſed ſunt antiquę ſic abſq; cauſa agenti, & impoſſibile eſt eis dubitare cū hoc, niſi cū eo, quod dixerunt de affirmatione ablationis pluralitatis ab ente Primo. & iam deſtruximus illud cōtra eos, & non habent aliam viam. igitur manifeſtum eſt ꝙ qui non credit innouationem corporum, non peruenit ad creden-
H dum agens omnino.

AVERROES.

Ait Auer. Hic ſermo ſequitur conſequentia, cui nemo dubitat apud procedētem per viam neceſſarij in eſſe in cōſtituendo ens, quod non eſt corpus: & hæc via, non procedunt per eam Antiqui. Primus tn̄, qui proceſſit per eam ex eis, qui peruenerunt ad nos eſt Auic. & dicit ꝙ ſit excellens viarum Antiquorum. Nam Antiqui proceſſerunt ad conſtituendum ens, quod non eſt corpus, quod ſit principium omnium,
I ex rebus poſterioribꝰ, & ſunt motus, & tempus: & exiſtimauit ipſe ꝙ hæc via peruenit ad id, ſ. ad conſtitutionem principij eo modo, quo conſtituerunt Antiqui ex conſyderatione in natura entis, in eo ꝙ eſt eus. Et, ſi perueniret ad id, tūc eſſet id, quod dixerunt, verum. ſed ipſa non peruenit ad hoc. nam neceſſarium in eſſe ex ſe, cùm ponitur in eſſe, erit quod magis aufertur ab eo, quòd ſit compoſitum ex materia, & forma: demū ꝙ ſit ei definitio. cùm vero ponitur eſſe compoſitum ex partibus Antiquis, quarū natura eſt vt copulentur adin- K
uicem, vt eſt in mundo, & partibus eius, tunc verum eſt dicere de mundo, aut partibus eius, ꝙ ſit neceſſariū in eſſe. & hoc totum, cùm conceſſerimus ꝙ ſit hic ens, quod eſt neceſſarium in eſſe. & iam diximus nos ꝙ via, per quam proceſſit in conſtitutione entis huiuſmodi, nō eſt demōſtratiua, & non deuenit naturaliter ad eam, niſi eo modo, quē diximus. Et plurimum, quod ſequitur ex hoc ſermone, ſ. debilitatis huius viæ, eſt apud ponentem hic corpus ſimplex, non compoſitum ex materia & forma. & eſt opinio Peripateticoꝝ qm̄, L
qui ponit compoſitum ex partibꝰ in actu Antiquum, impoſſibile eſt ei, quin ſit vnum eſſentialiter. & omne vnū in re cōpoſita eſt propter vnum, quod eſt vnū in ſe, ſ. ſimplex, & propter hoc vnum mundus eſt vnus. Et ideo dicit Alexan. ꝙ impoſſibile eſt quin ſit hic potentia ſpiritualis, tranſiens per omnes partes mundi, ſicut reperitur in omnibus partibus aīalis potentia copulās partes adinuicem. Differunt tn̄. qm̄ copulatio in mundo eſt antiqua, ex eo ꝙ copulans eſt antiquum: copulatio vero inter partes animalis eſt generabilis & corru- M
ptibilis in indiuiduo, & non generabilis & non corruptibilis ſpecie, propter copulationem antiquam: qm̄ impoſſibile eſt ei vt ſit non generabile & non corruptibile in indiuiduo, ſicut eſt in mūdo. Et euenit Deo glo. hęc diminutio in hac ſua ſpecie perfectionis, ad quam peruenire aliud non poteſt, vt dicit Ariſt. in libro de Animalibus. Et iam vidimus noſtra tempeſtate multos, & ex ſociis Auicennæ propter hoc dubium expoſuiſſe Auicennā eſſe huius opinionis: & di-

A & dixerunt, ꝙ ipſe non tenet, ꝙ ſit hic ſeparatum: & dixerunt hoc apparere ex ſermone eius de neceſſario in eſſe in multis locis: & eſt id, quod poſuit in philoſophia ſua orientali: & dixerunt ꝙ ideo appellauit illam orientalem, qm̄ eſt ex opinione orientalium, tenẽtium ꝙ Deus ſit corpus cœleſte, vt ipſe opinatur. & ipſi quidem cum hoc debilitant viã Ariſtot. circa cõſtitutionem primi principij per viam motus. Nos vero iam locuti ſumus de hac via multis vicibus: & declarauimus modum, quo eſt in ea veritas: & ſoluimus omnes

B qõnes factas cõtra eam. & locuti ſumus etiã de via Alexandri in hoc, ſ. quam eligit in libro ſuo nominato de principiis. nam vr̃ ꝙ declinauit à via Ariſt. ad aliam viam: licet fuerit aſſumpta a principiis, quæ declarauit Ariſt. & ambę viæ ſunt veræ. ſed magis naturalis eſt via Ariſto. quare, cum verificabitur via ꝓbationis neceſſarij in eſſe, vt recitabimus, erit vera apud me: licet fuerit in ea communitas, indigẽs diſtinctione: & eſt vt præcedat ei ſcientia ſpecierũ poſſibilium in ſubſtãtia, & ſcientia ſpecierum neceſſariorum in ſubſtãtia.

C Et hęc via eſt vt dicamus poſſibile in eſſe in ſubſtãtia corporea, neceſſe eſt vt præcedat id neceſſarium in eſſe in ſubſtãtia corporea. & neceſſariũ ĩ eſſe in ſubſtãtia corpea, neceſſe eſt vt præcedat id neceſſarium in eſſe in ſubſtantia abſoluta: & eſt id, in quo nõ eſt potentia omnino, nec in ſubſtantia, nec in alia ſpecierũ motuum. & quod eſt hmõi non eſt corpus. v. gr. corpus cœleſte, apparet de eo ꝙ eſt neceſſariũ in eſſe in ſubſtãtia corporea. ſin autem ſequeretur vt ſit corpus antiquius eo: & tamen apparet de eo ꝙ eſt poſſibile in eſſe, D quo ad motum localem: ergo neceſſe eſt vt motor eius ſit neceſſarius in eſſe in ſubſtantia, & ꝙ non ſit in eo potentia omnino, nec ad motũ, nec ad aliud. & non attribuit̃ ei nec motus, nec quies, nec alia ſpecies mutationum. & quod eſt huiuſmodi nõ eſt corpus oĩno, nec potentia in corpore. partes vero mundi æternę ſunt neceſſarię in eſſe in ſubã, aut vr̃, ſicut eſt in quatuor elementis, aut indiuidualiter, ſicut ẽ in corpe cęleſti.

## DISPVTATIO XI.

### De diminutione tenentis quòd primum ſcit aliud ab eo, & ſcit genera, & ſpecies modo vniuerſali. E

ALGAZEL.

AIt Alg. Perfecti autem qm̄ eſſe eſt incluſum apud eos in innouato, & antiquo, & non erit apud eos antiquum niſi Deus glo. & attributa eius, & quicquid eſt vlterius eſt innnouatum ex voluntate eius, ideo peruenit ad eos F propoſitio neceſſaria de ſciẽtia eius: qm̄ volitum neceſſario impoſſe eſt quin ſit ſcitum volenti. & ędificauerunt ſuper hoc ꝙ totum eſt ſcitũ ei, ex eo ꝙ totum eſt volitũ ei, & innouatum ex voluntate eius, & nihil ſit quin ſit innouatũ ex voluntate eius. & quotienſcunq; affirmabit̃ ꝙ vult, ſciens quidem id, qđ velit, eſt viuens neceſſario: & oẽ viuẽs ſcit aliud, quãto magis ſcit ſeipm̄: ergo totũ ſit ſcitum Deo glo. & id ſcit hac via cum notũ eſt eis ꝙ vult creare mũdum.

G AVERROES.

AIt Auer. Hic ſermo, fecit eum procœmium ad hoc, vt faciat cōparationem inter eum, & ſermonem philoſophorum de ſcientia antiqua. Attamen hic ſermo eſt magis ſatisfaciens primo aſpectu, q̃ ſermo philoſophorum. nam Loquētes, cū verificatus fuerit ſermo eorum, & apparuerit apud quē debet apparere, videtur ꝙ ipſi poſuerunt Deum glo. hominem æternum. ipſi enim aſſimilauerunt mundum operatis, quæ ſunt ex voluntate humana, & ſcientia, & poſterius. Et, cum dr̄ eis ꝙ
H neceſſe eſt vt ſit corpus, dicunt ꝙ eſt æternus: & omne corpus eſt innouatum: & neceſſe eſt eis ponere hominem abſq; materia agentē omnium entium. & fit hic ſermo, ſermo ſimilitudinalis rhetoricus: & ſermones ſimilitudinales ſunt nimium ſatiſfacientes, niſi ꝙ, cum procedimus poſt eos, apparebit inuolutio eorū. nam nihil eſt diſtātius à natura entis gn̄abilis & corruptibilis, quā natura entis æterni. Et, cū hoc ſic fuerit, impoſſe eſt vt repiatur aliqua ſpecies, diuiſa in æternitatem, & priua
I tionem ęternitatis, ſicut diuiditur vnū genus in differentias id diuidentes. nam diſtantia ęterni ab innouato eſt maior, q̃ diſtantia ſpecierum abinuicem, communicantium quidem in innouatione. &, cū fuerit diſtantia æterni à non æterno maior, q̃ diſtantia ſpērum abinuicem, qūo ergo poſſe eſt vt permutetur iudiciū ab apparenti ad occultum? & tamen ſunt contraria. &, cum intelliguntur attributa reperta in apparenti, & occulto, apparet ꝙ ſunt ęquiuoca ęquiuocatione tali, quę impoſſe eſt ꝑmutari ab apparenti ad occultum. nam

K vita addita intellectui in homine nō dr̄, niſi de potētia motiua in loco ex volūtate, & apprehēſione ꝓueniēte ex ſenſibus: ſenſus autem auferūtur a Deo, & multo magis motus localis. Loquentes vero ponunt in Deo glo. ſenſus abſq; inſtrīs, & auferunt ab eo motum abſolute: igitur aut non affirmant in Deo vitam repertā viuo, quę eſt conditio in eſſe ſciētiæ homini, aut ponunt eam eſſe ipſammet apprehenſionem: vt dicunt philoſophi ꝙ apprehenſio, & ſcientia in primo eſt ipſamet vita. & ēt, quoniam voluntas in viuo eſt appe-
L titus mandans ad motum, & viuo, & homini euenit ad perficiendū id, quod ei deficit in eſſe ſuo. Deus vero glo. abſit ꝙ ſit ei appetitus, ex eo ꝙ deficit ei, & ſubſtantiæ eius aliqd, adeo ꝙ ſit cauſa motus, & actionis, aut ex ſe, aut ex alio. Et qūo poteſt imaginari voluntas æterna, quæ ſit cauſa oꝑationis innouatæ, abſq; eo ꝙ additus ſit appetitus hora oꝑationis? aut quomodo imagineť voluntas, & appetitus, quorū diſpoſitiones ſint ante operationem, & hora operationis, & poſt operationē eædem, abſque eo ꝙ eueniat mutatio?
M Vlterius, quia appetitus ē cauſa motus: & motus non reperitur niſi in corpore: igitur appetitus non reperitur niſi in corpore animato. &, cum non ſit voluntas in Primo apud Philoſophos, niſi ꝙ operatio eius ſit operatio proueniens à ſcientia, & ſcientia in eo quòd eſt ſcientia, in duobꝰ contrariis poſſibile eſt vt proueniat ab ea vnumquodque eorum, & prouenit excellentius contrariorum, & non vilius ex ſciente ea, ideo appellatur Sciens, Excellens. & propter hoc dicunt de Deo glorio. quòd appro-

A propriantur ei tria attributa, & eſt ꝙ ſit Sciens, Excellens, & Potens. & dicunt ꝙ volũtas eius ꝓuenit in entibus ſm̃ ſcientiam eius, & poſſe eius non deficit a voluntate eius, ſicut deficit in hoĩe. Hoc totum eſt ſermo philoſophorũ in hoc caplõ. &, cum poſitum fuerit, vt poſuimus, in his quidem rationibus eſt ſermo ſatisfaciens, nõ autem demonſtratiuus. Et tibi eſt conſyderare hæc, ſi fueris ex hoĩbus felicitatis completæ in locis proprijs libri Poſteriorum, ſi ſcieueris artes, quas operat̃ demr̃atio. artes enim demonſtratiuæ aſſimilant̃ in omnibus artibus factiuis. B nam quemadmodum impoſſibile eſt ei, qui non eſt illius artis, vt faciat aliquam operationem illius artis, ſic etiam impoſſibile eſt ei, qui nõ ſcit artes demonſtrationis, vt faciat aliquam operationem artis demõſtratiuæ: & eſt ipſamet demonſtratio. ſed hæc ars dignior eſt in hoc cæteris artibus. differt tamẽ ſermo in hoc ab operatione. nam operatio eſt actio vna, & non proueniet neceſſario, niſi ex habẽtibus artem. ſpecies vero ſermonum multæ ſunt. nam aliquæ ſunt demonſtratiuæ, aliquæ vero non demonſtratiuę. ſed ſermones non demonſtratiui, C quia proueniunt abſque arte, iõ exiſtimatur in demonſtratiuis ꝙ proueniant abſq; arte. & hic eſt error magnus. & ideo quæcunq; materię fuerint materierum artium demonſtratiuarum, in quibus impoſſibile eſt vt ſit in eis ſermo abſq; ſermone artificiali, impoſſibilis eſt ſermo in eis, niſi habẽti illam artem, ſicut eſt in arte Geometriæ. Quare totũ id, quod poſuimus in hoc libro, non eſt ſermo artificialis demonſtratiuus, ſed ſunt ſermones nõ artificiales: quorum alter eſt D magis ſatisfaciens altero. & ſecundũ hoc oportet vt intelligatur id, quod nos hic ſcripſimus. & ideo nomẽ debitum, & conueniens huius libri eſt Deſtructio ambarum ſectarũ ſimul. Et hoc totũ eſt apud me excedere legẽ, & ſpecular dei eo, qđ non ꝑcipit lex. qm̃ vires hominis deficiunt in hoc. impoſſe eſt enim de omni eo, qđ tacuit lex ex ſciẽtijs, vt ſpeculetur, & declaretur vulgo ex eo, id, ad quod peruenit ſpeculatio, quod ſit de eſſentialibus legis. nam fit ex hoc magna inuolutio. & debet hõ tacere in iſtis rebus, ſicut tacuit in eis lex, & notificare vulgo ꝙ intellectus humani de- E ficiunt in diſputatione de his rebus, & non excedant doctrinã legis declaratam in lege: cum fuerit doctrina cõis oĩbus ſufficiens ad acquirendũ felicitatẽ ſuã.

*Quo pacto doceri debeat vulg⁹ res diuinas.*

Qm̃, quemadmodum Medicus ſpeculatur de rebus ſanitatis in menſura, quæ conuenit ſanis, ad conſeruandũ ſanitatẽ, & ægris ad remouendum ęgritudinẽ: ſic ẽt eſt in conſtituente legem. nã ipſe notificat vulgo ex rebus menſuram, qua ꝑueniunt ad felicitatẽ. Et ſic eſt in factibilibus: nam id, quod tacuit lex, eſt perfectius, & præcipue in locis, in q̃bus vident ꝙ ſint de genere rerum F factibilium, in quibus eſt iudicium legale. Quare Legiſtæ differunt in hoc genere. ſunt enim aliqui, qui negant ratiocinationem, & ſunt ſequẽtes ſimplicitates rerum: & aliqui, qui eam affirmant, & ſunt homines ratiocinationis. & hoc idem euenit rebus ſcientificis. & ſimplices autem, & ſcientifici, magis proficiunt ſimplices in rebus factibilibus. Interrogatio autem aduerſarij in his rebus, aut erit ex hominibus demõſtrationis,

G nis, aut non. Si fuerit ex hoībus demonſtrationis, loquendum eſt cum eo demonſtratiue, & notificabit̃ ei ꝙ hic modus loquendi eſt proprius hoībus demr̃ationis, & ſciet in locis in quibus lex innuit hoc, ꝙ hoc genus ſcientiæ prouenit ex demr̃atione. Si vero non fuerit ex hominibus demonſtrationis, aut erit ex hominibus, qui credunt legi, aut ex Hęreticis, & non credentibus. ſi credit ei, notificabitur ei ꝙ loqui de his rebus eſt prohibitum in lege. ſi vero non credit ei, non eſt inconueniens hominibus demonſtrationis contradicere ei rationibus inciſiuis. Sic profecto dēt eſſe diſpoſitio habentis demonſtrationem in omni lege, & pręcipue in lege Moſayca diuina, quæ non tacuit de rebus diuinis, ſed innuit id, ad quod peruenit demōſtratio, & tacuit de eis, dimittens hoc ad doctrinam communem. His autem habitis, reuertamur ad id, in quo fuimus, cum ad hoc nos induxit neceſſitas. & niſi eſſet hoc, Deus ſcit, & bene intelligit ꝙ nos non licite loqueremur de his rebus hoc modo loquelę. Et, cum expreſſerit Alg. viam qua affirmauerunt Loquentes attributū ſcientiæ, & alia, adeo ꝙ eſt in vltimitate declarationis, ex eo ꝙ eſt in vltimitate famoſitatis, & vltimitate facilitatis verificationis, īcępit facere cōparationē inter eā, & viam philoſophorum in his attributis. & hæc eſt operatio rhetorica. & dixit.

ALGAZEL.

AIt Alga. loquens cum philoſophis. Vos autem, cum exiſtimauiſtis ꝙ mundus ſit antiquus, nō innouatus quidem à voluntate, quęro vnde vos ſciuiſtis ꝙ ipſe ſcit ſeipſum? & impoſſibile eſt hoc abſq; ratione in eo. Deinde dixit, & id, quod dixit Auicenna circa verificationem huius in graduatione ſermonis eius, tendit ad duo, quorum vnum eſt ꝙ Primum eſt ens non in materia: & omne ens non in materia eſt intellectus abſolutus: & omnia intellecta ſunt manifeſta ei. nam ꝓhibens ab acquiſitione omnium rerum eſt alligantia cum materia, & occupatio in ea, nam anima hominis eſt occupata in regimine materiæ, ſ. corpore. &, cum ceſſauerit occupatio eius, & non ſummergitur in appetitibus corporalibus, & conditionibus vilibus, procedentibus de rebus naturalibus, patefit ei veritas intellectorū. & iō apparet ꝙ Angeli oēs ſciūt oīa intellecta, & non deficit eis aliquid: qm̄ ſunt ēt intellectus abſtracti non in mā. Poſtea, cū recitauerat ſermonem eorum, dubitans eis, dixit.

ALGAZEL.

AIt Alga. Et dicamus, cum dicitis ꝙ Primum ſit ens non in materia, ſi intelligitis ꝙ non ſit in corpore, nec innatum corpori, ſed eſt exiſtens in ſe, abſq; apprehenſiōe termini, & appropriatione in aliqua parte, conceditur. Et circa id, qđ dicitis, & hmōi eſt intellectus abſtract⁹, quęro quid ītelligitis per intellectū? ſi intelligitis eum, qui intelligit alias res, hoc eſt ipſummet quæſitum, & locus quæſtionis. & quomodo id accipitis in propoſitionibus ſyllogiſmi ī q̃ſito? ſi vero ītelligitis aliud, & eſt ꝙ ipſe intelligit ſeipſum, forte concedent tibi hoc tui fratres Philoſophi, & nō ꝑuenit ad hoc, ex eo ꝙ ītelligit ſeipm̄, vt intelligat aliud. & dr̃ ei quare ponis hoc, qđ nō eſt neceſſariū? igit̃ differt Auicen. ab alijs philoſophis. & qūo ponit id neceſſarium?

A rium?&,ſi ē ſpeculatiuū, q̄ro quę eſt demſ̄ratio in hoc? ſi vero dicit, q̄m ꝓhibens ab acquiſitione rerum, eſt materia: & ibi nō eſt materia: igitur non eſt prohibens: Nos dicimus nō concedimus ꝙ ſit prohibens: & non concedimus ꝙ ipſa ſit prohibens tātum. Et fundatur ſyllogiſmus eorū in figura ſyllogiſmi hypothetici: & eſt vt dicatur, ſi hoc eſt in materia, non intelligit res: ſed non eſt in materia: ergo intelligit res. & in hoc ponitur cōtradictio antecedentis. & poſitio contradictionis antecedentis non concludit conuenienter: & eſt
B ſicut ſermo dicentis, ſi hoc, quod videtur, eſt homo, eſt animal: ſed non eſt homo: ergo non eſt animal. hoc enim non ſequitur, cum multotiēs non erit homo, & tamen erit equus, & erit animal. Verum eſt ꝙ poſitio contradictionis antecedentis cōcludit contradictionem conſequentis, ſicut dixerunt in Logicis cum cōditione: & eſt conuerſio conſequentis cū antecedēte. & hoc vl'r, & eſt ſicut dicunt ſi Sol orit', dies eſt: ſed Sol nō oritur: ergo dies nō eſt. q̄m eſſe diei non hēt cām, niſi ortum Solis: & alterum eorum conuertitur cum altero. & declaratio harum poſitionum
C & dictionum intelligitur in lib. Apprehenſionis intellectus, quem ordinauimus ad hunc librum. ſi vero dicit, nos autem ponimus conuerſionem, & eſt ꝙ prohibens eſt materia tantum, &c.

AVERROES.

Quō ſi deuenerunt Philoſophi in cognitiōe ipſius Dei.

AIt Auerr. Primum, quod eſt in hoc ſermone ex inuolutionibus, eſt recitatio opinionis, & ratiocinatio contra eam. Nam id, quod poſuit in eo ex propoſitionibus, ꝙ ſint tanq̄ principia, ſunt apud eos concluſiones multarum propoſitionum. Quoniam declaratum eſt apud eos ꝙ omne ens ſenſibile ſit cōpoſitum ex materia, & forma: & forma eſt id, quo ens eſt ens, & eſt id, quod ſignificatur per nomen, & definitionem, & ex ea ꝓuenit operatio propria in quolibet ente, & eſt ea, q̄ ſignificat eſſe formarum in ente. Et hoc, q̄m ipſi inuenerunt ꝙ ſunt in ſubſtantijs potentiæ agentes, ꝓpriæ cuilibet enti, & potentiæ patientes, aut propriæ, aut communes. & impoſſibile eſt vt res patiatur re, qua agit. nam actio contradicit paſſioni: D
& contraria non recipiunt alterum alterum, ſed recipit ea ſubiectū eorum, modo, quo vnū aduenit, poſtquam receſſit aliud. v. g. calidū non recipit frigidum: id vero, quod recipit frigidum, eſt corpus calidum, cū receſſerit ab eo calidum, & recipit frigidum, & econtra. Et, q̄m inuenerūt actionem, & paſſionem eſſe hm̄oi, ſciuerunt ꝙ oīa entia talia ſunt compoſita ex duabus ſubſtantijs, ſubſtātia quidem, quæ eſt actus, & ſubſtātia, quæ eſt potentia: & inuenerūt ꝙ ſubſtantia, q̄ eſt in actu eſt perfectio ſubſtantiæ, quæ eſt in potentia, & E
eſt ei in fine in generatione, cū non fuerit diſtīcta ab ea in actu. Deinde cum ſpeculati fuerūt formas entiū, declaratum fuit eis ꝙ neceſſe eſt ꝙ deueniat res in iſtis ſubſtātijs ad ſubſtantiam in actu, ſpoliatam à materia: & neceſſe eſt vt ſit hæc ſubſtātia agens, non patiens omnino: & vt nō eueniat ei debilitas, nec feſſitas, nec corruptio: cum hoc eueniat ſubſtantiæ, quæ eſt in actu, ex eo ꝙ eſt perfectio ſubſtantiæ, quæ eſt in potentia, non ex eo ꝙ eſt actus abſolute. q̄m, cum ſubſtantia, quæ eſt in potētia, F

G exeat in actum ex parte ſubſtantiæ, quæ eſt in actu, neceſſe eſt vt deueniat res in entibus agentibus, & patientibus ad ſubſtantiam, quæ eſt actus abſolute, & ꝙ ceſſet emanatio, & proceſſus ad hanc ſubſtantiam. & declaratio ꝙ reperiatur hæc ſubſtantia, ex eo ꝙ eſt mouens, & agens propoſitionibus eſſentialibus, & ꝓpriis, eſt in lib. Octauo Phyſicorũ. Et, q̃m conſtituerunt hanc ſubſtãtiam via propria, & cõi, vt eſt notum in libris eorum, conſyderauerunt in natura formarum mouentium materialiũ, & inuenerunt aliquas earum magis propinquas actui, & magis remotas H à potentia: q̃m ſunt remotæ à paſſionibus magis quàm aliæ, quod eſt ſignum materiæ ſibi propriæ: & inuenerunt animam ex iſtis formis immunem præ cæteris a materia, & pręcipue intellectum, adeo ꝙ dubitauerunt de eo an ſit ex formis materialibus, aut non ex materialibus. Et, q̃m viderunt formas apprehenſiuas eſſe ex formis animæ, & inuenerunt eas remotas a materia, ſciuerunt ꝙ cauſa apprehenſionis ſit remotio a materia. Et, q̃m inuenerunt intellectum non eſſe paſſibilem, ſciuerunt ꝙ cã, qua ſit forma nõ aĩata, aut apprehenſiua, nihil aliud eſt, niſi ex eo I ꝙ, cum fuerit perfectio eius, quod eſt in potentia, erit inanimata, aut non apprehenſiua. &, cum fuerit pfectio abſoluta, cui nõ admiſcetur potentia, erit intellectus. & hoc totum iam ordinatum eſt ordinatione demonſtratiua, & ſyll'is naturalibus, & impoſ'e eſt vt ordinetur in hoc loco ordinatione demonſtratiua, niſi aggregetur id, cuius natura eſt vt ſcribatur in multis libris diuerſis in vnum locum. & hoc bene ſcit, qui eſt aſſuetus in libris Logicæ pauca aſſuefa- K ctione, quod impoſ'e eſt hic. Et ex hoc modo viæ ſciuerunt ꝙ id, quod non patitur omnino, eſt actus, & nõ eſt corpus. q̃m oẽ corpus paſſibile apud eos eſt in materia. Modus autẽ quæſtionis contra philoſophos in his rebus debet fieri cum principijs, quæ adduxerunt in declarationem harum ꝛerum, non autem cum hiſmet rebus, quib⁹ dubitauit iſte vir: & cum hoc ſciuerunt ꝙ hic ſit ens, quod eſt intellectus abſolutus. Et, quoniam viderunt etiam ordinem hic in natura. & operationibus eius ſequi ordinem intellectualem, ſimilem ordini artificiali, ſciuerũt ꝙ hic ſit intellectus, qui influit has potentias naturales, quarum operationes currũt modo operationis intellect⁹: & determinauerunt ex his duab⁹ rebus ꝙ hoc ens, quod eſt intellectus abſolutus, eſt ille, qui influit entib⁹ ordinem, & ꝓportionem repertã in operationib⁹ eorum: & ſciuerunt ex hoc toto ꝙ ipſum intelligere ſeipm̃ eſt intelligere omnia entia. Et hmõi ens non eſt id, quod intelligit de ſe aliud ab eo, quod intelligit de alio, ſicut eſt in intellectu humano. & ei non conuenit diuiſio prędicta. & eſt vt dicatur, omnis intellectus aut intelligit ſeipſum, aut aliud, aut intelligit vtrũq; ſimul. deinde dicit, ſi intelligit aliud, patet ꝙ intelligit ſeipſum. ſi intelligit ſeipſum, non oportet vt intelligat aliud. & iam locuti ſumus de hoc ſuperius. Et totum, de quo locutus eſt in ſyllogiſmo hypotetico, quo vſus eſt, vt dixit, nõ eſt verum. nam ſyllogiſmus hypothetic⁹ non verificatur, niſi declaretur id, quod reiteratur in eo, & conſequens per ſyllogiſmum categoricum, aut vnum,

L Quo pacto ĩtellect⁹ prim⁹, ĩtelligẽdo ſe, intelligat alia.

M

A vnum, aut plus vno. Syllogiſmus vero hypotheticus verus in hac q̃one talis eſt. Si id, quod eſt in materia, non intelligit, id quidem, quod nõ eſt in materia, intelligit. & hoc quidem, cũ declarabitur verificatio huius cõſequentiæ, & verificatio eius, quod reiteret, & ſunt ꝓpões, quas diximus eſſe apud eos cõcluſiones, & iſte vir attribuit eis ꝙ ſint prima, aut ꝓpinqua primis. &, cum declarabuntur ſm ꝙ diximus, erit ſylľus verę figuræ, & verarum propoſitionum. Verificatio aũt figuræ, q̃m id, qđ reiteratur, eſt oppoſitũ cõſequentis, & concludit oppoſitum antece- B dentis, non eſt ſicut ipſe putauit, ꝙ ipſi reiterant oppoſitum antecedentis, & concluditur oppoſitum conſequentis. Attñ, quia non ſunt primę, nec famoſę, nec cadit earum in primo aſpectu veritas, ideo ſunt in vltimitate inconuenientię, pręcipue apud illum, qui nihil audiuit de his rebus. Igitur inuoluit iſte vir ſcientias inuolutione magna, & extraxit ſcientiam à radice, & ſemita eius.

ALGAZEL.

C Ait Alga. Secundus aũt modus eſt, cum dicunt ꝙ licet nos nõ diximus ꝙ Primum vult innouationem, nec ꝙ totum ſit innouatum innouatione permanenti, nos tamẽ dicimus ꝙ ipſum id fecit, & eſt conſtitutum ab eo, niſi ꝙ nõ defecit attribuere ei opationes, & nunq̃ defecit eſſe agens: & nõ diſtinguit apud nos niſi hac imaginatione, in fundamento vero agentis non. &, cum neceſſe eſt vt agens ſciat deliberatiue, ergo totum eſt apud nos ẽt ex opatione eius. Rñſio aũt huic eſt duob⁹ modis. quorum Vnus eſt ꝙ opatio eſt dupľr, aut voluntaria, ſicut operatio animalis, & hominis: aut natu- D ralis, ſicut operatio Solis illuminatione, & ignis calefactione, & aquę infrigidatione. eſt aũt neceſſe, vt ſit ſcientia in operatione voluntaria, vt eſt in artibus hominis: in operatione vero naturali non. & apud vos eſt ꝙ Deus glor. fecit mundum via conſecutionis ab eo naturaľr, & neceſſitate, non aũt via voluntatis, & eleuationis: ſed conſecutum eſt totũ à ſubſtantia eius, vt conſequitur lumen à Sole. &, quemadmodũ Sol non poteſt euitare lumen, nec ignis euitare calefactionem, ſic nõ poteſt E Primum euitare operationes ſuas. quod abſit. & hæc ſpecies, licet admiſerimus appellare eam operationẽ, non determinat tñ agenti ſcientiam omnino. Si vero dicatur, differunt, quoniam prouenire totũ a ſubſtantia eius eſt propter ſcientiã eius de toto: & imaginatio ordinis vľis eſt cã influxus totius: & non eſt ei cauſa præter ſcientiam de toto, ſcientia aũt de toto eſt ipſamet ſubſtantia eius: &, niſi eſſet ei ſcientia de toto, non proueniret ex eo totum, & non eſt ſic lumen proueniens à So- F le: dicimus, & in hoc contradicunt tibi fratres tui. nam ipſi dixerunt ꝙ ſubſtantia eius eſt ſubſtãtia, ex qua conſequitur eſſe totius ſm ordinem ſuum naturaliter, & ex neceſſitate, non autem ex eo ꝙ ſcit de ſe. quæro quid eſt qđ facit hãc opinionẽ eſſe falſam, quotieſcunque cõueniat eis circa ablationem voluntatis? ſi autẽ non conditionatur ſcientia Solis de illuminatione in cõſecutione luminis, ſed ꝙ ſequitur ei ex neceſſitate, tunc poteſt conſyderari hoc de primo, & nihil prohiberet.

G AVERROES.

AIt Auer. Incœpit in hoc capl'o recitare de Philoſophis quid abſurdum: & eſt ꝙ Deus glorio. non habet voluntatem, nec in innouatis, nec in toto: quoniam operatio eius prouenit à ſubſtantia eius ex neceſſitate, ſicut prouenit lumen à Sole. Deinde recitauit de eis ꝙ ipſi dixerunt, ex eo ꝙ eſt agens, neceſſe eſt vt ſit ſciens. Attamen Philoſophi non negant voluntatem à Deo glorio. & non affirmant ei volũtatem humanam. quoniam illa, quę eſt in humanis, eſt quia reperitur diminutio in volente, & paſſio rei volitæ. &, cum H reperitur ei volitum, ceſſat diminutio, & auſertur paſſio, quæ appellat' voluntas. ſed id, quod affirmant ei de voluntate, eſt ꝙ operationes prouenientes ab eo, proueniunt a ſcientia: & omne id, quod prouenit à ſcẽtia, & ſapientia, prouenit ex voluntate agentis, non autem ex neceſſitate naturali: cum non ſequitur ex natura ſcientiæ aduentus operationis ab eo, vt ipſe recitauit de Philoſophis. quoniam, cum dicimus ꝙ ipſe ſcit duo contraria, ſequeretur ꝙ proueniant ab eo duo contraria ſimul. I & hoc eſt falſum, & prouenire vnũ duorum contrariorum ab eo indicat attributum additum ſcientię. & eſt voluntas ipſa. ſic dẽt intelligi affirmatio voluntatis in Primo apud Philoſophos: & tamen eſt apud eos ſciens, & volens. Cum autem dixit ꝙ operatio eſt duplex, aut naturalis aut voluntaria, eſt falſum. quoniã operatio eius apud Philoſophos nõ eſt naturalis multis modis, nec volũtaria abſolute: ſed voluntaria, quæ abeſt ab omni diminutione reperta in voluntate humana. quare nomẽ voluntatis dr̃ de eis ęquiuoce, ſicut nomẽ ſciẽtiæ dr̃ ſic de ambabus K ſcientiis, antiqua, & innouata. nam voluntas in animali, & homine eſt paſſio proueniens à volito, & eſt cauſata ab eo. Hoc eſt, quod intelligitur de voluntate hominis, & Dei gl. abſit ꝙ ſit ei attributum cauſatum. Et non intelligitur per voluntatem, niſi ordinatio operationis copulata ſcientiæ. & ſcientia, vt diximus, eſt duorum contrariorum. in ſcientia vero Primi eſt aliquo modo ſciẽtia duorum contrariorum. & operatio eius vnius duorum cõtrariorum eſt probatio ꝙ ſit hic aliud attributũ, quod appellatur voluntas. L

ALGAZEL.

AIt Alga. Secundus autem modus eſt, vt nos confiteamur ꝙ prouentus rei ab agente determinat ſcientiam in operatione, quæ emanat: & tamen apud eos operatio Dei glo. eſt vna, & eſt cauſatum, quod eſt intellectus ſimplex, & non debet ſcire niſi eum. cauſatum vero primum erit ſciens id, qđ ꝓuenit ab eo tm̃. nam totum non ꝓuenit à Deo glo. ſtatim, ſed mediis, & prouẽtione, & cõſecutione. & id, qđ emanauit ab eo, qđ' emanauit ab eo, non M oportet vt ſit ſcitũ ei. & nõ emanat ab eo niſi vnũ. & hoc, cũ nõ ẽ neceſſe, vt ſit in operatione voluntaria, qũo erit in nãli? nã motus lapidis a ſummitate montis erit motu voluntario, quem faciet ſcientia in ſubſtãtia motus, & nõ faciet ſcĩa id, quod fit ex eo de cõtactu, & eruptione alterius rei. hoc ẽt non pñt rñdere ei.

AVERROES.

AIt Auer. Reſponſio noſtra, ꝙ agens, cuius ſcĩa eſt in vltimitate pfectiõis, ſcit qđ emanat ab eo; & id

A & id, quod emanat ab eo, quod emanat ab eo, & quod emanat ab hoc, quod emanat, vſque ad finem eius, quod emanat. Et, ſi primũ fuerit in vltimitate ſciẽtiæ, oportet vt ſit ſciẽs totum id, quod emanat ab eo mediate, vel immediate. & non ſequit̃ vt ſit ſcientia eius de genere ſciẽtiæ noſtrę: quoniam ſciẽtia noſtra eſt diminuta, & poſterior ſcito. Deinde dixit, reſpondens quæſtioni, quam fecit Philoſophis.

ALGAZEL.

Ait Alga. Si aũt dicatur, ſi definimus ꝙ ipſum non ſcit, niſi
B ſeipſum, hoc erit in vltimitate incõuenientiæ. nam aliud ſcit ſeipſum, & aliud, & erit excelſius eo ĩ gradu. & quomodo cauſatum erit excellentius cauſa?

AVERROES.

Ait Auer. Hęc reſponſio eſt diminuta. nã in ea induxit rem intellectã ad inconueniens. Deinde reſpondit ipſe, & dixit, dicimus ꝙ hoc inconueniens ſequitur Philoſophis circa ablationem voluntatis, & ablationem innouationis mundi:
C & debent contradici, ſicut contradicunt eis cæteri Philoſophi. & impoſſibile eſt quin derelinquatur Philoſophia, & confiteatur ꝙ mundus ſit innouatus voluntate, ideſt ꝙ ſequitur eis, ſi fuerint ex eis, qui intulerint ꝙ ipſum ſcit operatum ſuum propter inconuenientiam, vt ipſi tollerent hoc inconueniens, quemadmodum deuenerunt in aliud inconueniens de antiquitate mundi, & ablatione voluntatis. & ipſi tamen non auferunt voluntatem, ſed auferunt partem diminutam ab eo. Deinde.

ALGAZEL. D

Ait Alga. Quare negatis dicenti ex Philoſophis ꝙ hoc non eſt additio dignitatis, q̄m ſciã indigeret ea aliud ad recipiendũ vtilitatẽ aliquam: nã ipſum in ſe ea indiget. Homo aũt exaltatur intellectis, aut vt perueniat ad felicitatem in fine huius ſeculi, & alterius, aut ad perficiendum ſe, tanq̃ obſcurum, & diminutum: & ſic aliæ creaturæ. Subſtantia vero Dei glor. non indiget perfectione. &, ſi conſyderetur de eo ſciẽtia, qua perficeretur, hoc erit, quoniam ſubſtantia eius eſſet diminuta. & ſic aliæ creaturæ. & hoc eſt, ſicut ſi tu attribueres ei auditum, & E
viſum, & ſcientiam particularium ingrediẽtium ſub tempore. Tu autẽ conuenis cum fratribus tuis Philoſophis ꝙ Deus gl. abeſt ab eis: & ꝙ mutationes ingredientes in tẽpore, diuiſæ ad id, quod fuit, & erit, nõ ſcit eas Primũ: q̄m hoc faceret mutationẽ in ſubſtãtia eius, & impreſſionẽ. & non ſequitur in negatione huius ab eo diminutio, ſed eſt perfectio: immo diminutio eſt habere ſenſus, & indigere eis. &, niſi eſſet diminutio in homine, non indigeret F
ſenſibus ad præſeruandũ ſe ab eo, quod ei euenit ex eius mutatione. & ſic ſcientia innouationũ particulariũ vos putatis ꝙ ſit diminutio. Et quemadmodum, cum nos ſcimus innouationes oẽs, & apprehẽdimus ſenſibilia omnia, & Primum nõ ſcit aliquid de particularibus, & non apprehendit aliquid ex ſenſibilibus, non erit hoc diminutio, ſic ſcientia de vl'ibus intellectualibus etiã poſſe eſt vt affirmetur alteri, & non affirmatur ei: & non erit hoc diminutio etiam. & ab hoc non poteſt euadi.

G **AVERROES.**

AIt Auer. Hæc eſt ratio eius, q
dicit ꝙ ipſum non ſcit niſi ſe-
ipſum. Et iam recitauimus opinio-
nes hominũ circa aggregationem
eius, qđ dicunt ꝙ ipſum non ſcit ni-
ſi ſeipſum, & ꝙ ipſum ſcit oĩa en-
tia. & ideo dicunt aliqui famoſi eo-
rũ ꝙ Deus glo. eſt entia oĩa, & ipſe
eſt motor eorũ, & non oportet rei-
terare ſermonẽ in hoc. & propõnes
adductę in hoc capitulo ſunt famo-
ſæ topicæ: qm̄ omnes ſunt in capi-
tulo reductionis ſyllogiſmi occulti
ad manifeſtũ, quos nõ aggregat ge-
H nus; & nõ eſt inter eas cõicatio omni
no. Demum loquitur in hoc capitu
lo cum Auic. in eo, ꝙ ratiocinat̃ cõ-
tra dicentem ex Philoſophis ꝙ ipſe
ſcit ſeipſum, & ſcit aliud. qm̄ impoſ
ſibile eſt quin ſciat id, quod fecit. &
oẽs propõnes, quas recitat ex Auic.
in conſtitutione huius opinionis,
& quas facit ipẽ in diſputatione ſua,
ſunt aſſumptę ex rebus, quę viden-
tur in homine: & conatur permuta-
re eas ad Deum glo. & hoc non po-
teſt fieri: qm̄ ambę ſcientiæ dicun-
tur ęquiuoce. nã id, quod dicit Aui-
I cen. ꝙ oẽ intelligens, à quo emanat
operatio vna, ipſum ſcit operatio-
nem illam, eſt propõ vera: ſed non
modo ſcientiæ hominis de re, quã
intelligit. qm̄ intellectus hominis
perficit ſeipſum cum eo, quod ap-
prehendit, & intelligit, & patitur ab
eo. & cauſa paſſionis ab eo eſt con-
ſyderatio in intellectu. & propõnes,
quę ſunt in hoc genere, arguit con
tra eas Alga. nam omne intelligens
ex hominibus aliquã operationem,
& ſequit̃ ex illa operatione alia ope-
ratio, & ex ſecunda tertia, & ex ter-
tia quarta, nõ oportet vt ſciat agens
intelligens conſecutiones, quæ con- K
ſequuntur ex operatione eius pri-
ma. & dicitur ei ꝙ hoc reperitur ei,
qui operatur voluntarie. & qũo ſe-
quitur, cum ponitis ſciens, quod nõ
operatur voluntariæ? & dixit hoc,
qm̄ id, quo ſuſtentatus eſt, eſt qm̄,
cum affirmatur ſcientia in Deo glo.
affirmatur ei voluntas. Et ideo di-
xit, hoc ſequitur, à quo non poteſt
euitari, ideſt quin ſequatur vt Pri-
mum non ſit apud eum intelligens
de alio niſi operationẽ, quæ conſe-
cuta eſt primũ, & eſt cã ſecunda, &
cauſatũ primũ. & ſic ẽt id, qđ recita-
uit de eo, ꝙ, ſi intelligeret ſeipſum, L
& nõ intelligeret aliud, eſſet hõ di-
gnior eo. Et cauſa eſſe eius, & appa-
rentię, q̃ eſt in hoc ſermone, eſt qm̄,
cũ cõſyderat hõ duos hoĩes, quorũ
vnus non intelligit, niſi ſeipſum, &
alter intelligit ſeipſum, & aliud, iu-
dicat intellectus ꝙ ille, qui intelli-
git ſeipſum, & aliud, eſt excellentior
eo, qui intelligit ſeipſum, & non in-
telligit aliud. Attamen id, cuius in-
tellectus cũ hoc intellectu dr̃ æqui-
uoce, ex eo ꝙ vnus eorũ eſt agẽs nõ
patiens, & alius patiens nõ agẽs, nõ
verificatur hæc permutatio. Et qm̄ M
ratiocinatus eſt de mente Auicennę
cum propoſitione, quam concedit
ipſe in omni habente intellectũ, &
eſt ꝙ habens plus ſcĩæ eſt excellen-
tius: & quod putauit de ablatione
voluntatis, & ablatione innouatio-
nis eſt id, quod fecit eis ſequi ꝙ non
poſſunt affirmare ꝙ Primum ſcit
aliud, quoniam ſcit agens, intelligẽs
operatum ſuum, quod eſt aliud ab
eo, ex eo ꝙ id vult, dixit ꝙ hoc in-
cõueniens ſequitur Philoſophis tã-
tum, ideſt ꝙ cauſatum, quod ẽ hõ,
ſit excellentius cauſa, quę eſt Deus
glo,

A gl. nam, cum ipſi auferunt innouationem mundi, vt putauit, auferunt volũtatem . &, cum aufertur voluntas, aufertur ꝙ ſciat id , quod prouenit ab eo . & hoc totum iã diximus ſuperius ꝙ non eſt verum, ſ. ablatio voluntatis à Deo gl. ſed tantummodo auferunt voluntatẽ innouatam . Et, quoniã ratiocinatus eſt de mente Auic. propoſitionibus, quę exiſtimantur eſſe cõmunes duabus ſcientijs, & innouatæ, & antiquæ, incœpit ratiocinari cõtra eum in eo , qđ dixerunt Philoſophi in hoc capitulo de differentia inter duas ſcĩas . &
B ſequitur hoc ei in rei veritate. Et dixit, quare negatis dicenti ex Philoſophis ꝙ hoc non eſt additio in dignitate . nam ſcientia indiget ea aliud , vſq; ad finẽ eius , quod ſcripſimus . Et expoſitio eius eſt ꝙ, ſi oẽs iſtę apprehenſiones ſunt propter diminutionem in homine, Deus glo. abeſt ab eis, & ipſe dicit Auicen. nam , ſicut conueniſti cum ſocijs tuis ꝙ ipſum non apprehendere particularia non eſt propter diminutionem in eo, poſtquam fuit demonſtratio apud te, ꝙ comprehenſio particularium eſt propter diminutionem in
C comprehendente, ſic priuatio apprehendendi aliud eſt propter diminutionem comprehendentis. Et reſponſio huius totius eſt , ꝙ in ſcĩẽtia eius non diuidunt verum , & falſum oppoſita, quæ diuidunt verum , & falſum in ſcientia hominis . verbi gratia, quoniã homo dicitur de eo, aut ſcit aliud, aut non ſcit aliud, adeo ꝙ ſunt duo contradictoria : &, cũ fuerit verum vnum eorum , aliud eſt falſum . ipſe vero Deus glor. verificantur de eo ambo ſimul , ſcilicet quòd ſciat id , & quòd non ſciat,

Quo pacto Deus gl. ſcit ipſa particularia.

ſcilicet non ſcit id ſcientia, determinante diminutionem : & eſt ſcientia humana, & tamen ſcit id ſcientia , non determinante diminutionem : & eſt ſcientia , cuius qualitatem non comprehendit niſi ipſe . & ſic eſt de vniuerſalibus , & particularibus, quę verificantur de Deo gl., ꝙ ſciat, & non ſciat ea. Hoc eſt, quod determinant radices Philoſophorũ Antiquorum eis . D

Qui vero diſtinxerit , & dixerit ꝙ ipſe ſcit vniuerſalia , & non ſcit particularia , non percepit opinionem eorum , & nõ ſequitur ex radicibus eorum . nam ſcientię humanæ omnes ſunt paſſiones , & impreſſiones entium , & entia faciunt impreſſionem in eis : ſcientia vero Dei glor. facit impreſſionem in entibus, & entia patiuntur ab ea. His autem habitis , quieſcit lis inter Alga. & Philoſophos in hoc capitulo, & in capitulo ſubſequenti . Attamen omnino recitabimus nos hæc capitula, & oſtendemus in quo appropriantur, & recitabimus id , quod dictum eſt ſuperius de hoc . E

## DISPVTATIO XII. F

### De diminutione eorum in adducendo rationem , quòd ipſe ſcit ſeipſum .

ALGAZEL.

AIT Alg. Et dicamus ꝙ perfecti, quoniam ſciuerunt innouationẽ mundi ex volũtate eius, adduxerũt ꝓbationẽ ex volũtate , ꝙ ſit ſciens: & ex volũtate, & ſcĩa ſimul

quòd

G ꝙ ſit viuens: deinde mediante vita in eo, ꝙ oẽ viuens conſyderat in ſe, & eſt viuẽs, neceſſe eſt ẽt vt ſciat ſeipſum. & hic diſcurſus intellectiuus eſt in vltimitate declarationis. Vos vero, cũ aufertis volũtatẽ, & innouationẽ, & exiſtimatis ꝙ id, qđ emanat ab eo, emanat conſecutiue per viam neceſſitatis, & naturæ, quid incõueniens erit, ſi fuerit ſubſtantia eius ſubſtantia, cuius natura eſt vt ſit ex eo cauſatum primum tñ, deinde ſequitur ex cauſato primo cauſatum ſecundum, vſq; ad complementum emanationis entium: & ipſum pro-
H fecto cum hoc non conſyderat ſeipſum, ſicut eſt ignis, ex quo ſequitur calefactio, & Sol, ex quo ſeqtur lumen. & vnumquodq; eorũ non ſcit ſeipſum, ſicut non ſcit aliud, ſed id, quod ſcit ſeipſum, ſcit quod emanat ab eo: ergo ſcit aliud. & iã declarauimus ex opinione eorum ꝙ ipſum nõ ſcit aliud: & concluſimus ꝙ contradicentes huic conueniunt in iudicio poſitionis eorum: igitur, cum non ſcit aliud, nõ eſt inconueniens vt nõ ſciat ſeipſum. Si vero dicatur, omne id, quod non ſcit ſeipſum, eſt mortuum, & qũo Primũ erit mortuũ? dicimus ꝙ ſecutum eſt hoc vo-
I bis ſm curſum opinionis veſtræ. qm̃ non eſt dñia inter vos, & dicentem, oẽ, quod non agit voluntate, & poſſe, & electione, & non adit, & nõ videt, eſt mortuum: & id, quod nõ ſcit aliud, eſt mortuum. &, ſi eſt poſſibile vt ſit Primum priuatum his attributis omnibus, quid indiget vt ſciat ſeipſum. ſed, ſi reuertuntur ad id, ꝙ omne ens mundũ à materia eſt intellectus ex ſe, & intelligit ſeipſum, iam declarauimus ꝙ hoc eſt verſutia, & nõ eſt ei demonſtratio. Si vero dixerint ꝙ demõſtratio ei⁹ eſt, ꝙ ens diuiditur in viuũ, & mortuũ: & viuũ K
eſt prius, & excellentius mortuo: & Primum eſt prius, & excellentius: ergo eſt viuens: & omne viuens conſyderat ſeipſum, cum ſit falſum vt in cauſatis ab eo ſit viuens, & ipſum non ſit viuens. Dicimus ꝙ hæ ſunt deceptiones. qm̃ nos dicimus ꝙ non eſt falſum vt ſequatur, ex eo, quod non ſcit ſeipſum id, quod ſcit ſeipſum, mediantibus multis, aut mediantibus. &, ſi falſificans hoc fuerit, qm̃ cauſatum eſſet nobilius cauſa, non eſt falſum profecto vt cauſatũ ſit nobilius cauſa. Pręterea, qua- L
re negatis ꝙ nobilitas eius duret durante ente vł̃i per ſeipſum, non per ſcientiã ſuam? & hoc probatur. qm̃ aliud aliqñ ſcit aliqua p̃ter ſe, & videt, & audit: ip̃m vero glo. nõ videt, nec audit. Si vero dixerit aliqs ens diuiditur ad videns & cæcum, & ad ſciens & ignorans: & vidẽs eſt prius: ergo Primum videt, & ſcit res. Dicendum ꝙ ipſi negant hoc, & dicunt, nõ eſt nobilitas in viſione, & ſcientia rerum. ſed, cum non eſt neceſſitas videndi, & ſciendi, & ſit ſubſtantia mõ, quo ſit ex ea vniuerſum, in quo eſt ſcientia, & dñs viſionis, ſic igitur M
nõ eſt nobilitas in ſcientia ſubſtantiæ. ſed, cum fuerit principium ſubſtantiarũ ſcientium: & hoc eſt nobilitas propria ſibi: ergo de neceſſitate coguntur ad ablationem ſcientiæ eius de ſeipſo etiam, cum non ſignificauerit aliud pręter voluntatem, & non ſignificatur per voluntatẽ niſi innouatio mundi, & in corruptione huius corrumpitur. hoc totum eſt ſm ꝙ aſſumit hæc ex conſyderatione intellectus. Igitur id, quod dixerunt de attributis primi, ſeu de ablatione

A tione eorum, non eſt eis ratio de eo, niſi ſermo æſtimatiuus, & cogitationes. & abſint Legiſtæ à talibus exiſtimationibus. Et non eſt mirandum de diminutione intellectus in attributis diuinis, & nō eſt quid miraculoſum: ſed quid miraculoſum eſt diminutio eorum in ſeipſis, & aſſumptio rationum ſuarum, & credulitas eorum ꝙ ſciant hæc ſcīa vera cum eo, quod eſt in eis de ſubitaneitate, & inuolutione.

AVERROES.

Ait Auer. Ex rebus mirandis eſt raiocinatio eorū, ꝙ innoua-B tio mundi ſequitur vt ſit ex voluntate, & tn̄ videmus ꝙ innouationes fiunt ex natura, & voluntate, & caſu. q̄ aūt fiunt ex voluntate, ſunt res artificiales: & quæ fiunt ex natura, ſunt res naturales. &, ſi innouatum nō fieret niſi ex voluntate, tunc voluntas ingrederetur in definitionē eius. & notum eſt ꝙ definitio innouati eſt quod reperitur poſt priuationem: mūdus aūt ſi eſſet innouatus, dignius eſt vt innouetur, ex eo ꝙ eſt ens naturale, ex principijs rerū naturalium, quàm vt ſit innouatus ex principijs artificialibus. & eſt voluntas. Attamē, cū affirmatur ꝙ ſit C ab agente primo, qui elegit eſſe eius, potiusq̄ priuationem, oportet vt ſit volens. &, ſi volens, nō deficit quin ſit eligens eſſe rei volitæ, vt dixit, neceſſe eſt vt ſciat: igitur cōmunicant eis Philoſophi in hac radice. & ſermo totus, quē recitauit de Loquentibus, eſt ſatisfaciens. qm̄ in eo eſt ſimilitudo rerum naturalium rebus artificialibus. Cū autē dixit de Philoſophis ꝙ ipſi tenent ꝙ id, qđ prouenit à Deo glo. ꝓuenit naturaliter, eſt ſermo corruptus de eis. & qui tenent in rei veritate ꝙ emanatio en- D tium ſit ab eo, eſt profecto nobiliori modo q̄ naturaliter, & voluntate humana. nā his duobus modis euenit diminutio: & nō diuidūt verum, & falſum, cum fuerit demonſtratio quòd impoſſibile eſt vt ſit emanatio operationis ab ipſo glor. emanatio naturalis, non autem emanatio voluntaria, eo modo, quo intelligitur voluntas hic. nā voluntas in viuente eſt principiū motus. & cum ipſe De⁹ abſit à motu, neceſſe eſt vt abſit à principio motus, eo mō, quo eſt volens: qđ apparet nobis: & eſt emanatio ab eo nobiliori mō hac volun E tate: & nemo ſcit modū illum, niſi ipſe glo. Et probat̃ ꝙ ſit volens, qm̄ ipſe ſcit duo cōtraria. &, ſi eēt agens, ex eo ꝙ eſt ſciens tm̄, operaretur duo contraria ſimul: & hoc eſt falſum: ergo neceſſe eſt vt operetur vnum duorū contrariorū electione. Et id, in quo inuoluuntur in hoc capitulo, eſt, cum dicunt, ſi eſt agens, aut eſt naturaliter, aut voluntarie. & ipſi quidem non intelligunt nec quid ſit natura, nec quid ſit voluntas. Nam natura apud Philoſophos dicitur dupliciter. & Primo de aſcenſu ignis ſuperius, & deſcenſu lapidis F inferius. & hic quidem motus prouenit ex ente, cui euenit quid accidentale & eſt vt ſit res extra locum ſuū, & eſt ibi cogēs, quod cogit eam. & Deus glo. abſit ꝙ ſit huius naturę. & Secundo proferunt etiam eam de omni potentia, à qua prouenit actio intellectualis, vt ſunt operationes, quę proueniunt ex artib⁹. & aliquis attribuit huic naturæ ꝙ ſit intellectus: & aliqui dicunt quòd non habet intellectum, ſed operatur naturaliter. Attamen ipſi dicunt ꝙ prouenit

G uenit ex intellectu. qm̃ aſſimilát eá rebus artificialibus, q̃ mouentur ex ſeipſis, & emanát ab eis operationes proportionatæ,& ordinatæ. Et ideo dicit Ariſt. princeps Philoſophorũ, manifeſtum eſt ꝙ natura intellectus dominatur toti. & q̃maxime eſt remota hæc credulitas ab eo, qđ dicit Alga. Qui autẽ ponit propoſitionẽ vniuerſalem, ꝙ ſciens ſeipſum ſcit aliud, qđ emanat ab eo, ſequitur ei ꝙ qui nõ ſcit aliud,nõ ſcit ſeipſum. Et, qm̃ iam deſtruxit ſermonẽ Auicẽnæ, cum dixerit ꝙ ipſe ſcit aliud,

H cum eo, qđ adduxit contra eũ ex rationibus Philoſophorum, in hoc ſequitur ei vt Primum nõ ſciat ſeipm̃: & conſequens eſt verũ. Quod autẽ recitauit ex Philoſophis de rationibus ꝓductis ab eis in hoc capitulo, cum dicunt ꝙ neſciens ſeipſum eſt mortuum, & Primum impoſſe eſt vt ſit mortuũ, eſt ſermo ſatiſfaciẽs, cõpoſitus ex propõnibus famoſis. nam qđ non eſt viuens, non eſt mortuũ. niſi id, cuius natura eſt habere vitã niſi intellexerit per mortuũ id,quod ſignificat dictio inanimatũ. & tunc diuidit verum & falſum. nã oẽ ens aut erit viuens, aut inanimatum. &

I hoc quidẽ, cũ intelligimus per vitã, illam, q̃ diciturę quiuoce de æterno, & corruptibili. Et,cũ dixit, ſi autem dixerint ꝙ omne, quod ẽ remotum à materia, eſt intellectus in ſe, & intelligit ex ſe, iam diximus ꝙ hæc eſt verſutia, cui nõ eſt demr̃o, Dicimus ꝙ iam diximus ſuperius modũ demr̃onis eorũ in hoc, ſm ꝙ oportet, vi demr̃onis in hoc libro, ſ. ꝙ diminuitur vis eius proculdubio, prout eſt res, cũ extrahitur à ſuo loco naturali. Quod aũt recitauit ẽt ex ratione adducta contra Philoſophos in hoc,cum dicunt ꝙ ens aut erit viuũ, aut mortuum: & viuũ eſt nobilius mortuo,& principium eſt nobilius viuo: ergo eſt viuens neceſſario. cũ profecto intelligitur per mortuũ mors ipſa, tunc ꝓpoſitiones famoſæ verę ſunt. Cum autem dixit ꝙ poſſe eſt vt emanet ex eo, quod non eſt viuens, vita, & ex eo, qđ non eſt ſciens, ſciã, & erit nobilitas principij in eo profecto, qđ eſt principium eius vniuerſale tm̃, eſt ſermo falſus. Nam, ſi eſſet poſſe vt emanet ab eo, qđ non ẽ viuẽs, vita, erit poſſe vt emanet ab eo, qđ non eſt ens, ens: & vt emanet qđlibet à quolibet. & nõ erit conue- K

L nientia oĩno inter cauſas, & cauſata, nec in gñe dicto ſecundum prius & poſterius, nec ſpecie. Cum aũt dixit ꝙ, cũ dicunt ꝙ nobilius viuente eſt viuens, eſt ſicut ſermo dicẽtis id, qđ eſt nobilius ex eis, qui habẽt auditum,& viſum, habet auditum, & viſum. ipſi tamen non dicunt hoc, quoniam auferunt à primo principio auditum, & viſum. & quemadmodum eſt poſſibile apud eos vt ſit nobilius audiente, & vidente non audiens, nec videns, ſic poſſibile eſt vt ſit nobilius viuente, & ſciente nõ viuens, nec ſciens. Vlterius, ſicut eſt

M poſſibile apud eos vt proueniat ex eo, quod non habet viſum, habens viſum, ſic poſſibile eſt vt proueniat ex non habente ſcientiam habens ſcientiam. Hic ſermo profecto eſt ſophiſticus, & fallax nimis. quoniã apud eos eſſet non habens auditũ, nec viſum nobilius habente auditum, & viſum, non ſimpliciter, ſed ex eo ꝙ habet apprehenſionem nobiliorem viſu,& auditu: & eſt ſcientia. Et, quoniam nihil eſt nobilius ſcientia, impoſſibile eſt vt ſit non

A ſciens nobilius ſciente, ſiue ſit principium, ſiue non ſit principiũ: quoniam principia, ex quo aliquod eorum eſt ſciens, & aliquod nõ ſciens, impoſſibile eſt vt non ſciens ſit nobilius ſciente, ſicut eſt in cauſatis ſcientibus, & non ſcientibus. Et nobilitas principij impoſſibile eſt vt excedat nobilitatem ſcientiæ, niſi excedat nobilitas principij nõ ſcientis nobilitatem principij ſcientis. & impoſſibile eſt vt ſit exceſſus nobilitatis principij nobilior exceſſu nobilitatis ſcientiæ. Quare neceſſe eſt vt ſit principium, quod eſt in vltimitate nobilitatis, in vltimitate ex-
B ceſſus, & eſt ſcientia. Timent autem homines attribuere ei auditum, & viſum. quoniam ſequeretur ex iſtis attributis vt ſit animatum, ſed attribuit ei lex auditum, & viſum ad indicandum quòd ipſe Deus glorio. non deficit ei aliquid ex ſpeciebꝰ ſciẽtiarum, & doctrinæ: & impoſſibile eſt facere quòd vulgus hoc intelligat, niſi per auditum, & viſum. quare hæc expoſitio eſt propria ſapientibus: & impoſſibile eſt vt ponatur ex capitibus, & radicibus legis communibus omnibus, vt currit curſus
C multarum rerum, quę attribuũtur ſcĩæ in lege. Et totũ, quod includit in hoc capitulo, ẽ fallacia, & deſtructio ipſius Alga. nos autem reuertamur ad Deum propter vilipendiũ, & depreſſionem eius prouenientes à Sapientibus, ex eo quòd perquirunt bonum nomen in his rebus, & petimus à Deo glo. vt non ponat nos in numero eorum, qui ſeparantur in hoc ſeculo ab alio ſeculo, & in infimo à ſupremo, & imprimat nobis gloriam æternam: in omnibus enim eſt omnipotens.

## DISPVTATIO XIIII. D

### De deſtructione eius, quòd dicunt, quòd Deus glo. abſit, ignorat particularia, diuiſa ad diuiſionẽ temporis, ad pręſens, & pręteritum, & futurũ.

ALGAZEL.

AIT Alga. Et iam cõueniunt in hoc. nam qui opinatur ex eis quòd ipſe non ſcit niſi ſeipſum, nõ latet hoc E eſſe ex opinione eius. & qui opinatur ꝙ ipſe ſcit aliud, & ẽ id, qđ elegit Auicẽna, exiſtimauit quòd ipſe ſcit res ſciẽtia vniuerſali, quæ non ingreditur ſub tempore, & non diſtinguitur in præteritum, futurum, & præſens: & cum hoc exiſtimauit ꝙ nõ deficit ſcientia eius pondus grani in cœlo, & in terra, quoniam ſcit particularia aliqua ſpecie. Et impoſſibile eſt quin prius intelligamus opinionẽ eorũ, F & poſtea dabimus operam quęſtionibus, & declarabitur hoc ſimilitudine. & eſt ꝙ Luna eclipſatur, poſtquam nõ fuerat eclipſata, & poſtea apparebit. nã euenient ei tria, ſcilicet eclipſis hora, qua non eſt, ſed eſt apta vt ſit: & aliquid in quo eſt, ſ. ẽ in fieri: & aliquid tertiũ, in quo non eſt, ſed fuerat antea. Et ſic nobis ſecundum hos tres modos ſunt tres ſcię diuerſę. nam nos ſcimus primo ꝙ eclipſis non eſt, ſed erit: ſecundo ꝙ fit: & tertio ꝙ fuit, & nõ fit nunc. & hę tres ſcĩę ſunt ſcię numeratæ, &

G & diuerſę. Et,quia veniunt ſucceſſi-
ue in ſubiecto, facient mutationem
ſubſtantię ſcientis. nã, ſi ſciret poſt
apparentiam ꝙ eclipſis ſit nunc, vt
fuerat antea, eſſet ignorantia, non
aũt ſcientia. &, ſi ſçiret hora, qua eſt,
ꝙ non ſcit, erit etiam ignorantia: &
aliquod horum non erit loco alte-
rius. Et exiſtimauerũt ꝙ ipſe Deus
glo. non diuerſificatur his tribus re
bus. nam hoc inducit ad mutatio-
nem. & id, qđ non diuerſificatur, di-
ſpoſitio eius non poteſt credi ꝙ ſcit
hæc tria. ſciẽtia.n. ſequitur ſcitum,
H & ſciens ſequitur ſcĩam. &, cum mu-
tatur ſcitum mutatur ſciẽtia: &, cum
mutatur ſcĩa mutatur ſciẽs procul-
dubio. mutatio autem in Deo glor.
eſt falſum. & cũ hoc exiſtimauerũt
ꝙ ipſe Deus glo. ſcit eclipſim, & om-
nia attributa eius, & accidẽtia eius.

Attamen ſcĩa, quę attribuitur pri-
mo, & non mutatur, exempli gratia
vt ſciet quòd Sol ſit, & ꝙ Luna ſit,
ex eo ꝙ perueniunt ab eo median-
tibus Angelis, quos appellant ex de-
creto eorũ intellectus abſtractos: &
ſciet ꝙ ipſi mouentur motibus cir-
cularibus: & ſciet ꝙ orbes eorũ ſe-
cantur in duobus punctis, quæ ſunt
caput, & cauda, & ꝙ reperiuntur ali
I quibus temporibus in ſectionibus
illis, & eclipſatur Sol, ſ. cũ fuerit cor-
pus Lunę inter eum, & oculos aſpi-
cientium, & occultatur Sol oculis:
&, cum tranſierit ſectionem in tali
ſpatio, vt eſt annus exempli gratia,
eclipſabitur iterum: & hæc eclipſis
erit in toto, aut tertia parte, aut me-
dietate; & durabit per horam aut
duas horas: & ſic in omnibus tem-
poribus eclipſis & accidẽtibus eius:
& non deficit ſcĩæ eius aliquid. At-
tamen ſciẽtia eius in hoc ante ecli-
pſim, & hora eclipſis, & poſt appa- K
rentiã, eſt eodem mõ: & nõ diuerſi-
ficatur, & non cauſabit mutationẽ
in ſubſtantia eius. & ſic eſt ſcĩa eius
in oĩbus innouationibus, quæ fiunt
per cauſas. & illæ cauſę habent etiã
alias cauſas; vſq; quo deueniant ad
motum circularem cœleſtẽ. & cau-
ſa motus circularis eſt anima cœli.
& cauſa motionis animę eſt deſyde-
rium aſſimilandi ſe Deo glor. & An-
gelis propinquis. & totum eſt ſcitũ
ei, ſ. eſt notũ ei notitia quadã pro-
portionata, & ſimili, in qua tempus
nõ facit impreſſionem. & cum hoc
circa tempus eclipſis non dicitur ꝙ L
ipſe ſcit ꝙ eclipſis ſit nunc, nec ſcit
poſtea ꝙ nũc apparuit. & omne, in
cuius ſcĩa neceſſe eſt relatione ad tẽ-
pus, nõ põt conſyderari ꝙ id ſciat,
qm̃ cauſat mutationẽ. & hoc eſt ei,
quod diuiditur tẽpore. & ſic eſt opi-
nio eorum in eo, qđ diuiditur mate-
ria, & loco, vt ſunt indiuidua homi-
num, & animalium. qm̃ dicunt ꝙ
non ſcit accidentia Socratis, Plato-
nis, & Hippocratis: ſed ſcit hominẽ
abſolute ſcientia vniuerſali: & ſcit
accidẽtia, & proprietates eius: & ꝙ
oporteat vt ſit corpus eius compoſi
tum ex membris, quorum aliqua
ſunt ad natãdum, & aliqua ad am- M
bulandum, & aliqua ad apprehen-
dendum, & aliqua paria, & aliqua
diſparia: & quòd potentiæ eius ne-
ceſſe eſt vt extendantur in partibus
eius. & ſic ſequitur omni attributo
intus in homine, & extra, & omni-
bus paſſionibus eius, & attributis,
& accidentibus, adeo ꝙ non deficit
aliquid ſcientiæ eius: & id ſcit vni-
uerſaliter. indiuiduum vero Socra-
tis cognoſcitur, & diſtinguitur ab
indiuiduo Platonis ſenſu, non au-

tem

A tem intellectu . & cognitio eius habetur ex nutu ad vnam partem . & intellectus intelligit partem abſolutam vl̃em, & locum vl̃em. Cum autem dicimus hoc & hoc, innuimus proportionem appropriatam huius ſenſibilis ad ſentiens, cum fuerit in propinquitate, aut remotione ab eo, aut in parte tali demonſtrata . quare falſum eſt in Deo glo. Et hoc eſt fundamentum fidei eorum, in quo fundatæ ſunt omnes leges, quæ vl̃r tenent ꝙ, cum Socrat. exempli gratia ſeruierit Deo, aut fuerit ei rebellis, Deus neſciet id, qđ fit ex rebꝰ eiꝰ,
B qm̃ ipſe non ſcit ipſum Socratem ꝙ ſit indiuiduũ, & operationes eius innouatas, poſtquam non fuerint. &, cum non ſciuerit indiuiduum, nõ ſciet res eius, & opationes eius: immo nõ ſcit hęreſim Socratis, nec fidem eius: ſed ſcit hęreſim hoĩs, & finem eius abſolutam vniuerſalem, non autem propriam indiuiduis. Etiam neceſſe eſt vt dicatur, excitatur Propheta ad propheriam: & ipſe non ſcit in illa hora ꝙ excitetur ad eam. & ſic eſt in omni re demonſtrata. & ipſe bene ſcit ꝙ hominum aliquis eſt, cui competit prophetia, & tamẽ neſcit ꝙ ſint tales, & tales.
C Propheta autem talis, indiuiduum eius non ſcitur ab eo: quoniam hoc habetur ſenſu. & res, quę emanant ab eo, ipſe non ſcit eas, qm̃ ſunt res, quę diuiduntur diuiſione temporis ab indiuiduo tali. & apprehẽſio earum ſm̃ diuerſitatem earum cauſat mutationem. Hoc eſt, quod voluimus narrare primo de permutatione opinionum eorum, & ſecundo quõ intelliguntur, & poſtea loquemur de inconuenientibus, quæ ſequuntur eis, & nunc narrabimus

D aſſimilationem eorum, & modum deſtructionis eius. Aſſimilatio autẽ eorũ eſt, qm̃ hęc tria ſunt diuerſa: & diuerſa, cum venerint ſucceſſiue in eodem ſubiecto, neceſſe eſt vt ſit in eo mutatio abſq; dubio. &, ſi hora eclipſis ſcitur ꝙ erit vt fuerat antea, eſt profecto ignorans, nõ ſciens. ſi autem eſt ſciens ꝙ eſt in inſtanti, & antea ſciebat ꝙ non eſt, & ꝙ ventura eſt, neceſſe eſt vt diuerſificetur ſcĩa eius. & diuerſificatur res ipſa, & ſequitur mutatio, cum nihil ſit mutatio, niſi diuerſitas ſcientis. nã qui nõ ſciuerit aliquid, deinde id ſciuerit, neceſſe eſt vt mutatus ſit. & qui
E non fuerit ei ſcĩetia ꝙ fuerit p̃ſens, deinde peruenit ad eum ſcĩetia, hora ipſius eſſe mutatus eſt. Et verificauerunt hoc ex eo, ꝙ ſunt tres diſpoſitiones. eſt. n. diſpoſitio, quæ eſt relatio indiuidualis abſoluta, ſicut dicimus dextrum & ſiniſtrum. nam hoc nõ conuertitur ad attributum eſſentiale, ſed eſt relatio abſoluta, &, ſi mutaueris rem, quę erat in dextro ad ſiniſtrum, mutabitur relatio tua, & non mutabitur ſubſtãtia tua in re. & hęc eſt permutatio relationis ad ſubſtantiã, & non permutat̃
F ſubſtantia. & hmõi eſt, cum poteris mouere corpora, quæ ſunt ante te, & corrumpantur corpora, aut corrumpatur aliqđ eorum, non mutatur ex hoc calor fundamentalis, nec poſſe tuum. qm̃ poſſe tuũ eſt poſſe mouendi corpus abſolutũ primo, deinde demõſtratũ tale, in eo ꝙ eſt corpus. & non erit relatio poſſe ad corpus demonſtratum attributum eſſentiale, ſed relatio abſoluta. & priuatio eius cauſat ablationem relationis, non autem mutationem in re eius, qui poteſt. Secunda autem

G eſt mutatio in ſubā,& eſt ꝙ nō erat
ſciēs & ſcit : & nō erat potens,& po-
teſt. & hęc eſt mutatio. Tertio vero
eſt ꝙ mutatio ſciti facit mutationē
ſcię. nā verificatio ſubſtātiæ ſcīæ, in
greditur in eā relatio ad ſcitum, qđ
habetur, cum verificatio ſcīæ talis
demonſtratæ ſit alligantia eius cum
hoc ſcito tali demonſtrato, prout
eſt : & alligantia eius cum eo aliter
eſt alia ſcīa neceſſario, & peruentio
eius ſucceſſiue vnum poſt aliud facit
diuerſitatem in re ſciētię. & impoſe
eſt vt dicatur ꝙ ſit ſubſtantia ſcīæ
H eadem. nam datur ſcīa ꝙ ſit, poſtq̄
fuerit ſciens ꝙ venturum eſt: deinde
fit ſcīa ꝙ iam fuit, poſtq̄ eſt ſcientia
ꝙ ſit : ergo eſt eadem ſcīa, & æqua-
lis, & iam permutata eſt relatio in
ea. &, qm̄ relatio eſt verificatio ſub-
ſtantiæ ſcientię, igitur permutatio
eius facit permutationē ſubſtantiæ
ſcīę,& ſequitur ex ea mutatio. qđ eſt
falſum in Deo glo. Dubitatio autē
eſt dupliciter, primo vt dicatur eis,
quare negatis dicēti ꝙ Deus glo. ha
bet eādē ſciētiā de eſſe eclipſis in ho-
ra tali:& hęc ſcīa, antequam ſit, eſt
ſcientia ꝙ futura ē, & eſt eadē apud
eſſe ſcīa in eſſe,& eſt eadē poſt appa-
rentiā ſcīæ in fine. & hę mutationes
I conuertunt ad relationes, quæ non
faciunt permutationē in ſubſtantia
ſcīæ, nec facient mutationē in ſub
ſtantia ſcientis. & hoc eſt poſitū in
gradu relationis abſolute. nam idē
homo erit in dextra tua, deinde ve-
niet ante te, deinde ad ſiniſtrā tuā,
& erūt tibi relationes vna poſt aliā,
& qđ mutatur eſt hoc indiuiduum,
quod permutatur. & ſic debet intel-
ligi diſpoſitio ſcientiæ Dei glo. con-
cedendo ꝙ ſcit oīa eadem ſcīa anti-
quitate, & æternitate, & in præſen-
tiarum, & non mutatur. & intentio K
noſtra eſt auferre mutationem, ad
quod conuenerunt. Cum autem di-
cunt ꝙ de neceſſitate affirmationis
ſcīę in eſſe eſt vt ſit preſens, & ceſſa-
tio poſtea eſt mutatio, non concedi
tur. Et vnde ſciunt hoc? Immo, ſi
Deus glor. creauerit nobis ſcīam de
ambulatione Socratis ī mane apud
ortum Solis, & continuauerit hæc
ſcīa, & non creauerit nobis aliam
ſcīam, nec ignorantiam huius ſcien
tię, ſciremus apud ortum Solis ſim-
pliciter ſcīa præcedenti ambulatio-
ni eius in præſentiarum,& poſtea ꝙ
iam ambulauerat antea. & erit hæc L
ſcientia eadem, quę remanſit, ſuffi-
ciens in comprehenſione horum
trium temporum : & remanebit di-
ctum eorū, ꝙ relatio ad ſcitum de-
monſtratū tale ingrediatur in veri-
ficationem ſcīę: & quotienſcunque
diuerſificatur relatio, diuerſificabi-
tur res, cui relatio eſt eſſentialis : &
quotienſcunq; erit diuerſificatio,
& perueniet vnum poſt aliud, erit
mutatio. Et dicimus, ſi verificatum
fuerit hoc, vos ibitis in via fratrum
veſtrorum ex Philoſophis, cum di-
cunt ꝙ ipſe non ſcit niſi ſeipſum, &
ꝙ ſciētia eius de ſeipſo eſt ipſemet. M
nam, ſi ipſe ſciret hoīem abſolutū,
& animal abſolutum, & inanima-
tum abſolutum, & iſta ſunt diuer-
ſa ſine dubio, tunc relatio ad ea di-
uerſificatur ſine dubio. quare non
verificatur in eadem ſcīa ꝙ ſit diuer
ſorum, nam relatum eſt diuerſum
& relatio eſt diuerſa : & relatio ad
ſcitum eſt eſſentialis ſciētiæ : igitur
hoc faciet numerationem, & diuer-
ſitatem, non numerationem tantū
cum aſſimilatione. nam ſimilium
aliqua ſunt, quæ procedunt proceſ-

A ſu aliquorum: & ſcientia de animato non procedit proceſſu ſcientię de inanimato, nec ſcientia de albedine procedit proceſſu ſcientiæ de nigredine: ergo ſunt diuerſæ. Præterea hæ ſpecies, & genera, & accidentia vniuerſalia ſunt infinita, & ſunt diuerſa: igitur ſcię diuerſæ quō cōprehenduntur ſub eadem ſcientia? Vlterius hęc ſcientia eſt ſubſtãtia ſcientis, abſq; eo ꝙ addat ei aliquid, vellem ſcire quomodo permittit ſciens, cum imaginatus fuerit identitatem ſcientiæ in eadem re, cuius diſpoſitiones diſtinguuntur in præteritum, B futurum, & præſens: & non imaginatus eſt identitatem ſcientiæ alligatæ in omnibus generibus, & ſpeciebus diuerſis? & diuerſitas, & diſtantia inter genera, & ſpecies diſtantes eſt maior diuerſitate, quæ eſt inter diſpoſitiones eiuſdem rei, quę diuiditur diuiſione temporis ad pręteritum, pręſens, & futurum. &, cum hoc non facit numerationem, pluralitatem, & diuerſitatem, quomodo illud faciet numerationem, & diuerſitatem? & quotienſcunque affirmabitur demonſtratiue diuerſificari tempus abſque diuerſitate ge-C nerum, & ſpecierum, & ꝙ hoc non faciet numerationem, & diuerſitatem: ergo hoc etiam non faciet diuerſitatem, & numerationem. &, cum non fecerit diuerſitatem, erit ꝓfecto comprehenſio totius eadem ſcientia continuata ab antiquo, & in æternum: & hoc non facit mutationem in ſubſtantia ſcientis.

AVERROES.

Ait Auer. Fundamentum huius qōnis eſt aſſimilatio ſcīæ Dei glo. ſcīæ humanæ, & compara- D tio vnius duarum ſcientiarum alteri. nam comprehenſio hominis indiuiduorum eſt per ſenſus: & comprehenſio entium vl'ium eſt per intellectum: & cauſa comprehenſionis eſt ipſummet comprehenſum. & nō dubitatur de mutatione comprehenſionis, cum mutentur cōprehenſa, & numeratione eius, cū numerentur. Attamen reſponſio eius in hoc eſt ꝙ poſſibile eſt vt ſit hic ſciētia, ad quam erit proportio ſcitorum proportio relationū, in quorum ſubſtantia nō ſunt relationes, ſicut eſt dextrum, & ſiniſtrū in E habente dextrum, & ſiniſtrū eſt quid, quod nō intelligitur in natura ſcīæ humanę. & iſta contradictio eſt cōtradictio vera ſophiſtica. Secunda vero contradictio, & eſt cum dixerit ꝙ qui dicit ex Philoſophis ꝙ ipſe ſcit vniuerſalia, ſequitur ei, cum cōceſſerint in ſcientia eius numerationem ſpecierum, vt concedant numerationem indiuiduorum, & numerationem rerum eiuſdem indiuidui, eſt contradictio ſophiſtica etiam. nam ſcientia indiuiduorum eſt ſenſatio, aut imaginatio: ſcientia vero vniuerſalium eſt in- F tellectus. & innouari indiuidua, aut res indiuiduorum cauſat duo, ſcilicet mutationem comprehenſionis, & numerationem eius: ſcientia vero ſpecierum, & generum non cauſat mutationem. nam ſcientia eorum eſt permanens, & innouantur ſcientia comprehendente ea, ſed communicant, ſcilicet vniuerſalia, & particularia in numeratione.

Cum autem dixit ꝙ qui ponit ex Philoſophis vnam ſcientiam ſim-

 plicem,

G plicem, comprehendentem genera, & ſpecies, abſq; eo ꝙ ſit ibi contradictio, & diuerſitas, quam facit diuerſitas generum, & ſpecierum, & diſtantia eorum abinuicem, ſequeretur ei vt concedat vnam ſcientiam comprehendentem indiuidua diuerſa, & res vnius indiuidui diuerſas. & eſt ſicut dicens ꝙ, ſi reperitur intellectus comprehendens ſpecies, & genera, & eſt vnus, ſequeretur de neceſſitate vt reperiatur genus vnum ſimplex, comprehendens indiuidua diuerſa. Attamē eſt ſermo ſophiſticus: quoniam nomen ſcientiæ dici- H tur de eis æquiuoce. Et, cum dicit ꝙ numeratio ſpecierum, & generum facit numerationem in ſcientia, eſt verum. & propter hoc verificantes ex Philoſophis non ponunt ſcīam ipſius Dei glo. de entibus, non vlem, nec particularem. nam ſcientia, cui hæc eueniunt, eſt intellectus paſſiuus, & cauſatus: prim⁹ vero intellectus eſt actus purus, & cā. & non cōparatur ſcīa eius ſcīæ humanæ, & aliquo mō non intelligit aliud præter ſe, ex eo ꝙ eſt ſcientia non paſſiua, & aliquo mō intelligit aliud pręter ſe, ex eo ꝙ ipſemet eſt ſcīa actiua.

I Et declaratio opinionis eorum eſt, quoniam, cum ſciuerint demonſtratiue ꝙ ipſe non intelligit niſi ſeipſum, neceſſe eſt vt ſubſtantia eius ſit intellectus. &, quoniam intellectus, in eo ꝙ eſt intellectus, eſt alligatus ei, quod eſt, non autem ei, qđ non eſt: & qui conſtituerit demonſtrationem ꝙ non reperiuntur niſi hęc entia, quę nos intelligimur, nō eſt dubium ꝙ alligatur eis intellectus eius. &, cum neceſſe fuerit vt alligetur his entibus, aut alligabitur eo modo, quo alligata eſt eis ſcientia noſtra, aut alligabitur eis altiori K modo, quàm ſit alligātia ſcientię noſtræ eis: alligari autem eis ſcientiam eius modo, quo alligatur ſcientia noſtra, eſt falſum: ergo ſequitur vt ſit alligatio ſcīæ eius eis mō altiori, & eſſe perfectiori, q̄ ſit eſſe, quo erit alligantia ſcientiæ noſtræ eis. nam ſcīa vera eſt, quæ conuenit ipſi eſſe. &, ſi ſcīētia eius eſt nobilior ſcīa noſtra: igitur ſcientia ipſius Dei gl. eſt alligata enti modo altiori, q̄ modus, quo alligata eſt ei ſcīa noſtra. Igitur enti ſunt duæ entitates, entitas nobilis, & entitas ignobilis: & entitas nobilis eſt cā ignobilis. & hoc eſt id, L quod dicunt Antiqui ꝙ Deus glor. eſt oīa entia: & eſt motor, & agens eorum. & ideo dixerunt principales Sophiorum, nō eſt ipſe niſi ipſe. Attamen hoc totū eſt ex notitia profundatorum in ſcientia. & hoc non dēt ſibi nec compellere homines, vt huic credant. & ideo non eſt ex doctrina legali. & qui conſtituerit id extra locum ſuum, errauit, ſicut qui celauerit eum, cui cōpetit, maleſacit. Quòd autem idem habeat gradus entitatis, eſt notum ex anima.

M

### ALGAZEL.

AIt Alga. Secunda autem dubitatio eſt, vt dicatur quid prohibet ſm radices veſtras quin ſciat hæc particularia, licet mutaretur? & quare non creditis ꝙ hęc ſpecies mutationis non ſit falſa ei? vt opinata eſt quædam ſecta ex Matazela, ꝙ ſcientię eius de innouationibus ſunt innouātę: & vt crediderunt Carmei ex recentioribus ꝙ ſit ſubiectum innouationum: & non negat hoc eis vulgus hominum veritatis, niſi ex

eo,

A eo, quòd mutatum non euadit à mutatione. & quod non euadit à mutatione, & innouationibus eſt innouatum, & non eſt antiquum. vos vero, & veſtra opinio eſt ꝙ mundus eſt antiquus, & ꝙ nõ euadit à mutatione. &, cum intelligitis antiquum mutabile, nihil prohibet vobis ab hac credulitate. Si autẽ dixerit abſtinuimus nos ab hoc, qm̃ ſcĩa, quæ innouatur in ſe, aut fit ex ſe, aut ex alio. & falſum eſt vt fiat ex ſe. nam nos iam declaramus ꝙ antiquum non emanat ab eo innouatum: & nulla erit actio, cũ non fuerit agens: B cauſat.n.mutationem. & iam adaptauimus hoc in diſputatione de nouitate mundi. ſi vero hoc prouenerit ei ex alio, qũo aliud faciet impreſſionem in eo, & eum mutabit? adeo quòd mutabuntur res eius modo ſubiectionis, & violẽtię ex alio. Nos autem dicimus ꝙ vtraq; partiũ non eſt falſa ſm radices veſtras. nã, cum dicitis ꝙ ſit falſum vt emanet innouatum ab antiquo, iam nos deſtruximus hoc in illa diſputatione: & præcipue, cũ apud vos non erit falſum vt emanet ab antiquo innouatum, quod erit principium innoua- C tionũ, & conditionando falſitatem, ꝙ ſit principium in his innouationibus, non habentibus cauſas innouatas in infinitũ, ſed deuenient mediante motu circulari ad aliqđ antiquum, qđ eſt anima orbis, & vita eius, & anima orbis antiqua: & motus circularis antiquus fit ex eo, & quælibet pars motus innouatur, & finitur: & quicquid eſt poſt um innouatur proculdubio: igitur innouationes proueniunt ab antiquo apud vos. Quare, cum conſyderentur res antiqui conſyderatione emanationis innouationum ab eo con- D tinue, ſicut conſyderantur res motus, ex eo ꝙ emanat ab antiquo æqualiter, declarabitur, ꝙ quælibet ſecta eorũ bene ſcit ꝙ poſſibilis ſit emanatio, innouata ab antiquo, cũ emanauerit proportionabiliter. & continue igitur erunt ſcientię innouatæ huius ſpeciei. Secunda vero pars, & eſt emanatio huius ſcĩæ in eo ex alio, dicimus in ea, quare eſt falſum hoc apud vos? & non ſunt in eo, niſi tria: quorum Vnum eſt mutatio. & iam declarauimus ꝙ bene eſt ſm radices veſtras. Secundum E autem, ꝙ mutatio ſit cã mutationis alterius. quod non eſt falſum apud vos, & erit innouatio rei cã innouationis ſcientię. ſicut vos dicitis ꝙ repręſentari hominem coloratum in frontiſpicio pupillę videntis ſit cauſa impreſſionis ſimilitudinis hominis in tunica pupillæ, cũ mediatione aeris criſtallini inter pupillam, & viſum. &, cum ſit poſſibile vt inanimatum ſit cauſa impreſſionis figuræ in pupilla, & eſt res viſionis, ſic non erit falſum, vt ſit innouatio innouationum cauſa ad prouenien dum ſcĩę primi in eas. nã virtus viſi- F ua, ſicut eſt diſpoſita apprehentioni, & erit inuentio hominis colorati cum ablatione velaminis intermedij cauſa proueniendi cõprehenſionis, ſic etiam erit ſubſtantia primi principij apud vos apta ad recipiendum ſcĩam, & exitum à potentia ad actum, cum fuerit in eſſe hoc innouatum. &, licet fuerit in eo mutatio antiqui, antiquum quidem mutabile non eſt falſum apud vos. *Si vero* opinati fueritis ꝙ hoc eſt falſum in neceſſario in eſſe, vos profecto nõ habetis demonſtrationem de ne-

 ceſſario

G ceſſario in eſſe ꝙ ſit de neceſſitate, niſi de ceſſatione proceſſus cauſarum,& cauſatorum, vt diximus antea. & iam declarauimus ꝙ ceſſatio ꝓceſſus ſit poſſibilis in antiquo mutabili. Et tertium,quod hoc includit, & eſt ꝙ antiquum ſit mutabile ex alio, & ꝙ hoc faciat ſeruitutem, & dominiũ alterius ei, dr̃ eis de hoc quare hoc ẽ falſum apud vos, & ẽ vt ipſe ſit cauſa innouationis innouationum mediantibus medijs, deinde erit innouatio innouationũ cauſa innouationis ſcientiæ eius de eis, & quaſi ipſe eſt cauſa prouentionis ſcientię in eo,attamen cum medijs? H Et,cum dicitis ꝙ hoc aſſimilat̃ ſeruituti, dicimus ꝙ ſic. & id quidem ſic erit, qm̃ eſt conueniens radicib⁹ veſtris, cum opinati fueritis quòd quicquid prouenit ab ipſo Deo glo. prouenit conſecutiue, & naturaliter, & non eſt ei poſſe ad non agendum. & hoc etiam aſſimilatur ſpeciei ſeruitutis. & innuit ꝙ ſit quaſi coacte ad id, quod prouenit ab eo. Si vero dixerit hoc non eſſe coacte: qm̃ perfectio eius eſt vt ſit ordinator omnium rerum, dicimus quòd hoc non eſt ſeruitus: quoniam perfectio eius eſt vt ſciat omnia. Et, ſi I dixerimus ꝙ prouenit nobis ſcientia copulata omni innouato, erit ꝑfecto hoc nobis perfectio, nõ autem diminutio, & ſeruitus, & ſic erit de Deo gl. & ipſe glo. bene ſcit,

### AVERROES.

Ait Auerr. Summa huius contradictionis primæ Philoſophis, quæ eſt contradictio ſm̃ ſermones eorum, non ſm̃ rem ipſam, eſt vt dicatur eis, ex radicibus quidem veſtris eſt ꝙ ſit hic antiquum, K in quo veniunt innouationes,& eſt orbis. quare ergo negatis qn ſit antiquum primum ſubiectum innouationum? Aſſaria autem ſecta hoc negauit: quoniam omne id, in quo ſunt innouationes, apud eos eſt innouatum. Attamen hæc eſt contradictio topica. nam innouationum aliquę ſunt, q̃ non ſunt in antiquo, & ſunt innouationes, quæ mutant ſubſtantiam ſubiecti, in quo fiunt: & aliquæ ſunt, q̃ ſunt in eo, & ſunt innouationes, quæ nõ mutant ſubſtantiam ſubiecti. ſicut motus localis ĩ corpore mobili, & ſicut criſtal- L linitas,& illuminatio. & antiq quoque aliquod eſt, in quo nõ eſt motus omnino, neque mutationes penitus:& eſt id, quod nõ eſt corpus. & aliqđ eſt, in quo eſt aliquis motus, & eſt antiquum, quod eſt corpus,vt ſunt corpora cœleſtia. &, cũ hæc diſtinctio ponatur à Philoſophis,igitur hęc contradictio eſt contradictio inanis, quoniã loquimur de antiquo, quod nõ eſt corpus. Et, qm̃ adduxit hanc contradictionem Philoſophis, adduxit etiam reſponſionem Philoſophorũ huic. Et ſumma eius eſt, qm̃ ipſi negauerunt ꝙ M ſit ei ſcĩa innouata. nam ſcĩa innouata ei aut erit ex ſeipſo, aut ex alio. ſi ex ſeipſo, igitur fit ab antiquo innouatum:& ex radicibus noſtris eſt vt non emanet ab antiquo innouatum. Ipſe vero contradicit eis, dicẽs ꝙ non emanat ab antiquo innouatum, cum ponunt orbem antiquũ, &, cum ponunt innouationes emanare ab eo. Et reſpõſio eorum huic eſt, ꝙ in innouatum impoſſibile eſt apud eos vt emanet ab antiquo abſoluto, tamen poſſibile eſt ab

A antiquo eſſentialiter, & in innouato quo ad motum ſuum, & eſt corpus cęleſte. quare erit apud eos quaſi medium in rei veritate inter antiquum abſolutum, & innouatum abſolutùm: nam aliquo modo eſt antiquum, & aliquo modo eſt innouatum. Et hoc quidem medium eſt motus circularis cœleſtis apud eos, qui eſt antiquus quo ad ſpeciẽ, innouatus vero quo ad partes: & in eo quòd eſt antiquus prouenit ab antiquo, & ex parte partium innouatarum emanant ab eo innouationes infinitæ. Philoſophi autem
B negauerũt eſſe innouationes in Primo: quoniam nõ eſt corpus: & innouationes non inueniuntur niſi in corpore. nam receptio non reperitur apud eos, niſi in corpore: remotum vero à materia nihil recipit. Summa autem eius contradictionis ſecundę parti argumenti eorum, & eſt quòd prima cauſa non erit cauſata, eſt quoniam poſſibile eſt vt ſit ſcientia eius, ſimilis ſcientię humanę, ſcilicet quòd ſcita ſint cauſa ſcientię eius, & innouatio eorum cauſa innouationis ſcientiæ ab eis: ſicut viſibilia ſunt cauſa apprehenſionis viſus, & intellecta cauſa
C comprehenſionis intellectus: adeo quòd erit ſecundum hoc, cum fecerit entia, & creauerit ea, cauſa cõprehenſionis eorum, nõ quòd cauſa creationis eorum ſit ſciẽtia eius. & hoc profectò ẽ falſum apud Philoſophos, ſcilicet vt ſit ſcientia ei⁹, ſicut ſcientia noſtra. nam ſcientia noſtra eſt cauſata ab entibus: ſcientia vero eius eſt cauſa eorum. & impoſſibile eſt vt ſit ſcientia antiqua, prout eſt ſcientia innouata. & qui credit hoc ponit profectò Deum gl. hominem æternum: hominem vero Deum generabilem & corruptibilem. demum iam declaratum eſt ſuperius quòd diſpoſitio in ſcientia Primi eſt oppoſita diſpoſitioni ſciẽtiæ humanæ, ſcilicet quòd ſcientia eius eſt agens entium, non autem ꝙ entia agant ſcientiam eius. D

## DISPVTATIO XIV.

### De diminutione eorum in conſtituendo rationem, quòd cœli ſint animati, ſeruiẽtes Deo gl. motu circulari eorum, & quòd moueantur voluntarie. E

ALGAZEL.

AIT Alga. Et etiã dixerunt quòd cęli ſunt animati, & quòd habent animam, cuius proportio ad corpus cœli F eſt ſicut proportio animæ noſtræ ad corpus noſtrum. & ſicut corpora noſtra mouentur voluntarie ad partẽ voluntatis noſtræ, & ad motũ animę, ſic etiam cęli. & ꝙ motus cœli ſimpliciter, & eſſentialiter ſeruit domino mundi, modo, quem narrabimus. Dixit, & opinio eorum in hac diſputatione eſt, quæ nõ poteſt euitari. & nos non diſputabimus ad reprobandũ eam. nam Deus gl. poteſt creare vitã in omni corpore: & for-

G titudo corporis non poteſt euitare quin ſit animatum, nec quin ſit rotundum. nam figura appropriata non eſt conditio vitæ, cum animalia cum diuerſitate figuræ eorũ cõmunicant in receptione vitę. ſed nos diſputabimus de diminutione eorum in ſcientia huius rei ratione intellectus. & hoc profecto, ſi eſſet verum, ipſi quidem id non apprehendunt niſi Prophetę, quorum animę requieſcant in pace, cum diuinitate Dei glo. aut prophetia: ratiocinatio vero intellectus ad id non perducit. Verumtamen non negatur ꝙ poſſit ſciri hoc ratione, ſi reperiret ratio, H aut hoc bene erit fortunato viro: ſed dicimus ꝙ ea, quam poſuerunt rationem, non conuenit niſi ad habendum exiſtimationem. ꝙ autem adipiſcatur veritatem determinatã, & ſententiam meram non. Imaginatio autem eorum eſt, quia dixerunt cœli mouentur: & hæc eſt propoſitio ſenſui manifeſta. & oẽ corpus mobile habet motorem: & hæc eſt propoſitio intellectu cognita. nã, ſi corpus eſſet mobile, ex eo ꝙ eſt corpus, & eſſet profecto omne corpus mobile. & omnis motor aut prouenit à ſubſtantia eius, quod mouetur naturaliter, vt eſt motus lapidis deorſum, & voluntate, vt eſt motus animalis cum poſſe, aut erit motor ab extra, ſed mouet violenter, ſicut eſt impulſio lapidis ſurſum. Et omne, quod mouetur ex re exiſtenti in ſeipſo, aut non apprehendit hanc rem in motu: & nos appellamus eã naturam, vt eſt motus lapidis deorſum: aut apprehendit eam: & nos appellamus eam voluntariam, aut animalem. Motus autem vniuerſalis circularis eſt his diſtinctionibus

K inter negationẽ, & affirmationem, aut violentus, aut naturalis, aut volũtarius &, cũ deſtruantur duæ partes, remanet tertia. & impoſſibile eſt vt ſit violentus, qm̃ motor inclinans aut erit aliud corpus, quod mouet voluntarie, aut violenter, & finiet proculdubio ad voluntatẽ. & quotienſcunq; affirmabitur in corporibus cœli mobile voluntarie, iam habemus intentum, & ad quid ponuntur motus violẽti. & in fine impoſſibile eſt quin deueniamus ad voluntatem: aut dicatur ꝙ mouentur violenter, & Deus gl. eſt, qui mouet eos immediate, qđ eſt falſum. nã, ſi mo- L uerentur ab eo, in eo ꝙ ſunt corpus, & in eo ꝙ ſunt creaturę eius, ſequeretur vt moueatur omne corpus. & impoſſe eſt quin approprietur motus aliquo attributo, quo diſcernatur ab aliis corporibus. & hoc quidem attributum eſt mouẽs propinquũ aut volũtarie, aut naturaliter. & impoſſe eſt vt dicatur ꝙ Deus glo. ſit motor eorũ voluntarie: qm̃ voluntas proportionatur corporibus eadẽ proportione. & quare eſt aptũ hoc corpus pręcipue ꝙ velit id mouere, & non aliud? & impoſſe eſt vt ſit hoc exiſtimatiuo iudicio. nam hoc eſſe falſum diximus in diſputatione de creatione mũdi Et, cũ ꝓbatũ fuerit ꝙ hoc corpus neceſſe eſt vt M ſit in eo aliquid, qđ ſit principiũ motus, deſtructa eſt prima pars, & eſt ponere motũ violentũ: remanet ergo vt dicatur ꝙ eſt motus naturalis. qđ quidem eſt impoſſe. nam naturalis tñ non erit cauſa motus. moueri .n. nihil aliud eſt, niſi recedere ab vno loco, & petere alium locũ. locus autẽ, in quo eſt corpus, ſi eſſet ei conueniens, non moueret ab eo.

A Quare non mouetur vter plenus aere in ſuperficie aquarũ: &, cum plenus fuerit aqua, mouetur in ſuperficie aquarum? nam inuenit locum conuenientem, & quieſcit in eo. & natura fixa. & ideo, cum permutatum fuerit ad locum conuenientem ei, recedit ab eo ad conuenientem, ſicut recedit à medio aquæ ad terminũ aeris. motus vero circularis non poteſt conſyderari ꝙ ſit naturalis. nam quicunque locus aut vbi ponatur, a quo recedit, ad eum redit. & is à quo fugit, a nobis naturaliter, non quæritur naturaliter. & ideo nõ ibit B vter aeris ad intus aquam, nec lapis it poſt quietem ſupra terram, & tendit ad aerem: ergo nõ remanet niſi tertia pars, & eſt motus voluntarius.

AVERROES.

AIt Auerr. Quod autem poſuit Alga. in hoc ſermone, ꝙ omne, quod mouetur, aut mouetur ex ſe, aut mouet᷑ ex corpore ab extra: & hoc eſt, quod appellatur violentia, eſt notum per ſe. Quòd autem omne, quod mouetur ex ſe, non eſt motor in eo, niſi motum, eſt quid non C notũ per ſe, ſed eſt famoſum. Philoſophi autem laborant in demonſtratione, ꝙ omne motũ, quod mouetur ex ſe, habet mototem repertum in eo, qui eſt diuerſus à moto, & fecerũt alias propoſitiones notas ex ſeipſis, & propoſitiones, quę ſunt concluſiones aliarũ demonſtrationum, & eſt quid, quod habetur ex libris eorum. Et ſic etiam nõ eſt notum per ſe quòd omne motũ, quod mouetur à motore ab extra, finitur ad motum ex ſeipſo. Et iſtæ propoſitiones, quæ poſitæ ſunt hic, ꝙ ſint propoſitiones notę ex ſe, ſunt in eis ex ambabus ſpeciebus ſimul, ſ. aliquæ ſunt, quę ſunt concluſiones, & D aliquæ, quæ ſunt notæ ex ſe. Quòd autem motum ex ſe, non ex corpore ab extra, ſit motum aut ex ſe, & natura ſua, aut ex principio in eo: & impoſſe eſt vt moueatur ex alio, qđ non ſentitur, nec comprehenditur ſenſu, quod eſt diſtinctum ab eo ab extra, ac ſi diceres id, quod non eſt corpus, eſt quid notum per ſe. & iã laboramus in hoc libro in declarando hoc, ſ. ꝙ, ſi ſic eſſet, non erit motus ſurſum dignior in igne, q̃ terra. & hoc eſt notum per ſe. Quod autẽ non moueatur ex ſe, & natura ſua, E apparet in rebus, quę mouentur aliquando, & quieſcunt aliquãdo. nã id, quod eſt naturaliter, non habet agere duo contraria: in rebus vero, quæ apparent ſenſu moueri continue, neceſſe eſt fieri demonſtrationem. Id autem, quod poſuit hic in hoc ſermone, ꝙ motum ex ſe mouetur ex principio in eo, quod appellatur natura, aut principio, quod appellatur anima, & electio, eſt verũ, cum probauerit ꝙ non ſit hic aliqd quod mouetur ex ſe. Id vero, quod poſuit, ꝙ principium appellatũ natura, F non mouetur ex ſe in loco, niſi cum locus fuerit nõ conueniens ei: nam tunc mouetur ad locum ſibi conuenientem, in quo quieſcit: eſt verum. ſed id, quod poſuit etiam, ꝙ motum circulariter non habet locũ non conuenientẽ, & conuenientem, & permutatur ab vno ad aliud non in toto, nec in partibus, eſt quaſi notum per ſe, & facile comprehendit᷑. & recitauit in hoc ſermone aliquid ſuæ conſyderationis, & declarationis. quare neceſſe eſt vt non moueatur naturaliter, cum intelligimus per naturam hoc, quod ipſe imagi-

G natus eſt. Et ſic id, quod poſuit, ꝙ, cum non mouetur naturaliter, mouetur ab anima, aut potentia ſimili animæ, apparet ex eo, ꝙ ipſe tenet ꝙ anima in corporibus cœleſtibus non dicitur de eis niſi æquiuoce. & plurimum, quod appellant ſapiẽtes nomen naturę, eſt ſuper omnem potentiã, quæ agit actione intellectuali, ſ. currit curſu ordinis, & ꝓportionis, quę eſt in rebus intellectualib⁹, ſed auferunt à cœlo talem potẽtiam vilem, cum fuerit ipm apud eos id, quod tribuit hanc potentiam regitiuam omnibus entibus. Attamen
H hic ſermo, quem hic recitat ex propoſitionibus noſtris, eſt topicus, ex eo ꝙ aſſumpſit in eo plurimũ eius, quod eſt concluſio demõſtrationis, ꝙ ſit notum per ſe: & ex eo ꝙ aſſumpſit in eo pro oppoſito id, quod non eſt oppoſitum. & eſt topicus, quoniam propoſitiones eius ſunt probabiles, & famoſæ. & hæc quidem via in declarando ꝙ corpus cœleſte ſit corpus animatum, eſt via Auicẽnæ. Antiqui vero habent in hoc viã magis efficacem, & magis lucidam.

ALGAZEL.

I AIt Alga. Quæſtio autem eſt vt dicamus, nos conſyderamus tres conſyderationes, præter opinionem veſtram: in quarum deſtructione non eſt demonſtratio. Prima quidem, cum conſyderauimus motum cœli violentum ex alio corpore, quod id mouet continue: & hoc corpus mouens non erit rotundum, nec comprehendens, nec cęlum: igitur eſt falſum dictum eorum, ꝙ motus cęli eſt volũtarius, & ꝙ cœli ſunt animati. & hoc, quod diximus, eſt poſſibile, & non eſt in negatione eius, niſi negatio ſimpliciter.

AVERROES.

K AIt Auer. Hoc eſt falſum. qm̃ declaratũ eſt apud eos, quòd extra cœlum non eſt aliud corpus, nec poſſibile eſt vt ſit infra cœlum. nam illud corpus, ſi mouet, impoſſibile eſt quin moueatur, & reuertit interrogatio.

ALGAZEL.

AIt Alga. Secunda vero eſt vt dicatur ꝙ motus eſt violentus, & principium eius eſt voluntas Dei glo. nam nos dicimus ꝙ motus corporis grauis deorſum eſt violentus, & fit, quoniam creat Deus glo. motum in eo. & ſic dicitur de aliis mo- L
tibus corporum, quæ non ſunt animalia, & remanet quæſtio eorum, quare voluntas appropriata eſt eis, & tamen alia corpora communicãt cum eis in corporeitate, & non appropriantur in genere. & iam declarauimus ꝙ volũtas antiqua, ei⁹ moris eſt appropriare rem præ ſimili: & ipſi neceſſitati ſunt confiteri attributum tale, cum conſyderatur pars motus circularis, & locus polorum, & puncta. & non reiterabimus id. Sermo autem breuis circa id, quod negauerunt de appropriatione cor- M
poris ex alligantia voluntatis in eo abſq; diſtinctione attributi, quod conuertitur contra eos in diſtinctione illius attributi, eſt ꝙ nos dicimus quare cognoſcit corpus cœli tali attributo, quo diſtinguitur ab alio ex corporibus? & alia corpora ſunt etiã corpora: & quare euenit ei id, quod non euenit alteri. Nam deuenire hoc ex alio attributo facit ĩterrogare in illo attributo alio: & ſic in infinitũ. & indigent demum deuenire ad iudicium voluntatis, & ꝙ in principiis ſit aliquod diſcernens rem à ſimili.

A ſimili. & appropriat ipſam attributo præ cæteris ſimilibus.

AVERROES.

AIt Auer. Quòd autē lapis moueatur deorſum ex attributo, quo creatus eſt, & ſic ignis ſurſum, & ambo attributa ſunt cōtraria, eſt quid per ſe notum. & contradicere huic eſt temeritas. & multo plus vt dicatur ꝙ volūtas ęterna faciat motum continuum abſq; actione, quā agat in eo volens, & ꝙ hoc non ſit elementale in natura ſua, & appellatur violētia. nam, ſi hoc ſic eſſet, non eſſet rebus natura omnino, nec veri-
B ficatio, nec definitio. quoniam notum eſt per ſe ꝙ differunt naturę rerum, & definitiōes earum pp dr̄iam operationum earum: ſicut eſt notū per ſe ꝙ omnis motus violentus corpori erit ex corpore ab extra. & hic ſermo nihil eſt. Cum autem dixit ꝙ ponere actionem entis procedentis ab eo determinat attributum ꝓprium, interrogatio remanet de hoc attributo: & eſt quare appropriatur huic enti, præter id, quod eſt ex gn̄e eius? v. g. ignis & terra communicāt in corporeitate, & receptione, ſed differunt attributo addito corporeitati, ſequit̄ ei vt dicatur quare appro-
C priatur attributum ignis igni? & attributum terræ terræ? & quare non fuit econtra? Hic quidem eſt ex ſermone eius, qui non ponit attributis ipſis ſubiectum proprium, ſed poteſt euenire oē attributū cuilibet ei, cui attribuitur. & dicens hoc, etiā aufert definitionem, & aufert dr̄iam ſubiectorum. appropriatio enim eorum attributis proprijs eſt cauſa prima appropriādi entia attributis ꝓprijs. & hæc poſitio eſt ex radicibus ſectæ Aſſariæ, qua conati ſunt deſtruere

D ſcientiam legis, & intellectus, & demum intellectum ipſum.

ALGAZEL.

AIt Alg. Tertia vero eſt, vt concedatur quòd cœli appropriati ſunt attributo, & illud attributum eſt principium motus, vt crediderūt de deſcenſu lapidis deorſum: ſed nō conſyderant hoc in eis, ſicut in lapide. Et, cum dicunt ꝙ id, quod quæritur naturaliter, non eſt id, a quo fugitur naturaliter, eſt error. quoniam non eſt ibi dr̄ia numero apud eos, ſed corpus eſt vnum, & motus circularis eſt vnus: & corpus non habet partem in actu, nec motus habet par-
E tem in actu, ſed diſtinguuntur imaginatione. & non eſt ille motus, qa quęrit locum, nec quia fugit a loco. & poſſibile eſt vt creet corpus, & ī ſe ſit aliquid determinans motum circularem, & ipſemet motus hoc determinat, non autem ꝙ determinet ille motus quærere locum, deinde erit motus ad perueniendum ad eū. Et, cum dicitis, ꝙ omnis motus eſt ad perquirendum locum, aut ad fugiendum ab eo, cum fuerit violentus, eſt ac ſi poneretis quærere locū determinatum a natura ipſa, & poneretis motum non intentum in ſe-
F ipſo, ſed ſequitur eam, nos autem dicimus, non negatur ꝙ ſit motus ipſummet determinatum, nō perquiſitio loci: quæro quid reddit hoc falſum. Et declaratio eius, quod dixerunt, quod reputatur eſſe fortior alia conceſſione, nō debemus ſententiare ex hoc ꝙ auferatur aliud. igitur iudicium in ſententiando ꝙ cœli ſunt animati eſt pura verſutia, non habens quidem ſuſtentaculum.

G **AVERROES.**

AIt Auer. Cum autem dicunt ꝙ hic motus non eſt ex potentia naturali, ſimili potẽtiæ naturali terræ, & ignis, eſt verum. Et hoc manifeſtum eſt ex eo, quod dixerunt, ꝙ illa potentia eſt deſyderium loci cõuenientis corpori, cuius eſſe eſt per illam potentiam. corpus vero cœleſte, cum omnis locus ſit conueniens ei, ideo non mouetur tali potentia. & ideo appellant Sapientes talẽ potentiam, nec grauem, nec leuem. Si autem hæc potentia eſt cum comprehenſione, aut ſine comprehenſione:

H &, ſi eſt cum comprehenſione, quo nam modo comprehenſionis eſt declaratum eſt alibi. Et declaratio huius eſt vt dicamus. Prima autem conſyderatio eſt vt ponamus motorem cœli aliud corpus, nõ cœleſte, eſt nota deſtructio eius ex ſeipſa, aut prope notitiam ex ſeipſa. Nã hoc corpus non poteſt mouere corpus cœleſte circulariter, niſi quòd ipſum moueatur ex ſe, ac ſi diceres homo, aut angelus id reuoluit ab oriente in occidens. &, ſi hoc eſſet, erit hoc corpus animatum, aut infra

I mundum, aut extra. & falſum eſt vt ſit extra. nam extra mundum non eſt locus, nec vacuum, vt declaratum eſt in multis locis. & oportet etiam, cum mouerit iſtud corpus, vt firmetur ſuper aliud ibi quieſcens, & illud corpus ſit quieſcens ſuper aliud & procedet in infinitum. & eſt falſum etiam, vt ſit infra mundum. nam, ſi hoc eſſet, comprehenderetur ſenſu. omne enim corpus infra mundum eſt ſenſibile. & indigerent etiam alio corpore, quod contineat ea, præter id, quod ea reuoluit, aut

id, quod reuoluit ea, eſt id, quod cõ- K
tinet ea: & continens indigeret continente. & neceſſe eſſet vt ſit numerus corporum animatorum, quæ mouẽtur numero motuum corporum cœleſtium. Et interrogatur etiam de iſtis corporibus an ſint compoſita ex elementis quatuor, & erũt generabilia & corruptibilia, an ſimplicia. ſi erunt ſimplicia, quæ eſt natura eorum. & hoc totũ eſt falſum: & præcipue apud eum, qui ſciuerit naturam corporum ſimplicium, & ſciuerit numerum eorum, & nume-

rum ſpecierum corporum compoſi- L
torum ex eis. & incumbere huic in hoc loco nihil eſt. Et iam declaratum eſt demonſtratiue in multis locis quòd hic motus non eſt violentus. nam eſt principium omnium motuum, & eo mediante influitur vita omnibus entibus, quanto magis motus? Secunda vero conſyderatio, & eſt quòd motor eorum ſit Deus glorio. abſque eo, quòd creat in eis potentiam, qua mouentur, eſt etiam ſermo turpis nimis, prohibitus, & diſtans ab eo, quod intelligit homo: & eſt ſimilis dicenti, quòd

Deus glorio. tãgit omnia, quæ ſunt M
hic, & mouet ea. & quod comprehẽditur ex cauſis, & cauſatis eſt falſum & erit homo homo non modo, quo creauit eum Deus: & ſic alia entia. Et deſtructio huius eſt deſtructio intellectorum. nam intellectus comprehendit res ex parte earum cauſarum. & eſt ſermo ſimilis ſermoni dicentis ex antiquis, quòd Deus eſt in omni re, & ſunt pueri. & loquemur cum eis in loco, vbi recitabimus deſtructionem cauſarum, & cauſatorum. Tertia vero conſyderatio currit curſu naturæ, & eſt vt ponamus,

A ponamus, quòd motus cœli eſt ex potentia naturali in eo, & attributo eſſentiali,non ex anima. Et demonſtratio eorum in deſtructione huius eſt falſa.quoniam ædificauerunt demonſtrationem in eo, quòd, ſi motus cœli eſſet naturalis, erit locus quæſitus in motu eorum naturali, idem cum eo, à quo receditur. nam quælibet pars cœli mouetur ad locum,à quo iam mota eſt. motus enim eius eſt circularis: in motu vero naturali locus quidem, à quo recedit in motu, eſt diuerſus a
B loco quæſito. nam is, a quo mouetur,eſt accidentalis: & is, ad quẽ vadit,eſt naturalis, in quo quidẽ quieſcit. Et eſt poſitio falſa.quoniam ipſi poſuerunt in partibus cœli multos motus multis motis. & hoc ſecundum radices eorum. quoniam ipſi dicunt, quòd motus circularis eſt vnus, & corpus, quod mouetur eo,eſt vnum, in motu vero circulari non perquirit mobile locum, & poſſibile eſt quòd creauerit in eo aliquid, quo perquirit mobile motum ipſum, & erit natura, non autem anima. Et reſponſio huic eſt,quòd hic ſermo eorum eſt apud eum, qui
C cogitauit quòd mutatio loci ſtellarum prouenit ex motu naturali, ſimili permutationi motorum naturaliter ex locis ſuis. Attamen poſitio eorum vera eſt, quòd motus circularis mobile non perquirit in eo locum, ſed, cum perquirit anima, motus circularis, & mouens eius eſt anima neceſſario, non autem natura,& motus eius non habet eſſe, niſi in intellectu.nam non reperitur extra animam niſi moto tantum. & D
in eo eſt pars motus, quę non comprehenditur in eſſe. & id, quod mouetur ad motũ, in eo quòd eſt motus, deſyderat eum neceſſario. & id, quod deſyderat motum, imaginatur eum neceſſario.& hic eſt vnus ex locis, ex quibus apparet quòd corpora cœleſtia habent intellectum, & deſyderium. Et apparet hoc etiam ex multis locis, quorum Vnus eſt ꝙ idem motum ex corporibus rotundis, id inuenimus moueri duobus motibus contrarijs ſimul, ſcilicet, orientali, & occidentali. & hoc im- E
poſſibile eſt, vt ſit ex natura. nam motum naturaliter mouetur vno motu tantum. Et iam locuti ſumus de rebus, quæ mouerunt homines ad tenendum quòd cœli ſint habentes intellectum. & quod magis apparet ex eis,eſt quoniam,cum declaratum eſt apud eos quòd motor eorũ eſt intellectus ſeparatus à materia, neceſſe eſt vt non moueat,niſi ex eo quòd eſt quid intellectum,& conſyderatum. &, cum ſic fuerit, igitur motum ab eo eſt intelligens,& conſyderans neceſſario. Et apparet hoc etiam ex eo, quòd motus eorum eſt conditio in eſſe eorum,quę ſunt hic F
ex entibus, & conſeruatione eorum. & impoſſibile eſt vt hoc ſit caſu. & hæc non declarantur hic,niſi declaratione diſputatiua, & ſatisfacienti.

G **DISPVTATIO XV.**

## De deſtructione eius, quod dixerunt de intentione motiua cœli.

ALGAZEL.

At Alg. Dixerunt autem ꝙ cœli ſunt animati, ſeruientes quidē Deo gl. cum motibus ſuis, & appropinquantur ei. nam omnis motus voluntarius ē ad aliquam intentionem, cum non
H pōt conſyderari vt emanet actio, & motus ab animato, niſi cùm actio ſit dignior ei ocioſitate. &, ſi eſſent actio, & ocioſitas æquales, non imaginatur actio. Vlterius dixerunt, appropinquari Deo glor. non eſt quærere deſyderatum ab eo, & abſtineri ab ira eius. nam Deus glor. abeſt ab ira, & deſyderio. &, ſi attribuuntur ei ambæ iſtæ dictiones, eſt abuſiue, & denominatur eis ex voluntate condemnandi, & voluntate præmiandi. & impoſſe eſt vt ſit appropinquatio Deo glo. cum quæretur approximatio ad eum in loco. quod eſt falſum. Et nō eſt via quærendi approxima-
I tionem cum attributis nam ens pfectius, eius eſſe eſt perfectius: & omne eſſe reſpectu eſſe eius eſt diminutū. Et diminutio quidem hēt gradus, & dñiam. Angelus.n. eſt magis proximus Deo glo. attributo, non autē loco: & eſt id, qđ intelligimus per angelos propinquos, ſ. ſubſtantias intellectiuas, quæ non differunt, nec mutantur, nec finiuntur, & ſciūt res, prout ſunt. hō vero, quanto magis vult appropinquari angelo attributis, tāto magis additur appropinquatio apud Deum glor. & finis naturæ K
humanæ, eſt vt aſſimiletur angelis. Et, cùm probatum ſit ꝙ hæc eſt appropinquatio Deo, & ꝙ eſt ad perquiſitionem appropinquationis ei attributis, hoc erit homini, cum ſciuerit veritatem rerum, & cum remanſerit æternus in perfectiori eſſe ſuo ſibi poſſi. & remanſio in perfectione vltima eſt Deo glor. & Angelis proximus in totum, quod poſſibile eſt ei ex perfectione, & tunc reperitur cum eis, vt entia, in quibus nihil eſt potētia, adeo ꝙ exeat ad actum. igitur perfectio eorum eſt in vltimitate reſpectu eius, qui eſt præter Deū, L
& Angelos cœleſtes: & eſt præfatio animarum mouentium cœlum, in quibus eſt aliquid in potentia: & pfectiones eorum diſtinguuntur ad id, quod eſt in actu, ſicut eſt figura rotunda, & diſpoſitio. & hoc reperitur & ad id, quod eſt in potentia, & eſt diſpoſitio in loco, & in vbi, & non eſt locus demonſtratus, qui non ſit ei poſſibilis. Attamen non habet alios ſitus in actu. nā aggregare ambo eſt impoſſibile. &, quoniam impoſſe eſt eis complere vnitates ſituum, continue conantur perficere eas ſpecie, & non deficiunt quærere ſitum M
poſt ſitum, & vbi poſt vbi. & non ceſſat omnino hæc poſſitas, & non ceſſant iſti motus. intentio autem eorum eſt aſſimilari primo principio acquiſitione perfectionis vltimę ſm poſſitatem eis, & eſt ſeruitus Angelorum cœleſtium Deo gl. Et acquirūt aſſimilationem duobus modis. quorum Vnus eſt perficere oēm ſitum poſſe eis ſpecie: & hoc eſt intentum prima intentione. Secundus vero id quod componitur in motu ſuo ex diuerſitate proportionis in trinitate,

&

A &quadratura, & coniunctione, & oppoſitione, & diuerſitate aſcenſionis,& deſcenſionis reſpectu terrę. & ab eis emanat gratia ei,quod eſt ſub orbe Lunæ,& proueniunt ab eis hæ innouationes omnes. hic eſt modus perfectionis animæ cœleſtis. & omnis anima intellectiua, deſiderium quidem eius eſt perficere ſeipſam.

AVERROES.

Ait Auer. Totum aũt,quod recitat de Philoſophis, eſt opinio eorũ, aut ſequitur ex opinione eorum,aut poſſe eſt ponere ſermonẽ de eo ſecundum opinionem eorũ, B præter id,quod dicit,ꝙ cœli quærũt in motibus ſuis ſitus particulares infinitos. nam infinitũ non quæritur, cum ad id non peruenit aliquis. & nemo hoc dixit, niſi Auicen. Et contradictio Alg. huic ſermoni ſatisfacit cum eo,quod poſtea dicetur. Attamen intentio cœli apud homines eſt ipſemet motus,in eo ꝙ eſt motꝰ. nam perfectio animati, in eo ꝙ eſt animatum, eſt motus: euenit tamẽ hic quies animato gñabili,& corruptibili per accidens, ſ. propter neceſſitatem materiæ. nam feſſitas, & labor accidit huic animato, ex eo ꝙ ẽ C materiale: aĩatum vero, cui non euenit feſſitas, nec labor, neceſſe ẽ vt ſit vita eius omnis, & perfectio eius ex motu,& aſſimilatio eius creatori eſt cum præbuerit vitã ei, quod eſt hic cum motu. Et non eſt hic motus apud philoſophos propter id, qđ eſt hic prima intentione. & intelligo ꝑ primam intentionem vt ſit corpus cœleſte creatum ꝑꝑ id,quod eſt hic. nam motus eſt operatio eius ꝓpria; propter quẽ eſt. nam, ſi iſta eſſent ꝓpter id, quod eſt hic prima intentione, eſſet corpus cœleſte creatum ꝓpter id,quod eſt hic. & eſt falſum D apud eos vt ſit creatum nobile propter ignobile: ſed ad bene eſſe proculdubio ſequitur ignobile, ſicut eſt princeps cum eo, quod eſt ſub eo, cuius perfectio non eſt abſq; principe. Princeps vero ẽ ad perfectionẽ ſuã. & ſic prouidentia de eo, quod eſt hic, eſt ſimilis prouidẽtiæ Principũ de eo, quod eſt ſub eis, cui non eſt euaſio, nec eſſe, niſi per Principes: & pręcipue Princeps principalis, qui non indiget in eſſe ſuo perfecto, & nobili principe alio, quanto magis in eſſe ſuo.

ALGAZEL. E

Ait Alga. Et dubitatio huic eſt, quoniam in propoſitionibus huius ſermonis eſt, cui poteſt cõtradici. ſed nos non protelabimus in hoc. Et reuertamur ad intentionẽ, quam voluiſtis in fine,& deſtruemꝰ eam dupliciter,& primo ꝙ perquiſitio perfectionis, vt ſit in omni vbi ſibi poſſibili, eſt ſtultitia, non autem ſeruitus. & hoc non eſt niſi ſicut homo, qui non habet negocia oĩno, & ceſſauit incumbere voluptatibus, & F neceſſitatibus ſuis, & quieuit, & circuit domum, ſeu circuit ciuitatem, & exiſtimat ꝙ appropinquatur Deo gl. & perficit ſeipſum, cũ ſit ſibi eſſe in omni loco poſſibili. & exiſtimauit ꝙ eſſe in multis locis eſt poſſibile ei, & cum non poteſt congregare ea numero, perficit ea ſpecie, qua eſt ꝑfectio,& approximatio. & iſte homo peruenit ad ſtultitiam, & dicet ꝙ permutatio à parte ad partem, & à loco ad locum nõ eſt perfectio ſenſibilis, quam deſyderet. & nulla eſt dĩa inter id, qđ dixerunt, & hoc.

AVER-

G AVERROES.

AIt Auerr. Exiſtimatur, ꝙ hic ſermo propter mollitiem eius prouenit ex vno duorum hominũ, aut ſtulto, aut maligno. Alga. autẽ eſt mundus ab iſtis duobus attributis: licet aliquando proueniat miraculoſe ab homine non ſtulto ſermo ſtultus, & ab eo, qui non eſt malignus, ſermo prauus. Attamen ſignificat hoc diminutionem humanam propter id, quod euenit eis ex euaſione. Quoniam, ſi conceſſerimus Auicennę ꝙ orbis intendit in motu ſuo permutare ſitus: & permutatio ſituum eius propter entia, quæ ſunt hic, eſt id, quod conſeruat eſſe eius, H poſtq̃ adinuenit eum: & eſt hęc operatio eius continue: quæro quæ eſt maior ſeruitus, q̃ iſta ſeruitus? quẽadmodum, ſi vult aliquis incumbere ad conſeruandum ciuitatem à ꝓditoribus, circuẽs eam nocte, & die, teneremus quidem ꝙ hæc operatio eſt ex maximis operationibus appropinquantibus Deo gl. ſed, ſi ponimus motum huius hominis circa ciuitatem intentione, quam ipſe dicit ex mẽte Auicennę, ſ. ꝙ ipſe non intendit in motu ſuo, niſi quærere I perfectionem in vbi infinitis, dicitꝰ de eo ꝙ ſit homo ſtultus. & hoc eſt, quod dixit Deus glo. Quis menſurauit pugno ſuo aquas, & cœlum? Cum autem dixit, qm̃ impoſſe eſt ei perficere vnitates, aut congregare eas numero, perficit eas ſpecie, eſt ſermo inuolutus, non intelligibilis: niſi intelligatur, i. quoniam motus impoſſibile eſt vt remaneat in partibus ſuis, remanebit in toto. nam aliqui ſunt motus, qui non remanent nec in partibus, nec in toto, & eſt generabilis & corruptibilis: & aliquis eſt, qui remanet ſpecie, & eſt generabilis & corruptibilis ĩ partibus ſuis: K ſed cum hoc dicitur de eo, ꝙ ſit motus vnus modis, quibꝰ diſtinguitꝰ in multis locis librorũ ſuorum, quibus dicitur ꝙ ſit vnus motus. Cum autẽ dixit, qm̃ impoſſe eſt ei perficere ea numero, perficit ea ſpecie, eſt ſermo falſus. nam motus cœleſtis eſt vnus numero, ſed hoc dr̃ de motibus, qui ſunt in cęteris gñabilibus. præter cęlum. qm̃ iſti, ex eo ꝙ impoſſe eſt eis vt ſint vnus numero, ſunt vnus ſpecie, & remanent in eo propter remanentiam motus vnius numero.

ALGAZEL.

AIt Alga. Secundus quidem eſt, L vt nos dicamus id, quod recitatis de intentione, eſt falſum in motu occidentali. & quæro quare fuit motus primus orientalis? & quare non fuerunt motus vniuerſi ad eandem partem? &, ſi eſt in diuerſitate eorum intentio, quare nõ differunt in contrarium. & erunt hi, qui ſunt orientales occidentales, & qui ſunt occidentales orientales. nam id, qđ vos dicitis de peruentione innouationum ex diuerſitate motuũ in trinitate, & ſextilitate, & aliis, ꝓuenit ex contrario. Et ſic etiam id, quod M dixerunt de perfectione ſituum, & vbi omnium, poſtq̃ poſſe eſt eis in alia parte, quęro quid habent ꝙ nõ moueantur aliqñ ex vna parte, & aliquãdo ex alia parte ad perficiendũ id, quod eſt poſſe eis, ſi fuerit adimplere omne poſſe perfectio? Igitur hoc ſignificat ꝙ iſtæ ſunt imaginationes, quæ nihil ſunt. & ſecreta regni cœlorum non habẽtur his imaginationibus, ſed habuerunt ea Prophetæ, & Antiqui noſtri via diuinitatis, non via aſſumẽdi rõnes, & iõ defi-

A deficiunt poſteriores philoſophorũ in declarãdo cauſam partis motus, & electionem eius.

AVERROES.

Ait Auer. Hæc eſt dubitatio ſophiſtica. nam permutari ex diſputatione ad diſputationem eſt operatio ſophiſtica. Quoniam quomodo ſequitur ex diminutione eorum, ſi diminuunt in dando cauſam diuerſitatis partium motuum cœli, vt diminuant etiã in dando cauſam motus cœli, & vt non ſit motui eius cauſa. hoc totum eſt ſermo in vltimitate mollitiei, & debilitatis. O q̃ maxi-
B ma eſt lætitia eorum in hac diſputatione. nam putãt ꝙ ipſi vicerint philoſophos in ea. Et cauſa huius eſt ignorantia eorum in modis viæ vſitatæ, in dando cauſas, & conſyderationes, de quib⁹ quæritur vt tribuantur in quolibet entium, quę quidem differunt propter differentiam naturarum entium. Nam res ſimplices non habent cauſam eius, quod prouenerit ex eis, niſi ſubſtantiã naturæ & formæ earum: cõpoſitæ vero habent cauſas agẽtes præter formas earum: & ſunt, quæ fecerunt compoſitionem earum, & copulationem par-
C tium earum adinuicem. V. g. terra non hẽt cauſam vt deſcendat deorſum, niſi attributum terreſtreitatis. & ignis non hẽt cauſam, vt aſcendat ſurſum, niſi ſubſtantiam naturæ, & formę ſuę: & cum hac natura dicitur ꝙ ſit contraria igni. & ſic ſurſum, & deorſum non habent cauſam, qua fuerit vna duarum partium ſuperius & alia inferius. ſed hoc eſt ex determinatione naturæ eorum. Et, cum neceſſe fuerit diuerſitas partium ex ſe ipſis, & diuerſitas motuum ex diuerſitat pa[illegible]um, tunc nõ erit hic cau-
D ſa, quę poſſit aſſignari diuerſitati motuum, niſi diuerſitas partium mobilium: & diuerſitas partium eſt ex diuerſitate naturæ eorum, ſ. ꝙ quædã ſunt nobiliora quibuſdã. V. g. cum homo ſenſerit in animali ꝙ pręcedit in ambulando cum vno duorum pedum ex aliqua parte corporis ſui, deinde ſequitur eum alter, & dicit quare animal præponit hunc pedem, & poſtponit alterum, & non è contra, non erit profectò ibi cauſa completa, niſi vt dicat, ꝙ impoſ̃e eſt in motu animalis quin præponat pedem, & ſuſtentetur ſuper alium pedem. &
E hoc profecto facit, vt ſint aĩali duæ partes, dextrum, & ſiniſtrum. & dextrum eſt, quod ſemper præponitur ex potẽtia reperta in eo ſibi propria: & ſiniſtrũ ſemper poſt ponitur dextro ex potẽtia ſibi propria. & impoſ̃e eſt vt ſit è contra, ſ. vt ſit pars dextra pars ſiniſtra. nam natura aĩalis hoc requirit aut vt plurimũ, aut ſemper. Et ſic eſt in corporibus cœleſtibus. nam, ſi aliquis interrogauerit quare mouentur cœli ex quadam parte, & non ex alia, reſpondetur quia habẽt dextrum, & ſiniſtrum: & præcipue, cum affirmauerimus de eis ꝙ ſunt vi-
F uentia: niſi ꝙ eſt eis quid proprium ꝙ pars dextra in quibuſdam eorum eſt pars ſiniſtra in quibuſdam aliis. & tamen ipſi pedes etiam cum iſta differẽtia, vnus eorum mouetur ad duo contraria, vt eſt pes ſiniſter durus quidem. Et quemadmodum, ſi aliquis interrogauerit, & dixerit ꝙ motus animalis eſſet completus, ſi dextrum eius eſſet ſiniſtrum, & ſiniſtrũ dextrũ: & quare appropriatum fuit dextrũ vt ſit dextrũ, & ſiniſtrum vt ſit ſiniſtrum, dicitur ei quòd huic nõ eſt cauſa, niſi ꝙ natura partis, quę

G appellatur dextrum, determinauit in ſe vt ſit dextrum, & non ſit ſiniſtrum, & nobile datur parti nobili, ſic etiam, cum aliquis interrogauerit quare appropriata eſt pars cœli dextra motui magno, vt ſit dextrum, & pars ſiniſtra, vt ſit ſiniſtrum, & iam erat poſſibile vt ſit contrarium, ſicut eſt in orbe planetarum, non erit ei reſponſio, niſi dicatur ꝙ pars nobilis appropriata fuit corpori nobili, ſicut eſt in appropriatione ignis ſuperius, & terræ inferius. Quòd autem cœli moueantur duobus motibus contrariis, præter motum diur-
H num, eſt propter neceſſitatem contrarietatis motuum hic, ſcilicet motus generationis, & corruptionis. & non eſt naturæ intellectus humani, vt apprehendat magis, quàm hoc in iſtis ſermonibus, & in hoc loco. Et, quoniam dubitauit eis Algazel cum hac dubitatione, & dixit quòd non habent reſponſionem ei, recitauit in hoc reſponſionem quorundam philoſophorum.

ALGAZEL.

AIt Alga. Et aliqui eorum dixerunt, quoniam perfectio eo-
I rum prouenit ex motu à quacunq; parte fuerit, & ordo innouationum terreſtrium determinat diuerſitatem motuum, & partium deputatarum, id, quod induxit eos ad radicem motus, eſt appropinquatio Deo glo. & quod induxit ad partem motus eſt influere gratiam mundo inferiori. Dixit Alga. quòd hoc eſt falſum dupliciter. Primo, quoniam, ſi hoc poteſt conſyderari, eſt ex diminutione iudicij. nam natura quietis magis debet appropriari ei, quàm motus, & mutationis, & eſt aſſimilari Deo glor. in rei veritate, quoniam K
abeſt a mutatione, motus autem eſt mutatio. Attamen eligit motum ad influendum gratiam. nam, ſi adiuuat alteri, & non aggrauat ſibi motus, quid eſt quod prohibet ab hac conſyderatione? Secundò vero, quoniam innouationes fiunt ex diuerſitate proportionum, quæ fiunt ex diuerſitate partium motuum. & ſic erit motus primus occidentalis, & alij orientales. & veniet hæc diuerſitas, ex qua proueniet diuerſitas proportionum. quare ergo reſpicit vnã partem? iſtæ autem diuerſitates non determinant niſi ſubſtantiam diuer L
ſitatis, pars vero, quam reſpicit, nõ eſt dignior ſuo contrario in hoc.

AVERROES.

AIt Auer. Hic loquens conatus eſt dare cauſam in hoc ex cauſa finali, non autem ex agenti. & nullus Philoſophorum dubitauit ꝙ ſit ibi cauſa finalis ſecunda intentione, quæ eſt neceſſaria in eſſe eorum, quæ ſunt hic. & licet adhuc non ſciuerit differentiam, non dubitat tamen quòd non eſt hic motus, nec inceſſus, nec regreſſus planetis, qui non habent introitum in rebus, quę M
ſunt hic, ita quòd, ſi diuerſificaretur ex eis aliquid, inuolueretur hoc noſtrum eſſe. Attamen multæ harum cauſarum particularium, aut non ſcimus eas omnino, aut ſcimus eas poſt lõgum tempus, & magnam exercitationem, ſicut dicitur quòd ſapiens affirmauit illud in libro ſuo de regiminibus cœleſtibus particularibus. res vero vniuerſales de facili habetur ſcientia earum. & habentes ſcientiam iudicij ſtellarum peruenerunt ad multas earum, & ap-

A prehenſum fuit noſtra tempeſtate plurimum eius, ad quod peruenerunt Antiqui in hoc, vt Chaldæi, & alij. Quare non oportet vt non credatur quòd ſit huic ſcientia de entibus, cum appareat inductiue quòd omne, quod videtur in cœlo, eſt propter ſcientiam finalem, & cauſam cauſarum finalium. nam, ſi hoc eſt in animalibus, multo magis dignius eſt vt ſit in corporibus cœleſtibus. & iam videtur in animali, & homine, vti decem millibus ſcientia in tempore ſpatij mille annorum. ideo non eſt inconueniens, vt videa-
B tur in æternum æternitatis annorũ longorum nimium ſcientiæ, & ſapientiæ, quæ eſt in corporibus cœleſtibus. & nos inuenimus Veteres vti verſibus in hoc. nã ipſi bene ſciũt expoſitiones eorum profundatas in ſcientia, & ſunt ſapientes veridici. Primum autem, & eſt, cum dicit ꝙ aliquis poteſt dicere quòd aſſimilatio Deo glorioſo determinat ei vt ſit quieſcens, quoniam Deus glo. abeſt a motu, ſed elegit motũ ex eo, quod eſt in eo de influxu gratiæ generationibus, eſt ſermo inuolutus. nam Deus glorioſus non eſt quieſcens,
C nec mobilis: & vt moueatur corpus, eſt melius, quàm vt quieſcat. &, cum aſſimiletur ens Deo glorio. aſſimilatur quidem ei, cum fuerit in nobiliori diſpoſitionum eius: & eſt motus. Reſponſio vero ſecunda iam dicta eſt reſponſio ad eam.

## DISPVTATIO. XVI. D

### De deſtructione dicti eorum, Quòd animæ cœli reſpiciũt omnia particularia, quę fiunt in hoc mundo.

ALGAZEL.

Ait Alga. Dixerunt ꝙ animę cęli reſpiciũt omnia particularia, quę fiũt in hoc mũdo: & quòd intelli- E gimus per tabulam ſeruatam aĩas cęli: & pictura particularitatum mũdi in ea aſſimilatur picturæ rerum cõſeruatarum in virtute conſeruatiua poſita in cerebro hominis: nõ ꝙ ſit corpus amplũ durũ, in quo ſcribantur res, ſicut ſcribunt pueri in tabula. nã illa ſcriptura req̃rit plurimũ eiꝰ dilatationẽ ſcripti in ea. &, cũ id, qđ ſcribit̃ ſit infinitũ, non erit quidẽ rei ſcriptę in ea finis, & nõ imaginat̃ corpus infinitum. & impoſſibile eſt ſcribere literas infinitas in corpore, & impoſſe eſt notificare res infinitas per literas numeratas fi- F nitas. Et exiſtimauerunt ꝙ Angeli cęleſtes ſunt aĩæ cęli, & Angeli Cherubini approximantes ſunt intelligentiæ ſeparatę quæ ſunt ſubſtantię exiſtentes per ſe: & non cõtinent terminum, & non vtuntur corporibus: & ꝙ iſtę formę particulares influuntur ab animabus cœleſtibus, & ſunt nobiliores Angelis cęleſtibus: qm̃ ipſæ influunt, illi vero non influunt: & qđ influit eſt nobilius eo, cui influit̃. & ideo appellãt nobile noĩe calami, & dicunt ſcit cũ calamo, qm̃ aſſimi-

G lauit picturam influentem calamo, & aſſimilauit id, cui influitur, tabulæ. Hæc eſt opinio eorum. Et cõtradictio huic diſputationi differt à cõtradictione præcedẽti. nam id, quod dixerunt antea, non eſt falſum, cùm ſit de eo, ꝙ cœli ſunt viuentes, & mouentur ad intentionem, & eſt quid poſſibile. hoc vero idem eſt, quod tenere quòd ſit ſcientia in creato de particularibus infinitis. & hoc forte exiſtimatur quòd ſit falſum. & quæritur eis ratio in hoc, quoniam eſt verſutia ipſa.

AVERROES.

H Ait Auer. Hoc, quod dixit, nullus Philoſophorũ dicit de ſcientia eius, niſi Auicen. ſcilicet quòd corpora cœleſtia imaginantur quanto magis, vt imaginentur imaginationes infinitas. Alexãder autem exponit in libello ſuo, appellato Principia totius, quòd iſta corpora non imaginantur. nam imaginatio reperitur in animali propter conſeruationem: iſta vero corpora non timent quòd eueniat eis corruptio: igitur eſſe imaginationes in eis eſt falſum. ſic etiam & ſenſus. nam, ſi eſſent in eis imaginationes, eſſent eis ſenſus.
I ſenſus enim ſunt conditio requiſita in imaginationibus: & omnis imaginans ſentit neceſſario, & non conuertitur. & ſm hoc non eſt vera expoſitio tabulæ ſeruatæ, vt recitat de eis. Expoſitio vero intellectuum ſeparatorum, qui mouent quemlibet orbem modo ſeruitutis, ꝙ ſunt eis Angeli approximantes, eſt expoſitio currens ſm radices eorum. & ſic appellare animas orbium Angelos cœleſtes, cum intentio fuerit conuenire id, quod inducitur a demonſtratione, ei, quod inducitur a fide.

ALGAZEL. K

Ait Alga. Et aſſignauerunt rationem in eo, dicentes quidẽ, iam probatum eſt ꝙ motus circularis eſt voluntarius, & voluntarium ſequitur volitum, & volitum vniuerſale non reſpicitur niſi à voluntate vniuerſali: voluntas autem vniuerſalis nõ prouenit ab ea aliquid: nam omne ens in actu eſt demonſtratum tale particulare: & voluntas vniuerſalis, proportio eius ad vnitates particulares eſt in eodem gradu: igitur non prouenit ab ea aliquid particulare. ſed impoſ̃e eſt abſq; voluntate particulari motui demonſtrato tali: L
& orbi quidem in omni motu particulari demõſtrato a puncto demonſtrato ad punctum demõſtratum eſt voluntas demonſtrata ad illum motum, & eſt ei proculdubio imaginatio ad motus illos particulares potentia corporali, cum motus particulares nõ apprehendantur niſi potentiis corporalibus: igitur omnis voluntas de neceſſitate eius eſt imaginatio illius voliti, ſ. ſcientia de eo, ſiue ſit particularis, ſiue vniuerſalis. & quotienſcunque fuerit orbi imaginatio partium motuum, & comprehenſio earum, comprehendit eas pro- M
culdubio, in eo ꝙ ſequitur ex eis de diuerſitate proportionum cum terra, in eo ꝙ aliquæ partes oriunt̃, & aliquæ occidunt, & aliquæ ſunt in medio cœli aliquorum hominum, & ſub terra aliorum. & ſic etiam ſcit quod ſequitur de diuerſitate proportionum, quæ fiunt in motu de trino ſextili, quarto, & oppoſitione, & coniunctione ad alias innouationes cœleſtes. Et aliæ innouatiões terreſtres ſuſtentantur innouationibus cœleſtibus, aut immediate, aut vno me-

A dio,aut pluribus.Demum omne in-
nouatum eſt ei cauſa innouãs, quo-
uſq; ceſſat proceſſus aſcendendo ad
motum cœleſtem æternum, ſi ali-
quod eorum eſt cauſa alicuius. nam
cauſæ,& cauſata, aſcendit proceſſus
eorum ad motus particulares cœle-
ſtes:& ea, quæ imaginantur in mo-
tibus, imaginantur in conſequentiis
eorum,& conſequentiis conſequen-
tium vſq; ad finem proceſſus & ideo
reſpiciunt omne, quod innouatur.
nam omne, quod innouatur inno-
uatio eius procedit a cauſa: &, quo-
tienſcunq; verificabitur cauſa, veri-
B ficabitur cauſatum innouatum. Nos
autem non ſcimus id, quod venturũ
eſt in futuro: quoniam nos nõ com-
prehendimus omnes cauſas eorum.
ſi enim ſciremus omnes cauſas, ſcire-
mus omnia cauſata. nam, cum ſci-
mus ꝙ ignis tangit bombicem, exẽ-
pli gratia, in aliqua hora determina-
ta: tunc ſcimus combuſtionem bom
bicis. & quotienſcunq; ſcimus ꝙ ali-
quis comedit, ſcimus ꝙ ſaturabitur.
& quotiẽſcunq; ſcimus ꝙ homo de-
ambulat in loco, in quo ponitur the
ſaurus coopertus leuiter, cum deam
bulauerit ſuper eum deambulans, ce
C ſpitat pes eius in theſauro,& ſcit eũ,
ſcimus, ꝙ diues fiet ex inuentione
theſauri. Attamen iſtæ cauſæ, nõ ſci-
mus eas:& aliquãdo ſcimus aliquas
earum, & euenit nobis ſenſatio eius
cum euenerit cauſatum. &, ſi ſcimus
maiorem partem earum, prouenit
nobis exiſtimatio manifeſta de euẽ-
tu eius. &, ſi eſſet nobis ſcientia om-
nium cauſarum, eſſet nobis ſcientia
omnium cauſatorum. Niſi ꝙ orbes
ſunt multi, & habent mixtionem cũ
innouationibꝰ terreſtribus,& homo
non poteſt ſcire eas, & animæ cœlo-
rum ſciunt eas, quia reſpiciunt pri- D
mam cauſam, & conſequentia earũ,
& conſequentia conſequentium vſ-
que ad finem proceſſus. Et ideo exi-
ſtimauerunt ꝙ dormiẽs videt in ſom
no ſuo id, quod erit in futurum. &
hoc propter copulationem eius cum
tabula ſeruata, & reſpicientia eius.
&, quotienſcunq; reſpexit rem mul-
tis vicibus, remanebit hæc eadem res
in conſeruatiua eius. & aliquando
accelerat virtus imaginatiua ad im-
primẽdum eam. nam ex natura ſua
eſt imprimere res cum exemplatio-
nibus, quæ proportionatæ ſunt ali-
qua proportione, aut permutatio- E
ne ex eis ad cõtraria. & aufertur com
prehenſum verum a conſeruatiua,
& remanebit exemplatio imagina-
tionis in conſeruatiua,& indiget ali-
qua interpretatione in exemplifica-
tione imaginationis. & aliquando
exemplificat imaginatio hominem
arbori, & mulierem ornamento, &
ſeruũ amiſſioni alicuius rei domus,
& conſeruantem pecuniam amico-
rum, & proborum lumini. nam lu-
men eſt cã candelę, quę eſt cã illumi
nationis, & ſcĩa interpretationis ra-
mificatur ex hac radice. Et exiſtima-
uerũt ꝙ copulatio cũ illis aĩabꝰ dat̃, F
poſtq̃ nullũ ẽ ibi velamen. Attñ nos
hora vigiliæ incũbimus ei, ad qđ de
ueniunt ſenſus, & appetitus. & dare
operã his rebus corporalibus deuiat
nos ab eo. &, cũ auferant̃ a nobis in
ſomno aliquæ inuolutiones ſenſuũ,
apparet in eo diſpõ nr̃a copulationi.
Et exiſtimauerũt ꝙ Propheta purus
reſpicit occultũ hac via, niſi ꝙ virtus
aĩalis ꝓphetica fortificat̃ tali fortitu
dine, quę nõ offendit̃ a ſenſibꝰ mani-
feſtis. & pp hoc videt ipſe in vigilia
id quod aliud videt in ſomno. Vlte-

G rius virtus imaginatiua exemplificat ei etiam id, quod vidit, & aliquando remanet res eadem in memoria eius, & aliquando exemplificatio eius. & indiget hæc viſio expoſitione, vt indiget ſomnium illud expoſitione. &, niſi quòd omnia generabilia ſunt fixa in tabula ſeruata, nõ ſcirent Prophetæ occultum in vigilia, nec in ſomno. attamen congregari calamum in eo, quod eſt, erit in die iudicij. & diſpoſitio eius eſt hoc, quod diximus. Et hoc eſt, quod volumus præmittere, vt bene intelligatur opinio eorum.

H

AVERROES.

AIt Auer. Iam diximus quòd hæc opinio, non ſcimus aliquem dixiſſe eam, niſi Auicennam. Ratio autem eius, quam recitauit, eſt debilium propoſitionum, licet ſint rhetoricæ, & topicæ. nam ipſe ponit quòd omne operatum particulare prouenit ab habẽte animam propter imaginationem particularem de hoc operato, & motus particulares, quibus erit hoc operatũ particulare: deinde copulabimus huic propoſitioni maiori minorem, & eſt quòd cœli habent animam, ex
I quibus proueniunt operationes particulares: ſequitur ex hoc vt proueniat ex eis id, quod prouenit ab intellectis particularibus, & operationibus particularibus, ex conſyderatione particulari, quod appellatur imaginatio. & hoc non videtur in artibus tantum, ſed etiam in multis animalibus, quæ operantur operationes terminatas, ſicut eſt domus apum, & aranea, & alia. Attamen contradictio, eueniens his propoſitionibus, eſt quòd non prouenit operatio particularis ab habentibus intellectum, niſi ex eo, quòd hoc eſt imaginatum imaginatione vniuerſali, & proueniunt ex ea res particulares infinitæ. verbi gratia, artifex ꝓuenit ex eo figura theſauri ex parte imaginationis vniuerſalis, quæ non appropriatur vni theſauro præter alium. & ſic eſt in eo, quod emanat ex artibus naturaliter ab animali. & ſunt iſtę imaginationes medię inter comprehenſiones vniuerſales, & particulares, ſcilicet ſunt mediæ inter definitionem rei, & imaginationem eius ſibi propriam. Corpora autem cęleſtia ſi imaginarentur, eſſet talis quidem imaginatio, quæ eſt à natura vniuerſali, non autem imaginatio particularis tributa a ſenſibus. & impoſſibile eſt vt operationes noſtræ proueniant ab imaginatione particulari. Et ideo tenent philoſophi quòd formæ imaginatiuæ, a quibꝰ proueniunt operationes animalis determinatæ, ſunt tanquam medię inter intellecta, & formas imaginatiuas indiuiduales: ſicut forma, quam facit auis, quæ appellatur Begiath ex rapientibus, quæ eſt ſimilis ei, qua faciunt apes domus ſuas. artifex vero, qui indiget exemplificatione particulari ſenſibili, eſt is, qui nõ eſt apud eum hæc exẽplificatio imaginaria vniuerſalis: quæ quidem eſt neceſſaria in emanatione eius, quod emanat ab ea ex particularibus. & hæc imaginatio vniuerſalis eſt, quæ mittit voluntatem vniuerſalem, quę nõ tendit ad indiuiduum præter indiuiduum. voluntates vero particulares ſunt, quæ tendũt ad indiuiduũ præter indiuiduum eiuſdem ſpeciei. & hoc non reperitur in corporibus cœleſtibus. Quòd vero reperiatur

K

L

M

voluntas

A voluntas vniuerſalis rei vniuerſali, in eo quòd eſt vniuerſalis, eſt falſum. nam vniuerſale non habet eſſe extra animam, nec eſt generabile, & corruptibile. & eius diuiſio prima voluntatis ad vniuerſalem, & particularem nõ eſt vera, niſi dicatur quòd corpora cœleſtia mouentur ad partem definitionum rerum abſque eo quòd componatur definitio ex imaginatione cuiuslibet indiuiduorum repertorũ aliter, quàm eſt apud nos. Cum autem dixit quòd volũtas vl'is non prouenit ab ea particularis, eſt error, cum intelligitur per voluntatem vniuerſalem ea, quæ non appro-B priatur indiuiduo, prꝑter indiuiduũ, ſed vniuerſaliter, ſicut Rex, cum habuerit exercitus ſuos. Si vero intelligitur per voluntatẽ alligantia eius eidem rei vniuerſali, tunc non eſt alligata ei voluntas omnino, & non reperitur voluntas talis, niſi modo, quem diximus. Igitur corpora cœleſtia, ſi declaratum fuerit de eis ꝙ intelligunt ea, quæ ſunt hic, ex eo quòd imaginantur, hoc eſt ex parte imaginationũ vniuerſalium, quæ ſequuntur a definitionibus, non autem ex parte imaginationum parti-C cularium, quæ ſequuntur a ſenſationibus. Et quod magis videtur eſt quòd hoc non erit, niſi ex imaginatione particulari: & præcipue cum dicitur quòd quicquid prouenit ex eis hic, prouenit ſecunda intentione apud opinionem hominum, ꝙ ipſa intelligant ſeipſa, & intelligant ea, quæ ſunt hic. ſi vero intelligunt ea, quæ ſunt hic, ita quòd ſint diuerſa a ſeipſis, eſt conſyderatio, de qua ſpeculabitur in locis proprijs. demum, ſi ſciunt, nomen quidem ſcientiæ dicitur de ſcientia eorum,

& ſcientia noſtra æquiuoce. Quod D autem dixit in hoc capitulo de cauſis viſionis, & propheti̧, eſt quid, cui ſolus Auicenna aſſentit. ſed opiniones Antiquorum in hoc ſunt diuerſæ ab hac opinione. nam eſſe ſcientiam de indiuiduis infinitis in actu, ex eo quòd eſt ſcientia indiuidualis, eſt quid impoſſibile. & intelligo per ſcientiam indiuidualem comprehenſionem, quæ dicitur imaginatio. Et non eſt ponenda diſputatio de prophetia, & viſione in hoc loco, niſi procedatur in hoc ad immẽſam quȩſtionem: & eſt operatio ſophiſtica, non autem topica. Attamen hoc, E quod dixi de imaginatione corporum cœleſtium, quòd ſunt imaginationes medi̧ inter imaginationes particulares, & vniuerſales, eſt ſermo ſatisfaciens. ſed quod ſequitur ex radicibus philoſophorum eſt ꝙ corpora cœleſtia non imaginantur omnino. quoniam iſtæ imaginationes vt diximus, ſunt propter conſeruationem, ſiue ſint vniuerſales, ſiue particulares. & ſunt etiam ex neceſſitate conſyderationis noſtri intellectus. & ideo conſyderatio noſtra eſt generabilis, & corruptibilis. igitur neceſſe eſt, vt non copuletur ima-F ginationi, & non ſuſtentetur ea modo aliquo. quare hæc apprehenſio non erit vniuerſalis, nec particularis: ſed vniuntur ibi ambæ ſcientiæ neceſſario, ſcilicet vniuerſalis, & particularis: & differunt hic ex parte materierum propter hoc. & hoc modo eſt ſciẽtia de occulto, & prophetia, & ſimilibus, & hoc declarabitur perfecte in loco proprio.

G ALGAZEL.

AIt Algazel. Et reſponſio eſt vt dicatur, quare negatis dicenti, quòd Propheta ſcit futura notificatione à Deo proueniente, aut ab Angelo angelorum, & non indigemus aliquo eorum, quæ narrauiſtis, nec ratione in hoc. & nulla eſt vobis ratio de deſcenſu legis in tabulam, & calamum. nam habentes legem non intelligunt per tabulam, & calamum hoc deciſiue. & nõ amplectimur leges ablatione amplexus viarũ intellectuum. Et quod dixiſtis, licet conceſſerimus poſſibi-

H litatem eius, quotienſcunque non conditionatur ablatio finis ab iſtis ſcitis, non ſcitur de eo eſſe, & non verificatur eſſe eius. Via vero in hoc eſt vt ſciatur a lege, non autem ab intellectu. Quod autem vos dicitis de ratione intellectuali primo, ædificatur ſuper multas propoſitiones, quarum deſtructionem non narrabimus, ſed tantummodo contradicimus tribꝰ propoſitionibus. Quarum prima eſt, cum dicitis motum cœli eſſe voluntarium, & iam contradiximus huic diſputationi, & adduximus deſtructionem rationum

I eorum in ea. Secunda eſt, ſi hoc concedatur vobis abuſiue, tunc, cum dicitis quòd indiget imaginatione particulari in motibus particularibus, eſt quid, quod non conceditur. ſed non eſt diſtinctio apud eos ibi de corpore, quia eſt quid vnum: diuiditur tamen exiſtimatione, non autem motu, & eſt vnum continuatione. quomodo ergo cœli deſyderabunt complere loca poſſibilia eis? vt vos dicitis, & ſufficit eis imaginatio vniuerſalis, & voluntas vniuerſalis. & dabimus exemplum de vo-

luntate vniuerſali, & particulari, vt K bene intelligatur intentio eorum. Cum autem fuerit homini intentio exempli gratia ad faciendum feſtiuitatem in templo Dei, ex hac quidem voluntate vniuerſali non emanat motus: nam motus eſt particularis in partem deputatam, & menſura deputata. ſed non deficit fieri in homine, cum reſpicit templum imaginatione poſt imaginationem ad locum, in quo deambulat, & parte, in qua deambulat & ſequitur omnis imaginatio particularis, & voluntas particularis ad motum pręter ſubiectum, quod prouenit ei ex motu. L

Hoc ergo eſt id, quod intelligunt per voluntatem particularem, quæ ſequitur imaginationem particularẽ. & hoc conceditur. nam partes numerantur, cum reſpicit Hieruſalem, & iter non eſt conſyderatum, & oportet cõſyderare locum præter locum, & partem præter partem ex voluntate quadam particulari. motus vero cœleſtis eſt ei vnus modus tm̃. nã rotundum in ſeipſo, & termino ſuo, id non tranſit motus, quem vult: & non eſt ibi, niſi vnum attributum, & vna ſpecies, & vnum nomen. &

eſt, ſicut deſcenſus lapidis deorſum, M quia quærit terram via propinquiori: & via propinquior eſt linea recta: & ad conſyderandum lineam rectam non indiget innouatione cauſæ innouatæ pręter naturam vniuerſalem potentem centrum cum innouatione propinquitatis, & remotionis, & peruentionis ad terminum, & exitus ab eo. Igitur ſic ſufficit iſti motui voluntas vniuerſalis ad motum, & non indiget volente. & hęc quidem propoſitio, conati ſunt verſutia quadam in præponendo eam.

Auer.

A **AVERROES.**

Ait Auer. Sermo autem Alga. & reſponſio eſt vt dicatur, quare negatis, vſq; ad, non indiget aliquo eorum, quæ dixiſtis, eſt reſponſio quidem de genere auditus, non autem de genere intellecti. & non eſt ponendum in hoc libro. Philoſophi enim ſpeculãtur de omni eo, qđ eſt in lege. &, ſi id apprehendunt, tũc ſunt ęquales ambę apprehenſiones: & hęc quidẽ erit perfectiſsima ſcientia. ſi vero id non apprehendunt, notificãt diminutionem intellectus humani in eo, & quòd comprehen-
B ditur in lege tantum. Et, cum dubitat contra eos cum expoſitione tabulæ, & calami eſt quid extra hanc diſputationem, nec etiam eſt ponendum hic. & hęc expoſitio de ſcientia occulti ipſius Auic. nihil eſt. Contradictio vero intellectualis, quam adduxit de mente Auic. in hoc, eſt contradictio vera. nam cœlum non habet motum extra animam particularẽ inceſſu particulari, ita ꝙ hoc determinabit ꝙ ſit ei imaginatio. habens enim animam, quod mouetur extra animam motibus particularibus in locis particularib⁹, habet pro-
C culdubio imaginationem de eis, ad quæ mouetur, & de illis motibus, cũ fuerint illa itinera non comprehenſa ab eo viſu. circulare vero, vt dixit, mouetur ex eo ꝙ eſt circulare vno motu, licet ſequantur illum motum vnum motus multi diuerſi particulares, ad id, quod eſt ſub eo ex entibus. nam nõ eſt intentio orbium de illis particularibus, niſi conſeruare ſpecies tantum, quarum illa particularia ſunt particularia, non autem eſſe cuiuſcunq; particularis illorum particularium, in eo quòd eſt particulare. quoniam, ſi hoc eſſet, ne- D
ceſſe eſt vt cœlum proculdubio imaginaretur, eſt tamen ſpeculatio de particularibus, quæ fiunt ex eis, an ſint intenta ad ſeipſ[illegible]s, aut ad conſeruationem ſpeciei tantum. & impoſſibile eſt, vt hoc declaretur in hoc loco, ſed videtur quòd eſt hic prouidentia proculdubio de particularibus ex parte ſomniorum veridicorum, & ſimilium ex pronoſticis futurorum, quæ quidem in rei veritate eſt prouidentia in ſpecie.

**ALGAZEL.**

Ait Alga. Propoſitio tertia, & ex aſtutia nimis abſurda eſt, cum E
dicunt ꝙ, cum conſyderantur motus particulares, cõſyderantur etiam cõſequentia eorũ, & prouenientia ex eis, & hæc eſt ſtultitia abſoluta. & eſt ſicut dictum dicentis quòd, cum homo mouetur, & ſcit motum ſuũ, oportet vt ſciat quod ſequit̃ ex motu ſuo de oppoſitione, & vicinitate. & eſt proportio eius ad corpora, quę ſunt ſupra, & ſub eo, & ex lateribus. &, cum ipſe deambulat in Sole, oportet vt ſciat loca, in quæ cadit vmbra eius, & loca, in quę nõ cadit: & quod euenit ex frigore ab vmbra ſua, cum abſcindatur radius in illis locis: & F
quod euenit ex cõſtrictione partib⁹ terrę ſub plantis pedum ſuorum: & quod euenit de ſeparatione in eis: & quod euenit humoribus ſuis in ventre de mutatione ex cauſa motus ad caliditatem: & in quo membro ſuperabundauit caliditas, ita ꝙ quaſi corrumpit complexionem eius: & in quo membro rectificauit id, quod frigidum antea quaſi corrupit: & in quo loco rectificauit: & etiam quicquid fecit in his membris de humiditate & ſiccitate: & quod

ſequitur

G ſequitur ex eis de oppilatione, aut putrefactione: & quod ſequitur ex hoc de mutatione pulſus, & demum de mutationibus partium corporis ad ſanitatem, ſeu ad ægritudinem: & quod mutatur in partibus eis ad ſudorem, aut ad aliam humiditatem. & ſic ſequitur in omnibus innouationib⁹ in corpore eius, aut extra corp⁹ de eo, cuius motus eſt cauſa, aut conditio, aut præparans, & eſt ſtultitia, quam non imaginatur intelligens, & nõ cadit in eam niſi ſtultus. Et ad hoc quidem deuenit hæc verſutia, adeo quòd nos dicimus de
H iſtis particularibus diuerſis ſcitis in anima orbis, vtrum reperiantur in pręſentiarum, aut denominatur eis, id quod venturum eſt in futurum? Si intelligitis id, quod reperitur in præſentiarum, eſt falſum quòd reſpiciat occultum. & Prophetæ quidem percipiunt in vigilia, alij vero homines in ſomno id, quod futurum eſt eo mediante. Vlterius deſtruitur iudicium rationis, quia eſt verſutia. nam qui ſcit rem, ſcit conſequentia eius, & proſequentia: ita quòd, ſi ſciremus omnes cauſas rerum, ſciremus omnes innouationes futuras:
I & tamen cauſę omnium innouationum, quæ reperiuntur in pręſentiarum ſunt motus cœleſtes: ſed determinamus cauſam in eis, aut duobus mediantibus, aut multis mediantibus: & cum tranſierit ad futurum, non erit ei finis. quæro quomodo ſcietur differentia particularium in futurum in infinitum? & quomodo congregantur in anima creaturæ in vno tempore, abſque eo quòd proueniant vnum poſt aliud ſcientiæ particulares diſtinctæ infinitæ, & vnitates eorum ſunt infinitę. & is, cuius intellectus non teſtatur K
de huius rei falſitate, non confidat ingenio ſuo. Si vero conuertent ſupra nos hoc in ſcientia Dei glo. tunc dicimus nõ eſt alliganda ſciẽtia Dei glo. caſui de ſcitis ſuis modo, quo alligantur ſcientiæ creaturarum: ſed quotienſcunq; ſcita fuerit anima orbis ab anima hominis, eſſet ſpeciei animæ humanæ. nam communicatur ei in eo, ꝙ comprehendit particularia mediate, & licet non apprehendat hoc deciſiue, erit tamen prædominiũ exiſtimationi ꝙ ſit ex ſpeciebus eius. ſi vero non prædominatum fuerit, tunc eſt poſſibile: & poſ- L
ſibile deſtruit determinationem eorum in eo, quod determinauerunt. Si autem dixerit ꝙ mos ipſius animę humanæ eſt vt apprehendat etiã omnia, tamen occupatio eius eſt in inuolutionibus appetitus, iræ, & odij, & timoris, & doloris, demum accidentium corporis, & in eo, quod faciunt peruenire ad eam ſenſus, adeo ꝙ, cum proceſſerit anima humana in aliqua re, occupatur ab alia: ſed animæ cœleſtes mundæ his attributis, non euenit eis inuolutio, & non impedit eas cogitatio, & dolor, & ſenſatio: ergo ſciunt omnia. Dicimus M
vnde ſcitis ꝙ non ſit eis occupatio? nõne ſeruitus earum, & deſyderium earum ad primũ impedit eas, & præbet eis inuolutionem, quin conſyderẽt particularia diuerſa? aut quid reddit falſum quin conſyderemus aliud prohibẽs præter iram, & appetitum, & hæc prohibentia ſenſibilia? & vnde ſcitur ꝙ includantur in eo, quod videmus de anima noſtra, & tamen intellectui ſunt occupãtes ex magnitudine animæ, & petẽdo dominium id, quod non poteſt imaginari apud infan-

A infantes, & non exiſtimant eas eſſe occupantes, & prohibentes? & vnde ſcitur falſitas eius, quod eſt loco earum in animalibus cęleſtibus? & hoc eſt, quod voluimus narrare in ſciẽtiis, appellatis apud eos Diuinis.

AVERROES.

Ait Auer. Quod aũt negat, quin ſit hic intellectus ſeparatus à materia, intelligens quidem res per conſequentia earum eſſentialia modo vniuerſalitatis eorum, non eſt impoſſibilitas eius ex rebus per ſe notis, nec etiam neceſſitas eſſe eius eſt ex B rebus per ſe notis: ſed homines, ſcilicet Philoſophi exiſtimant ꝙ iam facta eſt demonſtratio apud eos, ꝙ reperiatur intellectus talis. Quòd vero reperiantur imaginationes infinitę eſt impoſſibile vnicuiq; particulari hoc imaginari. Attamen ꝙ reperiatur infinitum in ſcientia antiqua, & quomodo erit ſcientia de particularibus, quę fient in futurum homini ex parte ſcientiæ antiquæ, eſt id, in quo dicunt homines ꝙ apud eos eſt declaratio. nam anima intelligit de hac re vniuerſale, quod eſt in intellectu, nõ autem particulare, quod C appropriatur tempori tali, & indiuidua nota apud eos. anima enim eſt in potentia omnia entia: & id, quod eſt in potẽtia, exit in actum, aut propter res ſenſibiles, aut propter naturam intellectus præcedentis ſenſibilia in eſſe, ſcilicet intellectus, propter quem erunt entia ſenſibilia intelligibilia, & certe quidem non ex eo ꝙ ſunt in hac ſcientia imaginationes indiuiduorum infinitorum. demum exiſtimãt quòd iam vniuntur ambæ ſcientiæ, vniuerſalis, & particularis in ſubſtantia ſeparata à materia. &, cum ipſa influit hanc ſcientiam ei, D quod eſt hic, diuiditur ad vniuerſalem, & particularem. & non eſt hæc ſcientia vniuerſalis, nec particularis. & hoc quidem, ſiue contrarium eius non poteſt declarari in hoc loco. loqui enim de his rebꝰ in hoc loco eſt, ſicut qs acceperit propoſitiones Geometricas, quæ non habent famoſitatem, & faciet cum eis verificationem, non autem ſatisfactionem primo aſpectu, & miſcebit vnam cum alia, ſcilicet dubitabit cum vna alteri. nam hoc eſt ex debilibus ſpeciebꝰ loquelę, & vilioribus, quoniam non erit in hoc verificatio demonſtratiua, E ſeu rethorica. Et ſic etiam ſcientia de differentiis, quę ſunt inter animas cęli, & animam humanam, ſunt quęſita profunda. & qui loquitur de aliquo eorũ extra locum ſuum, aut erit ſermo eius de eis extraneus, aut rhetoricus, & primo aſpectu, ſcilicet propoſitionum poſſibilium: ſicut dicunt quòd potentia iraſcibilis, & cõcupiſcibilis prohibent animam humanam ab apprehenſione eius, cuius apprehenſio eſt propria animæ. nam iſti ſermones, & ſimiles, apparet de eis quòd ſunt poſſibiles, & oportet afferre rationem eis, & di- F riguntur ad eos multæ poſſibilitates oppoſitę. Et hic finis imponitur ei, quod decreuimus narrare de notificatione ſermonum, qui ſunt in hoc libro in diſputationibus Metaphyſicis: & eſt maior pars huius libri.

& deinde loquemur de diſputationibus Phyſicis, ſi Deus glo. voluerit.

✠

# IN PHYSICIS.

## DISPVTATIO PRIMA.

### De iudicio eorum, quòd hæc copulatio, quæ apparet in eſſe inter cauſas & cauſata, eſt copulatio, quæ conſequitur neceſſario.

ALGAZEL.

AIT Alga. Ea autē,
ad quæ eſt intentio
in naturalibus, ſunt
H multæ ſcientiæ. &
narrauimꝰ partes ea-
rum, ad notifican-
dum ꝙ lex non neceſſitat, nec aſtrin-
git vt contradicatur eis, & negentur
niſi in locis, quæ narrabimus. Et di-
uiduntur profectò in radices, & ra-
mos. Radices autem ſunt octo par-
tes. quarum Prima eſt, in qua narra-
bitur id, quod euenit corpori, in eo
ꝙ eſt corpus, ſicut eſt diuiſio, & mo-
tus, & mutatio, & id, quod euenit
motui, & ſequitur ei, vt tẽpus, & va-
cuum. & id includit liber, appella-
tus Liber Phyſicorum. Secunda eſt
I notificatio diſpoſitionū partium ele
mentorum cū orbibus, & eius, quod
eſt in concauo orbis Lunæ ex ele-
mentis quatuor, & naturis eorum,
& cauſa appropriationis vniuſcuiuſ-
que eorum in loco tali demonſtra-
to. & id includit Liber, appellatus de
Cœlo, & Mundo. Tertia, notifican-
tur in ea diſpoſitiones generationis,
& corruptionis, & geniture, & cre-
menti, & mutationis, & qualitatis
perfectionis ſpecierum cum corru-
ptione indiuiduorum ex duobꝰ mo
tibus cœleſtibus, orientali, & occi-
dentali. & id includit Liber appella-
tus de Generatione, & Corruptione.
Quarta ſpeculatur ea de rebus eue-
nientibus quatuor elementis ex mi-
ſtionibus, ex quibus fiunt impreſ-
ſione ſuperioris, vt nubes, & pluuiæ, L
& tonitrua, & lampades, & circulus
circa Lunam, & iris, & coruſcatio-
nes, & venti, & terræmotus. & id in-
cludit Liber Meteororum appella-
tus. Quinta ſpeculatur ea de mine-
ralibus. Sexta ſpeculatur ea de plan-
tis. Septima ſpeculatur ea de anima-
libus. & eſt Liber dictus de Naturis
animalium. Octaua ſpeculatur ea
de animabus animalium, & virtu-
tibus apprehenſiuis, & quòd homi-
ni inſit anima, quæ non moritur ad
mortem hominis, ideſt quòd ſub-
ſtantia ſpiritualis finiatur. quod eſt
falſum. Earum autem rami ſunt ſe- M
ptem. quorum Primus eſt Medici-
na. cuius intentio eſt ſcire principia
corporis humani, & diſpoſitiones
eius ex ſanitate, & ægritudine, &
cauſis, & ſignis earum ad hoc vt ęgri
tudo remoueatur, & tunc conſerua-
tur ſanitas. Secundus eſt Iudicium
ſtellarum: & eſt conſyderatio faciẽs
iudicium ex figuris planetarum de
eo, quod euenit ex rebus mundi, &
tempore, & filiis, & cremento, & ęta-
tibus. Tertius eſt ſcientia Phyſiono-
miæ: & eſt faciens iudicium ex figu-

A ra, & diſpoſitione eius de moribus. Quartus eſt Interpretatio ſomniorum: & eſt faciens iudicium ex eo, quod eſt ſimile de impreſſione alterius. Quintus eſt ſciētia imaginum: & eſt copulatio virtutum cœleſtium virtutibus aliquorum corporum terreſtrium, vt fiat ex hoc operatio extranea in mundo terreſtri. Sextus eſt ſcientia Pręſtigiationis: & eſt miſtio virtutum corporum terreſtrium, vt fiant ex eis res extraneæ. Septimus eſt ars Alchimiæ: & intentio eius eſt permutare ſubſtantias minerales ad perueniēdum ad purificationem B auri, & argenti, aut in aliqua ſpecie apparentiæ. Lex autem nō aſtringit vt contradicatur eis in aliqua re harum ſciētiarum. nos vero diſputabimus contra Philoſophos ex omnibꝰ iſtis ſciētiis quatuor diſputationibꝰ.

AVERROES.

AIt Auer. Id autem, quod numerauit de octo generibꝰ ſcientiæ Naturalis eſt verum ſm opinionem Ariſto. Attamen ſcientiæ, quas numerauit, ꝙ ſint rami earum, non ſunt ſic, ſicut ipſe numerauit. Nam Medicina non eſt ex ſcientia Naturali. eſt enim ars factiua, quę aſſumit principia ſua à ſciētia Naturali. quo- C niam ſcientia Naturalis eſt ſpeculatiua: Medicina vero eſt factiua. &, cum loquimur de re cōmuni in duabus ſcientiis, erit duobus modis, vt cum loquimur de ſanitate, & ægritudine. nam habens ſcientiam Naturalem conſyderat de ſanitate, & ęgritudine, in eo ꝙ ſunt ex paſſionibus entium naturalium: Medicus vero conſyderat de eis, in eo quòd conſeruat vnam earū, & deſtruit alteram, ideſt ꝙ ipſe conſyderat de ſanitate, in eo ꝙ conſeruat eam, & ægritudine, in eo ꝙ remouet eam. Scīa autē D iudicij ſtellarum nō eſt etiam ex ea, ſed eſt ſcientia in pronoſticando id, quod fiet in mundo: & eſt ſpecies diuinationis. Et huius generis eſt etiā ſcientia Phyſionomiæ, niſi ꝙ ſcientia Phyſionomiæ eſt ſcientia rerum occultarum, quę nunc reperiuntur, non autem futurarum. Et ſcientia Interpretationis ſomniorum eſt etiā ſpecies pronoſticationis eius, quod fit. & hoc quidem genus ſcientiæ nō eſt ſpeculatiuum, nec factiuum, licet exiſtimetur ꝙ habetur vtilitas ex eo in operatione. Scientia autem Imaginum eſt falſa. quoniam impoſſibi- E le eſt, ſi poſuerimus ꝙ ſitus cœleſtis faciat impreſſionem in rebus, quæ fiunt hic, vt ſit illa impreſſio, niſi in re facta, non autem vt trāſeat illa impreſſio huius rei factæ ad aliam rem extra eam. Scientia autem Pręſtigiationis ſunt ſcientiæ, quæ ingrediuntur in capitulum mirabilium, & nō habent introitum in artibus ſpeculatiuis. Alchimia vero eſt ars, in qua eſt dubium an reperiatur. &, ſi reperitur, impoſſibile eſt vt quod fit in ea ſit ipſummet naturale. nam ars diminuitur in aſſimilando naturæ, nec peruenit ad eam in rei veritate. F &, ſi fecerit aliquid ſimile, quo ad ſenſum, rei naturali, non eſt apud nos aliquid, quod neceſſitet falſitatem, nec poſſibilitatem eius, & quòd poſſibile eſt, vt perueniamus ex eo ad hoc eſt longa experientia cum longitudine temporis. Quatuor autem diſputationes, quas numerauit Alga. nos profecto recitabimus vnāquamque earum.

ALGAZEL.

AIt Alga. Diſputatio prima eſt iudicium eorum, quòd hęc copulatio,

G pulatio, quæ videtur ineſſe inter cau
ſas, & cauſata, eſt copulatio, quæ ſe-
cuta eſt neceſſario, & non eſt in poſ-
ſe, nec poſſibilitate vnire cauſam abſ
que cauſato, nec eſſe cauſatum abſ-
que cauſa. Secunda autem, cum di-
cunt quòd animę humanę ſunt ſub
ſtantię exiſtentes in ſeipſis, & non
ſunt innatæ in corpore, & mors eſt
ceſſatio copulationis earum in cor-
pore ceſſatione regiminis, ſed ſunt
exiſtẽtes in ſeipſis omni hora. & exi-
ſtimauerũt quòd hoc eſt ſcitum de-
monſtratione intellectuali. Tertia
autem, cum dicũt quòd iſtę animæ,
H eſt falſum dicere de eis ꝙ corrumpan
tur, ſed, cum reperiantur, ſunt æter-
nę, & perpetuę, & non imaginatur
finitas durationis earum. Quarta
vero eſt, cum dicunt ꝙ iſtæ animæ
falſum eſt dicere ꝙ redeant ad corpo
ra. Sequitur autem quæſtio in Pri-
ma diſputatione, ex eo quòd ędifica
tur ſuper eam affirmatio miraculo-
rum reſcindentium conſuetudines, ſi
cut eſt conuerſio baculi in ſerpentẽ,
& viuificatio mortuorum, & quieſce
re Lunam. & ponens curſum conſue
tudinum ſemper proſequi neceſſa-
rio negat totum hoc. & exponunt
I id, quod ponit in libris Prophetarũ
de viuificatione mortuorum, & di-
xerũt quòd intelligitur per hoc, Ca-
uete ne ſitis ignari in vita ſcientiæ.
Et exponunt conuerſionem baculi
faſcinationem ex faſcinationibus in
deſtructionem rationum diuinarum
notarum apparentiũ mediante Moy
ſi cum errorib⁹ Hęreticorum. Quie-
ſcere autem Lunam aliquãdo id ne-
gauerunt, & exiſtimauerunt quòd
non eſt poſſibile. Attamen non con-
cedunt Philoſophi miracula reſcin-
dentia conſuetudines, niſi tribus re-
bus. quarum Vna eſt virtute imagi- K
natiua. nam ipſi exiſtimauerunt ꝙ
cum prędominatur, & fortificatur,
& non impediũt eam inuolutiones,
& ſenſus reſpicit in tabula ſeruata, &
imprimuntur in ea formę particula-
res, quę fiũt in futurum. & hoc qui-
dem in vigilia Prophetis, & aliis ho-
minibus in ſomno. & hoc eſt pro-
prium Prophetiæ virtute imagina-
tiua. Secunda vero eſt propria virtu
ti intellectiuæ ſpeculatiuę, & deue-
nit ad fortem extimatiuam, & eſt ce-
leritas permutãdi ex ſcito ad ſcitum.
& aliquando purificatur, cum cogi-
tans in eo, ad quod ſumitur ratio, & L
excitatur ad rationem. &, cum recor
datur ratione, excitatur habens ra-
tionem ex ſeipſo. demum, cum oc-
currit ei terminus medius, excitatur
ad concluſionem. &, cum fuerit in
intellectu ſuo terminus cõcluſionis,
peruenit ad mentem ſuam terminus
medius congregans extremitates cõ-
cluſionis. Et homines profecto dif-
ferunt in hoc. Nam ſunt aliqui, qui
mouentur ex ſeipſis: & ſunt aliqui,
qui mouentur pauca excitatione: &
ſunt aliqui, qui non comprehendũt
cum excitatione, niſi diminutione
magna. &, quemadmodum poſſibi- M
le eſt, vt eueniat vltima diminutio
non habenti ſenſationem omnino,
ita quòd non mouetur ad intelligen
dum intelligibilia cum excitatione,
ſic etiam poteſt euenire vltima forti-
tudo, & additio, vt excitetur ad om-
nia intelligibilia, aut ad plurima eo-
rum, & tempore breuiori. & differt
hoc quantitate in omnibus quæſitis,
aut aliquibus, & etiam qualitate,
ita quòd differt celeritate, & propin-
quitate. & forte reperietur propin-
quitas animę ſanctę puræ, quę tran-
ſit

A ſit in ſenſatione in omnibus intelligibilibus ad ſcientiam, & celerrimo tempore; & eſt Propheta, qui habet mirabilem virtutem ſpeculatiuam, & non indiget in intelligibilibus docente, ſed quaſi ipſe addiſcit ex ſeipſo. & eſt is, qui denominatur quòd quaſi illuminatur lumen eius, licet non tangat id ignis: & eſt lumen prę cęteris luminibus. Tertia vero eſt virtus animalis factiua, quę peruenit ad terminum, quo diſponuntur naturę, & obediunt ei. Et exemplum eius. nam anima alicuius noſtri, exempli gratia, cum imaginatur aliquid, inſeruiunt ei membra corporis, & virtutes, quę ſunt in ea, & mouetur ad partem imaginatam quęſitam, ita quòd, cum imaginatur aliqd ſuauis ſaporis, reſoluuntur gengiuę, & excitatur virtus reſoluens humiditatem ſpermaticam à loco ſuo. &, cum imaginatur coitum, excitatur virtus, & induratur inſtrumentum. etiam, cum deambulauerit ſuper corpus longum extenſum in vacuo, & ſuper trabem, cuius extrema ſunt in duobus parietibus, fit fortiter imaginatio eius quòd cadat, & patitur corpus hac imaginatione, & cadit. &, ſi hoc eſſet ſuper terram, deambularet ſuper eam celeriter, & non caderet, quoniam corpus, & virtutes corporales createę ſunt ad ſeruiendum, & obediendum animalibus. & differt hoc diuerſitate puritatis animarum, & fortitudinis earum. Et non eſt inconueniens, vt perueniat virtus fortitudinis animę ad terminum, quo inſeruiat ei natura neceſſario, & abſque corpore. nam anima eius nõ eſt innata in corpore, niſi quòd habet aliquam excitationem, & deſyderiũ ad regimen eius. & creatum fuit hoc in radice creationis eius. &, quemadmodum oportet, vt ſeruiant ei membra ſui corporis, ſic non eſt impoſſibile quin ſeruiat ei aliquid pręter corpus, adeo quòd conſyderabit, & perueniet anima eius ad flatum venti, aut deſcenſum pluuiæ, aut innouationem toni, aut terræmotuum, & profundat homines. & hoc quidem peruenit ad frigus venturum, aut calidum, aut motum in aere: & fit ex anima eius hæc caliditas, aut frigiditas. & fiunt ex ea hęc abſque cauſa naturali manifeſta. & erit hoc miraculum: licet hoc eueniat aeri diſpoſito ad recipiendum. ſed non peruenit ad hoc vt conuertatur lignum in animal, aut reſcindatur Luna, quæ non recipit reſciſſionem, & extenſionem. hæc eſt opinio eorum de miraculis. Nos vero nõ negamus, quòd ſit aliquid eius, quod dixerunt, & quòd hoc ſit Prophetis: negamus tamen ſufficientiam eorum in eis tantum, & negationem eorum conuerſionis baculi in ſerpentem, & viuificationis mortuorum, & alia. igitur neceſſe eſt vt diſputemus in hac diſputatione ad affirmandum miracula, & aliud: & eſt ad conſeruandum id, ad quod peruenerunt perfecti: & eſt ꝙ Deus omnia poteſt. & diſputabimus in hoc intento.

### AVERROES.

Ait Auer. Loqui autem de miraculis, Antiqui philoſophorum non fecerunt de eo ſermonem. quoniam hoc eſt apud eos ex rebus, de quibus non ſunt ponendæ quæſtiones diſcutiendæ. nam ſunt principia legum: & qui ſpeculatur de eis, & dubitat de ipſis oportet condemnari

G demnari apud eos, quemadmodum qui ſpeculatur de aliis principiis legis vniuerſalibus. ſicut, ſi Deus glo. reperitur: & ſi ſummum bonum reperiatur: & ſi virtutes reperiantur, in quorum eſſe non dubitatur, & qualitas eſſe eorum eſt quid diuinũ abſtractum ab apprehenſione intellectus humani. & cauſa huius eſt, q̃m hæc ſunt principia eorum, quæ operantur quibus homo erit religioſus. & non eſt modus ad perueniendum ad ſcientiam, niſi poſtquàm peruenerit ad religionem. & oportet vt nõ ſe intromittat ad ſpeculandum de
H principiis, quæ faciunt dignitatem, antequàm perueniat ad dignitatem. Et, cum artes ſcientificæ non perficiãtur, niſi procemiis, & preambulis, quæ primo recipiet addiſcens, quanto magis hoc debet eſſe in rebus, quę operãtur. Quod autem dixit de cauſis huius nomine Philoſophorũ eſt ſermo, quem neſcio aliquem dixiſſe, niſi Auicen. Attamen, cum verificatum fuerit ipſum eſſe, & poſſibile ſit vt mutetur corpus ab eo, quod non eſt corpus, nec potentia in corpore abſq; mutatione eius, tunc id, quod dedit de cauſa eius eſt poſſibi-
I le. tamen non omne, quod eſt poſſibile, in natura ſua poteſt homo id facere. nam poſſibile homini eſt ſcitum, & plurima poſſibilium ex ſeipſis ſunt impoſſibilia ei. Igitur veritas quòd Propheta ſcindat conſuetudines eſt impoſſibilis homini, eſt tamen poſſibilis in ſe. & non oportet in hoc vt ponatur quòd res impoſſibiles in intellectu ſint poſſibiles Prophetis. Et, cum bene conſyderaueris in miraculis, quorum eſſe verificatum eſt, inuenies ea eſſe huius generis. & quod magis manifeſtum eſt ex eis in hoc eſt Liber Dei omnipo- K
tentis, qui non deſtruit conſuetudinem per viam auditus, ſed probatum eſt eſſe miraculum ſenſu, & cõſyderatione omnibus hominibus repertis, & qui reperientur vſque ad diem iudicij. & in hoc ſunt hæc miracula nobiliora cæteris miraculis. & ſufficiat hoc ei, qui non contentatur tacere in hac diſputatiõe, & ſciat quòd via electorum in verificatione Prophetarum eſt alia via, ad quam excitauit nos Auicen. in multis locis, & eſt operatio, proueniens ab attributo, quo Propheta appellatur
Propheta: quæ eſt notificatio occulti, & poſitio legum conuenientium L
veritati, & facientium adipiſci ex operationibus id, quod eſt ſummum bonum omnis creaturæ. Id vero, quod recitauit de prophetia ex Philoſophis, neſcio aliquem dixiſſe hoc, niſi Auicen. Attamen quod dicunt Antiqui de prophetia, & viſione, eſt ꝙ ſit ab ipſo Deo glo. mediante aliquo ente ſpirituali, quod non eſt corpus, & eſt tribuens intellectum humanũ apud eos: & eſt id, quod appellant Moderni intellectum agentem: & appellatur in lege Angelus. & reuertamur ad id, quod dixit de his M
quatuor diſputationibus.

ALGAZEL.

AIt Alga. Copulatio autem inter id, quod reputatur ad modum cauſæ, & id, quod reputatur cauſatum, non eſt neceſſaria apud nos. ſed omnia duo, quorum hoc non eſt illud, nec illud hoc, & affirmatio vnius nõ includit affirmationem alterius, nec negatio vnius includit negationem alterius, non eſt ex neceſſitate eſſe vnius eſſe alterius, nec ex neceſſitate priuationis vnius, vt priuetur

A uetur alterũ, ſicut eſt ebrietas & potus, ſaturatio & comeſtio, combuſtio & tactus ignis, lumen & eleuatio Solis, mors & diuiſio colli, potus medicinę & fluxus ventris, & aſſumptio ſolutiui, & ſic ſeqmur ad oĩa, quæ videntur ex copulatis in Medicina, & iudiciis ſtellarũ, & artibus, & dictionibus, quorum copulatio nõ pręceſſit, & eſt in poſſe Dei glo. creare ea ęqualr̃, non ꝙ ſit neceſſariũ ex ſe, nõ recipiens quidẽ diminutionẽ, ſed ex poſſe, & in poſſe eius ẽ creare ſaturationem abſque comeſtione, & creare mortẽ abſq; ſectione colli, & B facere continuationem vitę cum ſectione colli, & ſic ſequitur in oĩbus copulatis. & Philoſophi quidem negauerunt poſſibilitatem eius, & rõcinati ſũt de falſitate eius. Et cõſyderatio de his rebus, quę excipiuntur ab vniuerſali eſſet longa. attamen exẽplificabimus in hoc cũ vno exẽplo, & eſt cõbuſtio in ſtuppa exẽpli grã cum tactu ignis. quia nos concedimus eſſe tactum inter ea abſq; cõbuſtione, & concedimus fieri cõuerſionem ſtuppę cõbuſtę in cinerẽ abſq; tactu ignis. ipſi tñ negant poſſibilitatẽ huius.

C Et ſermoni quidẽ in hac diſputatione ſunt tria loca. Quorũ Primꝰ eſt vt dicat aduerſariꝰ ꝙ agẽs cõbuſtionis eſt ignis tm̃, & eſt agẽs naturalr̃, nõ aũt electiue: igitur impoſſibile eſt ei vt recedat ab eo, qđ eſt ei connaturale, cũ tetigerit ſubiectum recipiens. Et hoc quidem nos negamus, ſed dicimus ꝙ agens combuſtionis creauit nigredinẽ in ſtuppa, & ſeparationem in partibus eius, & poſuit eam combuſtam, & cinerẽ, & eſt Deus glo. mediantibus Angelis, aut immediate: ignis vero eſt quid inaĩatum, nõ hñs quidẽ operationẽ, quero quæ eſt rõ ꝙ ipſe ſit agens? & nõ hñt rõnem niſi teſtimonium aduentus combuſtionis cum tactu ignis. ſed teſtimoniũ ĩdicat ꝙ aduenit cum eo, & nõ indicat ꝙ aduenit ex eo, & ꝙ non ſit cã alia præter eum. nam nulla eſt dr̃ia in eo, ꝙ copulatio ſpũs virtutibus apprehenſiuis, & motiuis ĩ ſpermate aĩalis nõ gñetur ex naturis incluſis in calido, frigido, humido, & ſicco, & in eo, ꝙ pater efficiat embrionẽ caſu ſpermatis, nec ipſe efficit vitã eius, & viſũ, & auditum, & alia, quę ſunt in eo, & patet ꝙ ſunt in eo, & tñ nemo dicit E ꝙ ſunt ex eo, ſed eſſe eorũ eſt ex parte primi, aut ĩmediate, aut mediãtibus Angelis deputatis his rebus, quę fiunt & hoc eſt, qđ determinãt Philoſophi, dicentes ꝙ in hoc mundo ẽ efficiens. & ſermo eſt cũ eis. Igitur declaratum eſt ꝙ eſſe cum re, nõ indicat ꝙ ſit ex ea: attamen declarabitur hoc exẽplo. Et eſt, qui natus eſt cæcus, ex eo ꝙ in oculis ſuis eſt velamẽ nebulę, & nõ audierit ab hoĩbus drĩam inter diem & noctem, ſi quidem remoueretur nebula ab oculis ĩ die, ꝙ aperiret palpebras ſuas, & viderit colores, exiſtimabit ꝙ cõprehenſio habita per oculos ſuos de pictura colorum, agens eius eſt apertio viſus: & quotienſcunq; fuerit viſus eius ſanus, & apertus, & velamẽ ablatum, & hõ obiectum coloratũ, neceſſe eſt proculdubio vt videat: & non intelligit ꝙ nõ videt, vſquequo occiderit Sol, & obſcuratꝰ fuerit aer, & tunc ſciet ꝙ lumen Solis eſt cauſa impreſſionis colorũ viſui ſuo: quæro vñ credimus iudicio ꝙ ſint principiis eſſe cauſæ, ex quibus influuntur hæ innouationes cum tactu inter eas, niſi ꝙ ſunt permanentes: &

G nō ſunt corpora mobilia vt deficiāt: &,ſi deficerent comprehenderemus ſeparationem, & cōſyderauimus ꝙ ſit ibi cauſa poſt illam, quam vidimus. & hoc non poteſt euitari ab eo ſm rationem radicū eorum. & ideo determinauerunt verificantes eorū ꝙ iſta accidētia, & innouationes, q̄ proueniunt cū tactu corporū, & demum cum diuerſitate proportionis earum, influant à datore formarū, & eſt Angelus, aut Angeli, adeo ꝙ dixerūt ꝙ impreſſio formarum colorum oculo prouenit ex parte datoris formarum: ortus autem Solis, & pupilla ſana, & corpus coloratum H præparant ſubiectum ad recipiendū has formas, & affirmauerunt hoc oī innouato. & hoc quidem deſtruit rationē eius, qui ratiocinatur ꝙ ignis ſit efficiens combuſtionis, & panis efficiens ſaturationis, & ſolutiuum efficiens ſanitatis, & ſic aliæ cauſæ, & cauſata.

AVERROES.

Ait Auer. Negare autem cauſas efficiētes, quas videmus in ſenſibilibus, eſt ſermo ſophiſticus. & loquens in hoc, aut cū lingua ſua negat id, quod eſt in corde ſuo, aut ſequitur inuolutionem ſophiſticam, I quæ ſibi euenit in hoc. & qui aufert hoc, nonne poterit ſcire ꝙ oīs actio impoſſibile eſt quin fiat abſq; agente? Attamen ſi iſtę cauſæ ſufficiūt ex ſe operationibus prouenientibus ex eis, aut perficiēt operationes ſuas ex cauſa extrinſeca ſeparata, aut non ſeparata, eſt quid nō per ſe notum, & indiget inquiſitione, & cōſyderatione magna. Et, ſi inuenerunt hoc dubium in cauſis agentibus, in quibus apparet ſēſu ꝙ aliquę agāt aliquas, ex eo ꝙ eſt hic ex agentibus, quorū agens non apparet ſenſu, hoc quidē K non eſt verum. nam illa, quorū cauſę non apparent ſenſu, ſunt intelligibilia, & quæſita, ex eō ꝙ nō habētur ſenſu cauſę eorum. Si vero fuerint illa, quorū cāę nō apparēt ſenſu, ignota naturalr̄, & quęſita, tunc id, quod nō eſt ignotū, ſunt cāæ eius ſenſibiles neceſſario. & hoc eſt de actione eius, qui non diuidit inter nōtū per ſe, & ignotū. igr̄ quod adduxit ī hoc capitulo eſt ſophiſticum. Vlterius quid dicent de cauſis eſſentialibus, ſine quarū cognitione nō intelligit ens. nam notum eſt per ſe ꝙ in reb9 ſunt ſubſtantię, & attributa, quæ de L terminauerūt operationes proprias cuilibet enti. & ſunt ea, propter quę differunt ſubſtantię rerum, & nomina, & definitiones earū. &, ſi non eſſet cuilibet enti operatio ſibi ꝓpria, non eſſet ei natura ſibi propria. &, ſi non eſſet ei natura ſibi propria, non eſſet ei nomen ſibi proprium, nec definitio: & eſſent oīa eadem, & nō eadem. nam de eodem interrogaretur an ſit ei operatio vna ſibi propria, ſiue paſſio, ſiue propria, aut nō habet operationem. &, ſi habet operatiōnē ſibi propriā, igitur hic ſunt operationes propriæ prouenientes à naturis propriis. &, ſi non habebit vnā M operationem ſibi propriam, igr̄ vnū non eſt vnū. &, cùm aufertur natura vnius, aufertur nā entis. &, cùm aufertur natura entis, ſequitur priuatio. Attamen operationes prouenientes à quolibet ente neceſſariæ actionis in eo, cuius nā eſt vt agat, an ſunt electiue, aut poſſes vt plurimū, aut eſt eis vtrunq; ſimul, eſt quæſitū, ī quo dēt fieri ſpeculatio. nā actio & paſſio vna inter quælibet duo entia ex entibus eſt propter aliquā relationem

A lationem relationum infinitarum: & iam datur relatio ſequens relationem: quare non decidemus de igne, ſi approximatus fuerit corpori ſentienti ꝙ agat proculdubio. qm̄ non eſt inconueniens, quin ſit ens, cui ſit ad corpus ſentiens relatio, quę relatio impediet operationem ignis, vt dicitur de lapide balnei, & aliis. hoc tn̄ nõ faciet neceſſario negationẽ ignis ab attributo combuſtionis, quotiéſcunque perſeuerabit eſſe ei nomen ignis, & definitio eius. Quòd vero entia, quę fiunt, habeât quatuor cauſas, agens, materiam, formam, & finem, eſt notum per ſe. & ſic etiã eas B eſſe neceſſarias in eſſe cauſatorum: & pcipue illas, quæ ſunt pars rei cauſatæ, ſcilicet quam appellant aliqui materiam, & aliqui conditionem, & ſubiectum, & aliqui formam, & aliqui attributum animale. Loquẽtes autem confitentur ꝙ ſunt hic conditiones, quæ ſunt neceſſariæ in conditionato, ſicut id, quod dicunt, ꝙ vita ſit conditio in ſcientia: & ſic confitẽtur ꝙ rebus ſunt verificatio, & definitiones, & ſunt neceſſariæ in eſſe entis: quare perſeuerant iudicium in hoc palam, & occulte eodẽ modo. C & ſic faciunt in paſſionibus ſequentibus ſubſtantiam rei: & eſt id, quod appellant rationem, ſicut dicunt ꝙ adaptatio in ente indicat ꝙ agens ſit intelligens: & eſſe ens, in quo eſt intentio ad aliquem finem indicat ꝙ agens ſcit ipſum. intellectus. n. nihil aliud eſt, niſi apprehẽſio entium cũ cauſis ſuis. & in hoc differt ab aliis virtutibus apprehẽſiuis. & qui aufert cauſas aufert intellectum. & ars Logicæ ponit poſitione ꝙ ſint hic cauſę, & cauſata, & ꝙ ſcientia illorũ cauſatorũ non erit perfecte, niſi ex ſcientia cauſarum eorum. Igitur negare D hæc deſtruit ſcientiam. nam ſequit ꝙ non ſit hic aliquid ſcitum omnino ſcientia vera: ſed, ſi fuerit, erit imaginatum. & non erit hic demonſtratio, nec definitio omnino, & auferẽtur ſpecies prędicatorum eſſentialiũ, ex quibus componuntur demonſtrationes. Et ponens ꝙ non datur ſcientia vna neceſſaria, ſequitur ei, vt non ſit hoc ſuum dictum neceſſarium. Qui vero confitetur ꝙ ſunt hic aliqua talia, & aliqua nõ neceſſaria, & iudicat anima de eis iudicio imaginatiuo, & exiſtimat ꝙ ſunt neceſſaria, & tn̄ non ſunt neceſſaria: Philo- E ſophi quidem non negant hoc ei. &, ſi appellant hoc conſuetudinem, eſt poſſibile: ſin aũt, neſcio quid intelligunt per nomen conſuetudinis, an intelligunt ꝙ ſit conſuetudo agẽtis, aut conſuetudo entium, aut conſuetudo eorum apud iudicium de iſtis entibus. & falſum eſt vt Deo ſit conſuetudo. nã conſuetudo eſt habitus, quem acquirit agens, qui facit reiterationem actionis ab eo vt plurimũ: & Deus glo. dixit. Ego vero domin⁹ non mutor: & non eſt in eo aliquid mutationis omnino. Si vero intelli- F gunt ꝙ ſit conſuetudo entium, conſuetudo quidẽ non eſt niſi in habentibus animam. ſi vero fuerit in non habentibus animam, eſt verificatio naturæ. & hoc quidẽ non negamus, ſcilicet ꝙ ſit in entibus natura determinans rem aut neceſſariam, aut vt plurimum. Quòd autẽ ſit in nobis cõſuetudo in iudicio de entibus, hęc quidem conſuetudo nihil aliud eſt, niſi actio intellectus, quam determinat natura eius, & ea intellectio eſt intellectus. & non negant Philoſophi talem conſuetudinem. & eſt di-

Intellect⁹ nihil aliud ẽ, niſi apprehenſio entiũ cum ſuis cauſis.

G ctio ſophiſtica, cùm verificabitur ꝙ nõ ſit ſub ea aliquid, niſi ꝙ ſit actio poſitiua: ſicut dicimus procedit tale agens vt facit hoc & hoc. id eſt quòd ipſe id faciet vt plurimum. &, ſic hoc fuerit, eſſent omuia entia poſitiua, & non erit ibi ſcientia omnino, qua attribuitur agenti ꝙ ſit ſapiens. &, ſicut diximus, non debemus dubitare ꝙ talia entia aliquod eorum agit in aliquod, & ex aliquo, & ipſa non ſufficiunt ex ſeipſis in hac actione, ſed indigent agente ab extra, cuius actio eſt conditio in actione eorum etiam in eſſe eorum, quãto magis in actione eorum. Quæ autem ſit ſubſtan-
H tia huius agentis, aut agentium, differunt in eo Sapientes quibuſdã modis, & non differunt quibuſdam modis. nam omnes cõuenerunt in hoc, ꝙ agens primum eſt ſeparatũ à materia: & hoc agens operatio eius eſt conditio in eſſe rerum, & eſſe operationum earum. & peruenit operatio huius agentis his entibus, mediante aliquo intellecto ei, quod ẽ aliud ab iſtis entibus. & aliqui ponunt id eſſe cœlum tantum: & aliqui ponunt cũ cœlo aliud ens remotum à materia: & eſt id, quod appellant datorẽ formarum. & non eſt hic locus ſpeculatiõis de iſtis opinionib⁹. & nobilius
I eorum, de quibus ſpeculantur Philoſophi, eſt hoc. &, ſi fueris ex eis, qui deſyderãt has veritates, vade ad qđlibet eorum in capitulo proprio. Accidit tamen quęſtio in innouatione formarum eſſentialium, & pręcipue animarum: quoniam non poſſunt attribuere hoc calido, frigido, humido, & ſicco, quæ ſunt cauſæ eius, qđ fit hic ex naturis, & eius, quod corrũpitur. Deharij autem ſunt, qui attribuunt omne, quod videtur hic ex

eo, cuius non eſt cauſa, quę attribuatur K calido, frigido, humido, & ſicco. & dicunt ꝙ, cùm iſta elementa miſcentur aliquibus commiſtionibus, fiunt hæ res, tanq̃ ſequentes illas miſtiones, ſicut fiunt colores, & alia accidentia. & Philoſophi conati ſunt dubitare contra iſtos, & primũ contra eum, qui locutus eſt de cauſa.

ALGAZEL.

AIt Alga. Locus autem Secundus eſt cum eo, qui confitetur ꝙ hę innouationes influunt à principijs innouationum: diſpoſitio tamen ad recipiendum formas prouenit ab his cauſis apparentibus, quæ L reperiuntur agentes, niſi ꝙ illa principia etiam proueniũt res ex eis conſecutiue & naturaliter, non autem ꝑ viam conſilij & electionis, ſicut prouenit lumen à Sole. Attamen ſunt differentes in diſpoſitione circa receptionem propter diuerſitatem diſpoſitionum earum. nã corpus clarum recipit radium Solis, & reddit eum, adeo ꝙ illuminat eo alium locum: opacum vero hoc non recipit. & aer non impedit extenſionem luminis eius: lapis vero impedit. & aliqua diſſoluuntur in Sole, & aliqua indurantur: & aliqua dealbantur, vt ſunt pãni lutorũ, & aliqua denigrãtur, vt facies. principium autem eſt M vnum, & impreſſiones ſunt diuerſæ ex diuerſitate diſpoſitionum in ſubiecto. & ſic principia entitatis influxus eorum ei, quod prouenit ex eis, nulla eſt in eo prohibitio, nec diminutio: diminutio tamen eſt in recipientibus. &, cùm res ſic ſe habuerit, quotienſcunque poſuerimus ignem in cõditione ſua, & poſuerimus duas ſtuppas ſimiles contangi ab eo eodem modo, quomodo imaginetur

A vt comburatur vna earum, & non alia?& ibi nulla eſt electio. Et propter hoc negauerunt caſum Abraę in ignem caſdim cum priuatione cõbuſtionis,& remanẽtia ignis: & exiſtimauerunt ꝙ hoc eſt impoſſibile, niſi negando caliditatem ab igne.& hoc aufert ei ꝙ non ſit ignis, aut cõcedendo conuerſionem ſubſtantiæ ipſius Abrahę in lapidem, aut aliqd, in quod non agit ignis,& hoc nõ eſt poſſibile,& illud etiam non eſt poſſe.

AVERROES.

AIt Auer. Qui putauit ex Philoſophis ꝙ hæc entia ſenſibilia B nõ agunt adinuicem, ſed agens eorum eſt principium ab extra, nõ poterit dicere ꝙ id, quod videtur de actione alicuius eorum in aliquod, ẽ quid falſum in totum,ſed dicet ꝙ ipſa agunt adinuicem diſpoſitionem ad recipiendum formas à principio ab extra. Attamẽ neſcio aliquẽ Philoſophorum hoc dixiſſe ſimpliciter, ſed dixerũt hoc in formis eſſentialibus. in accidentibus tamẽ omnes cõueniunt ꝙ calidum agit calidum ſibi ſimile, & ſic aliæ qualitates quatuor, nõ ex eo quòd comprehendit eas caliditas ignis elemẽtalis, & caliditas prouenjens à corporibus cœle- C ſtibus. Quod autem attribuũt Philoſophis ꝙ principia ſeparata agunt naturaliter, non electiue, nemo hoc dixit, cui adhęreatur. ſed oĩs habens ſciẽtiam agit apud eos electione. tamẽ propter dignitatem, quæ eſt eis, non prouenit ex duobus contrariis, niſi dignius eis:& electio eorum non eſt propter aliquid, quod perficiat ſubſtantiam eorum, cùm in ſubſtantijs ſuis nulla ſit diminutio,ſed vt ꝑficiatur id ex entibus,quod habet diminutionem in natura ſua. Quod autem attribuũt ex dubitatione miraculi Abraæ, nemo hoc dicit, niſi Epicurei ex gentibus Hiſmaelitis. D Nam ſapientes,& Philoſophi, nõ eſt conceſſus eis ſermo, nec dubitatio in principijs legis. & q hoc facit, apud eos eſt cõdemnãdus magna condemnatione. nam quoniã omnis ars habeat principia: & neceſſe eſt ſpeculanti in illa arte vt recipiat principia eius: & non debet dubitare eis in affirmatione aut negatione: ars quidem operatiua legis dignior eſt in hoc cæteris. nam conſuetudo à pueritia in virtutibus legis eſt neceſſaria apud eos, nõ autem in eſſe hominis, in eo quòd eſt homo, ſed in eo quòd eſt homo ſapiẽs. quare oportet omnem hominem recipere principia legis: & ꝓculdubio vt exaltet eum, qui poſuit ea. nam negatio eorum, & dubitatio in eis deſtruit eſſe hominis. quare oportet interficere Hæreticos. & quod debet dici de eis, eſt ꝙ principia eorum ſunt res diuinæ, in quibus conuenire debẽt intellectus humani ad cõfitẽdum eis cum ignorantia cauſarum eorum. quare non inuenimus aliquem Antiquorũ loqui de miraculis cum patefactione eorum in mũdo. nam ſunt principia cõſtitutionis legũ: & leges ſunt principia virtutum: & non vt dicitur de eis poſt mortem. &, cùm nutritus fuerit homo in virtutibus legis, tunc eſt religioſus ſimpliciter;. &, ſi cõtinuauerit ei tempus, & fortunium, adeo ꝙ erit ex ſapientibus profundis in ſapientia,& innuitur ei expoſitio alicuius principij principiorũ eius, præcipitur ei vt non expreſſe patefaciat expoſitionẽ eius, & dicat quòd ſunt res, prout ſcribuntur, vt dixerunt ſapientes noſtri in eo, quod dixit,

E

F

Quo pacto Philoſophi ſe habeant circa leges.

G xit, & vidi vſq; ad Angelum honor Dei eſt abſcondere rē, hæ ſunt definitiones legū,& definitiones ſapientū.

ALGAZEL.

AIt Alga. Et reſponſio ei eſt ex duabus viis. quarū Prima eſt vt dicatur non concedimus ꝙ principia nō agūt electiue, & ꝙ Deus glo. non agat voluntariè. & iam perfecimus deſtructionem rationum eorū in hoc in diſputatione innouationis mundi.&, cùm affirmabitur ꝙ agēs creat cum ſua voluntate combuſtionem cum contactu ignis ad ſtuppā, poſſibile eſt in intellectu vt nō creet H eam cum contactu exiſtenti.

AVERROES.

AIt Auer. Id autem, quod hic poſuit ad conſtituendum dubium ī lite,eſt id, quo expellitur lis. & dicitur ꝙ non eſt ei ratio in hoc, & eſt ꝙ agens primum creat combuſtionem abſq; medio, quod creauerit vt ſit combuſtum ab igne. nā talis error expellit ſenſus circa eſſe cauſarum,& cauſatorum. & nullus Philoſophorum dubitat ꝙ combuſtio proueniens ex igne in bombicē, exēpli gratia, ignis agat in eum.at non I ſimpliciter,ſed propter principiū ab extra, quod eſt cōditio in eſſe ignis, quanto magis in combuſtione eius. differunt tamē in hoc principio qd ſit,an ſit ſeparatum,aut ſit mediante aliquo inter innouatum,& ſeparatū præter ignem.

ALGAZEL.

AIt Alga. reſpondens pro Philoſophis, Si autem dicat hoc, inducit ad tolerandum multa incōuenientia. Nam, cùm negatis conſequentiam cauſatorum a cauſis, & attribuuntur voluntati creatoris eorum, & non erit voluntati conſuetudo propria demonſtrata talis, ſed ipſamet,& in ſpecie ſua hora actionis, K tunc erit poſſibile vnicuiq; noſtrum vt ſint ante eum animalia lædentia, & ignis inflammans, & mons ꝓfundatus,& inimici tenentes enſes & tamē ipſe nō videt eos,quia Deus glo. non creabit ei viſum. Et qui dimiſit librum domi, poſſibile eſt vt conuerſus ſit,cùm reuerſus fuerit domum, in iuuenem intelligentem,aut in ſerpentem. &, ſi dimiſerit puerum domi,poſſibile eſt vt conuertatur in canem.aut,ſi dimiſerit cinerem, poſſibile eſt, vt cōuerſus ſit in myrrham, & vt conuertatur lapis in aurum, & L aurum in lapidem. Et,ſi interrogāt eum de aliquo horum, debet dicere neſcio quid ſit domi nunc:ſed id,qđ tantum ſcio, eſt ꝙ ego dimiſi librū domi, & forte nunc eſt equus, & fœdauit bibliotecam vrina, & ſtercore. & ego dimiſi domi vegetem, & forte conuerſa eſt in arborē pomi.nam Deus glo.omnia poteſt. & nō eſt de neceſſitate equi, vt ſit creatus à ſpermate, nec de neceſſitate arboris vt creetur à grano etiam, nec eſt ex neceſſitate eius vt creetur ex aliquo. & forte creantur aliqua,quę nunꝗ fuerunt in eſſe.&, cùm aſpexerit hominem,quem nunꝗ vidit hucuſque,& M dicatur ei an ſit hic creatus, debet reſpondere, & dicere, nobis poſſibile eſt ꝙ aliqui fructus dulces, qui ſunt in plantea,cōuerſi ſunt in homines. & eſt hic homo.nam Deus poteſt oē poſſibile, & hoc eſt poſſibile, & impoſſibile eſt quin reſpondeatur ei.& hic eſt modus, in cuius imaginatione amplificatur falſitas. & hoc tantum ſufficiat. Et poſtꝗ narrauit hoc pro Philoſophis, adduxit reſponſionem,& dixit.

ALGA-

A ALGAZEL.

AIt Alga. Reſponſio autem eſt, vt dicamus, ſi affirmauerimus ꝙ poſſibile, impoſſibile eſt vt ſit homini ſcientia de eo ꝙ non ſit, ſequũtur omnia iſta inconuenientia. Nos autem non dubitamus huic formæ poſitæ à vobis. nam Deus glor. creauit nobis ſcientiam, ꝙ hęc impoſſibilia non efficiet ea. & non dicimus ꝙ hęc ſunt neceſſaria, ſed ſunt poſſibilia, quę poſſunt eſſe, & poſſunt non eſſe. & proſequi conſuetudinem in eis multis vicibus imprimit curſum eorum in intellectu noſtro ſecundũ

B cõuenientiam conſuetudinis præteritæ impreſſione tali, à qua non eſt euaſio; ſed poſſibile eſt vt ſciat Propheta ex prophetiis, viis, quas dixerunt, ꝙ talis homo dimittet morem ſuum prauũ: & dimiſſio eius eſt poſſibilis cito. & quomodo ſcitur priuatio eſſe huius poſſibilis, ſed ſicut videtur vulgo, & ſcimus ꝙ ipſe nõ ſcit occultum ex aliqua re, & non apprehendit intellecta abſq; diſciplina: & cum hoc non eſt incõueniens vt fortificetur anima, & cogitatiua eius,

C ita ꝙ apprehendit id, quod apprehẽdunt Prophetæ, vt confitentur poſſibile. & quomodo ſcient ꝙ hoc poſſibile non erit? ſi autem fecerit Deus glor. currere conſuetudinem in eſſe eorum tempore reſciſſionis conſuetudinum, tunc auferentur hę ſciẽtiæ à cordibus, & non creabit ea. igitur nihil prohibet, quin ſit res poſſibilis in poſſe Deo glo. & iam ſciuerat antea quòd ipſe non efficiet eam: licet ſit poſſibile in aliquo tẽpore; & creabit nobis ſcientiam quòd ipſe non id efficit in illo tempore. & non eſt in hoc ſermone niſi inconueniens abſolutum.

AVERROES. D

AIt Auer. Cùm aũt cõceſſerint Loquẽtes ꝙ oppoſita in entibus ſunt poſſia æqualiter, & ꝙ ſunt ſic apud agẽs, & nõ appropriatᶜ vnũ oppoſitorum, niſi ex voluntate agẽtis, non autem ꝙ voluntas eius continue procedit, nec ſemꝑ, nec vt plurimũ, tũc id totum, quod intulerũt Loquentes ex inconuenientibus, ſequitur eis. Nam ſcientia vera eſt ſciẽtia rei, prout eſt. &, cũ nõ fuerit ĩ eſſe niſi poſſibilitas duorũ oppoſitorum ipſi recipienti, & agẽti, non erit hic ſcĩa permanẽs de re oĩno, neq; ictu oculi, cũ poſuerimus agens humõi

E prędominãs entibus. ſicut Rex magnus, cui eſt dominium ſupremum, nõ erit aliquid difficile ĩ regno ſuo, nec ſcitur de eo ordo, ad quem procedit, nec conſuetudo. nã operationes huius Regis neceſſe eſt vt ſint ignotę naturaliter: &, cùm reperitur aliqua operatio eius, erit continuatio eſſe eius in omni inſtanti ignota naturaliter. Euadit autem Alga. ab iſtis incõuenientibus. qm̃ Deus glo. creauit nobis ſcientiam, ꝙ iſta poſſibilia non eueniunt niſi temporibus

F deputatis, ac ſi diceres hora miraculi. Et tamẽ non eſt euaſio vera. nam ſciẽtia creata nobis eſt ſemper quid ſequens naturam entis. verum enim eſt vt credatur ꝙ res ſit in ea diſpoſitione, qua eſt in eſſe. &, ſi eſſet nobis ſcientia de his poſſibilibus, tunc eſſet in entibus poſſibilibus diſpoſitio qua ei eſt alligata ſcientia noſtra. & hoc quidẽ aut propter ipſaſmet, aut propter agens, aut propter vtrunque, & eſt id, quod proferunt nomine conſuetudinis. &, cùm ſit falſum ꝙ reperiatur hęc diſpoſitio, quę appellatur conſuetudo primo agen-

G ti, nõ remanet ergo vt ſit niſi in entibus. & hoc eſt, quod appellãt Philoſophi, vt diximus nomine naturę, & ſic ſciẽtia Dei glo. de entibus, licet fuerit cauſa eorum, ſequuntur etiã ſcientiã eius. quare neceſſe eſt vt ſit ens ſecũdum cõuenientiam notitiæ eius cũ ſcientia, & notitia reuerſionis Socratis, exempli gratia, ſi fuerit Propheta, ex notificatione Dei glo. ei, tunc cauſa ꝙ ſit ſecũdũ cõuenientiam ſciẽtię nihil aliud eſt, niſi ꝙ natura entis ſequitur ſcientiã æternã. nam ſcientia, in eo ꝙ eſt ſcientia, nõ
H eſt alligata ei, quod non habet naturam completam. & ſcientia Dei glo. eſt cauſa ꝙ ꝓueniat illa natura, quę reperitur, & eſt ei alligata. & ignorãtia noſtra de poſſibilibus nõ eſt, niſi quia ignoramus hãc naturam, quæ determinat ei eſſe, aut priuationem. nam, ſi eſſent oppoſita in entibus ęqualiter propter ſeipſa, aut propter cauſas agentes ea, ſequeret̃ neceſſario aut ꝙ nõ reperiantur, & nõ corrumpantur, aut ꝙ reperiãtur, & corrumpant̃ ſimul. &, cùm res ſic ſe habuerit, impoſſibile eſt quin inclinetur vnum duorũ oppoſitorũ ad eſ-
I ſe. & ſciẽtia de eſſe huius naturæ eſt id, quod neceſſitat eſſe vnum duorũ oppoſitorum perfecte. & ſciẽtia alligata ei eſt aut ſcientia id pręcedens, & eſt ſciẽtia, à qua eſt cauſatum, & eſt ſcientia antiqua: aut ſcientia ſequens, & eſt ſcientia nõ antiqua. & ſcire occultum nihil aliud eſt niſi inſpicere hanc naturam, & peruenire ſcientiã nobis de eo, in quo non eſt, nobis ratio præcedit eam. & eſt id, quod appellatur in hominibus conſilium, Prophetis vero prophetia. voluntas vero æterna, & ſcientia æterna ſunt, quæ faciunt in entibus hanc naturam. & hoc eſt id, quod K
dixit Deus glorio. Occulta ſunt Deo dominio noſtro, &cęt. & ſcias hodie, &c. & hęc quidem natura ęqualiter erit neceſſaria, & aliquãr erit vt plurimum, & viſio, & prophetia non eſt niſi ſcientia de hac natura ĩ entibus poſſibilibus, & artes, quæ determinant pronoſticationem eius, quod erit in futurum, ẽ eis impreſſio impreſſionum huius naturę, aut menſura, aut appella eam vt vis, ſ. q̃ ꝓuenit ex ſeipſa, cui alligata eſt ſcĩa.

ALGAZEL.

AIt Alga. Secunda autem via, qua eſt euaſio ab iſtis dubitationibus, eſt vt confiteamur ꝙ ignis L
creatus eſt diſpoſitione, qua, cũ contangũt eum duę ſtuppæ ſimul ſimiles, comburit eas, & non diſtinguit inter eas, cùm fuerint ſimiles omnimode. Attamen hoc eſt etiam poſſibile, vt proiiciatur aliquid in ignẽ, & tamen non comburitur, aut propter mutationẽ attributi ignis, aut propter mutationem attributi rei. & fit ex Deo glor. aut ex Angelis aliquod attributum igni, ita quòd ſufficit caliditas eius corpori, & non id trãſit, & remanet cũ eo caliditas eiꝰ, & erit ſm formam ignis, & verificationem eius, ſed nõ tranſit caliditas M
eius, & impreſſio eius. & fit in corpore humano attributum, quod nõ abſtrahit id, quin ſit caro, & os, & auſert eſcharã ignis, qm̃ nos videmus ꝙ, qui emplaſtratur cum Altelach, & poſtea ſedet in furno inflammato, nõ lęditur, & nõ cõburitur in eo. & qui non vidit hoc, id negat. & ſic negatio aduerſarij quę vl̃r poſſet ad tribuendũ aliquod attributũ igni, aut corpori humano, quod prohibeat combuſtionem, eſt ſicut negatio

tio eius, qui non vidit Altelach, & attributum eius. Et in excelſis viribus Dei glo. ſunt extraneitates, & mirabilia: & nos non videmus omnia & non debet negari poſſibilitas eorũ, & iudicamus falſitatem eorum. & ſic eſt verificatio mortuorum, & cõuerſio baculi in ſerpentem, & manꝰ nobilis, & munda facta eſt alba hoc modo: & eſt ꝙ materia recipit omnia eſſentialiter. & terra, & oĩa elementa mutantur in plãtam, deinde planta mutatur, cum comedit eam aĩal, & erit ſanguis, deinde ſanguis conuertitur in ſperma, deinde ſperma proiicitur in matricẽ, & erit creatura in aĩalibus. & hoc quidem erit
B iudicio conſuetudinis in lõgo tpe. & non negat aduerſarius quin ſit in poſſe Dei glorio. vt regat materiam in his innouationibus tpe breuiori, quã id, in quo conſuetum eſt. &, cũ fuerit poſſe breuiori tpe, igitur non eſt in potentia Dei glo. quin accelerentur hæ potentiæ ad faciendũ operationes ſuas cito, & prouenit in eis id, quod eſt miraculum Prophetis. Si vero dr̃ ꝙ hoc ꝓuenit ex anima Prophetæ, aut ex principio principiorum cum deſyderio Prophetæ,
C dicimus ꝙ ipſi conceſſerunt poſſibilitatem deſcenſus pluuiæ, & tonorũ & terræmotus, virtute animarũ prouenientium ex eis, aut ex alio principio: ergo ſermo nr̃ in hoc eſt ſicut veſter in illo. & qđ melius eſt nobis & vobis eſt attribuere hoc Deo glo. aut immediate, aut mediãtibus Angelis. ſed hora verificationis aduentus eorum verſatᷣ cogitatio Prophetę in ea, & innuitur ordo in die conuenienti, cum oñderit ſequi ordinẽ principij. & hoc inclinat modum ipſius eſſe, & erit res ipſa in anima eiꝰ

poſſibilis, & principium eius eſt bonus mos, ſed non influitur ab eo inclinatio, niſi cum inclinat neceſſitas ad eſſe eius, & fit bonum demõſtratum tale, & non erit bonum demonſtratum tale, niſi cum indiget Propheta ad ſtabiliendum propheтiam ſuam ad inuentionem boni. & hoc totum eſt conueniens proceſſui verborum eorum, & ſequitᷣ ea, & quotienſcunq; aperuerint ianuam vnitatis creaturæ pręciſe, differt cõſuetudo hoĩum. nam mẽſura huius proprietatis non cõtinuat in intellectu poſſibilitas eius, & non ſequitᷣ cũ eo falſitas eius, quod conſuetũ eſt concedi, & narratio libri in verificatione eius. Demum non recipit formã animalis, niſi ſperma, ſed influũt potentiæ aĩales ei ex Angelis, qui ſunt principia entium apud eos, & nõ figuratur aliquid ex ſpermate hoĩs, niſi homo, & ex ſpermate equi, niſi equus. aduentus. n. eius ab equo fecit inclinationem ex proportione formę equi prę cęteris formis, & nõ recipit niſi formam inclinantẽ hoc modo. & pp hoc nõ naſcitᷣ omnino ex hordeo triticũ, nec ex grano perſici pomum. poſtea videmus aliqua gña aĩalium naſci ex terra, & nõ generant oĩno, vt ſunt vermes: & aliqua ſunt, quę gñantur, & generant, vt eſt mus, & ſerpens, & ſcorpius, & gñantur ex terra, & diuerſificatᷣ diſpoſitio eorum ad recipiendum formas ex rebus occultis nobis. & impoſſe eſt viribus humanis ſcire ea, cũ non influatᷣ forma apud eos ex Angelis ſufficienter, & nec extimatione & tranſitiue: ſed nõ influitur oĩno, niſi qđ conſyderatᷣ receptio eius in eo, qđ ſit diſpoſitũ in ſe. & diſpõnes ſunt diuerſę, & principia eorũ apud

eos

G eos ſunt miſtiones potentiatũ ſtellarum, & coniunctiones earum, & diuerſitas proportionum corporum cœleſtium in motibus ſuis. Igit̃ patet ex hoc ꝙ principia diſpõnum in eis ſunt res extraneę, & mirabiles, adeo ꝙ perueniet ad capitulum imaginum ex ſcientia proprietatũ ſubſtantiarum mineralium, & ſcientia iudicij ſtellarum, & ad miſtionẽ potentiarum cœleſtium cum proprietatibus mineralibus. & accipiunt figuras ab iſtis rebus terreſtribus, & quærunt virtutem propriam prę ceteris virtutibus, & faciũt cum ea res extraneas in mundo. & aliqñ expellunt ſerpentes, & ſcorpiones ab aliqua ciuitate, & muſcas ab alia, & alia ex iſtis mirabilibus ſciunt̃ in rebus imaginum. &, cum proueniant a rebus extraneis principia diſpoſitionum, & non ſcimus ea, & nõ erit nobis via ad comprehendẽdum ea: igitur vnde ſcitur fallitas aduentus diſpoſitionis aliquibus corporibus ad mutandum in innouationibus breui tempore, adeo ꝙ diſponit̃ ad recipiendum formam, ad quam nõ erat diſpoſitus antea. & hoc excitat ad miraculum, & non negatur niſi groſſitie cordis, & obliuione entiũ ſuperiorum, & ignorantia ſecretorum Dei in creatione. & qui diſcurrit inductiue in mirabilibus mũdi, non negat in poſſe Dei glo. id, quod dr̃ de miraculis Prophetarum in tẽpore deputato. Si autem dixerint nos adiuuamus vos in hoc, ꝙ omne poſſibile attribuitur poſſe Deo glor. & vos adiuuatis nos in hoc ꝙ omne inconueniens non eſt conſyderatũ: & ex rebus aliquæ ſunt, quarũ falſitas ſcitur, & aliquæ, quarum poſſibilitas ſcitur; & aliquę, quę ſunt firmatio intellectus, & non determinat in eis falſitatem, nec poſſibilitatẽ: nunc vero quæ eſt definitio inconuenientis apud vos, ſi quidem eſt cõgregatio inter negationem, & affirmationem in eadem re eodem tpe, dixerunt ꝙ omnia duo, quorum hoc quidem non eſt illud, & illud nõ ẽ hoc, non determinat eſſe vnius eorũ eſſe alterius. & dixerunt ꝙ Deus poteſt creare voluntatem abſq; ſcientia de re volita, & creare ſciam abſq; vita: & poteſt mouere manum mortui, & reddere eum, vt ſcribat cũ manu ſua coria, & pergamena, & incũbet artibus: & in eo eſt apertio oculi, & acuitur viſus eius, tamen non videt & non eſt in eo vita, nec poſſe ad eã. has aũt operationes ordinatas creat Deus glo. cũ motione manus ſuę. & motus eſt ex parte Dei glor. &, cum conceſſerimus hoc, deſtruitur dr̃ia inter motum voluntarium, & factũ ex tremore: & non indicat operatio apta ſcientiam, nec poſſe agentis. Et oportet vt conſyderemus ꝙ conuertantur genera, & cõuertitur ſubſtantia in accñs, & conuertit̃ ſcĩa in poſſe, & nigredo in albedinẽ, & vox in odorem, ſicut cõſyderauimus de cõuerſione inanimati in aĩatum, & lapidis in aurum, & ſequit̃ etiam ex eo ex inconuenientibus, quę nõ pñt numerari. Rñſio aũt eſt, ꝙ inconueniens nõ attribuitur poſſe eius, & inconueniens eſt affirmatio rei cum negatione eius, aut affirmatio particularis cum negatione vl'oris, aut affirmatio amborũ cum ablatione vnius, & qd non venit in hoc, non ẽ inconueniens, & id, quod nõ eſt inconueniens, iam conſyderatur. aggregatio autem inter nigredinem, & albedinem eſt incõueniens: quoniam

Margin letters: H, I, K, L, M

A niam intelligitur ex affirmatiōe formæ nigredinis in ſubiecto ablatio diſpoſitionis albedinis, & eſſe nigredinis. igitur quemadmodum ablatio albedinis, intelligitur ex affirmatione nigredinis ſic etiam affirmatio albedinis erit cū negatione eius inconueniens. impoſſe tñ eſt eſſe indiuiduum in duobus locis: qm̄ nos intelligim⁹ ex eo ꝙ eſt domi, ꝙ non ſit in alio loco prȩter domum, & impoſſibile eſt conſyderare id eſſe præter domum, cum eo ꝙ eſt domi, qđ intelligitur ex negatione præter domum. B & ſic intelligitur per voluntatem quæſitum notum. &, ſi ponitur quæſitum, & non fuerit ſcientia, nō erit voluntas, & erit in eo negatio eius, quod poſuimus. inanimatū autem eſt inconueniens, vt creet in eo ſciētiam. nam nos intelligimus per inaīatum id, quod non comprehendit. &, ſi eſſet creata in eo comprehenſio, erit appellatio eius inaīatum in eo, quod intelleximus inconueniēs. &, ſi non comprehendit appellare hoc ſcientiam, & non comprehēdet ſubiectum ſuum, oīno eſt inconueniens. hic quidem eſt modus falſitatis eius. Conuerſio vero generum aliquid C Loquentium dixerūt quòd eſt quid conſyderabile Deo glo. & dicunt nos ponimus rem aliud non intelligibile. nam nigredo cum conuerſa eſt in poſſe, exēpli gratia, tunc quæro an nigredo remanet, vel ne? ſi corrūpitur, igitur non conuertit͛, ſed corrumpitur nigredo, & reperit͛ poſſe. &, ſi ambo reperientur, tunc non conuertitur, ſed copulatur ei aliud. &, ſi remanet nigredo, & poſſe corrumpitur, tunc non conuertitur, ſed remanet prout eſt. &, cum dicimus conuerſus eſt ſanguis in ſperma, intelligimus in eo, ꝙ illā eadem materia ſpoliata eſt forma, & recepit aliam formā. & quod prouenit ex hoc, eſt ꝙ forma corrupta eſt, & forma generata eſt, & ibi eſt materia antiqua, in quam veniunt formæ ſucceſſiue. & ſic, cum dicimus conuerſa eſt aqua in aerem caliditate, intelligimus in eo ꝙ materia illa recipiens mutabilis recepit formam aeris, & ſpoliata eſt forma aquæ, ſicut diximus antea. & ſic, cum dicimus ꝙ conuerſus eſt baculus in ſerpentem, & terra in animal. & nō eſt inter accidens, & ſubſtantiam materia communis. & hoc quidem eſt inconueniens hoc mō. & ſic non eſt inter nigredinē & poſſe materia communis. motus vero manus ab ipſo Deo glo. in mortuo, & erectio eius, ac ſi eſſet viuus, qui ſedet & ſcribit, adeo ꝙ fit ex motu manus eius ſcriptura ordinata, non eſt inconueniēs in ipſo, quotienſcunq; deputabim⁹ innouationes voluntati eligenti: videtur vero negandum, cum ſuccedit conſuetudo in contrarium eius. cum autem dicitis deſtruit͛ in eo rō adaptationis operationis ſciētiȩ agētis, non eſt verū. nam agens eſt Deus glo. & ipſe eſt adaptans, & agēs ei⁹. F Cum aūt dicitis ꝙ non remanet differentia inter motum terrȩmotus, & motum electiuum, dicimus ꝙ comprehendimus hoc ex nobis ipſis. qm̄ nos videmus ex nobiſipſis dr̄iam inter ambo iſta, & proferimus ex hac dr̄ia poſſe. & ſcimus ꝙ ex duabus partibus poſſibilibus, vna quidē eſt in vno tpe, & alia in alio tpe: & eſt inuentio motus cum poſſe ad eum in aliquo tpe, & inuentio motus abſq; poſſe in alio tpe. cum vero inſpiciemus alios, & viderimus multos mo-

G tus ordinatos, prouenîet nobis ſcié-
tia de poſſe eius. igitur hæ ſunt ſcientiæ diuerſæ, quas creat Deus glor. in curſu conſuetudinum, ex quibus ſcitur eſſe vnius partium poſ̃is, & nõ declaratur ex eo falſitas alterius partis, vt dictum eſt.

AVERROES.

AIt Auer. Qm̃ vidit ſermonem ꝙ non ſunt rebus attributa ꝓpria, nec formæ, ex quibus ſequunť operationes propriæ in quolibet ente, eẽ ſermonẽ in vltimitate incõuenientiæ, & quid aliud ab eo, quod in

H telligunt hoĩes, iõ cõceſſit hunc ſermonẽ, & permutauit negationẽ ſuã ad duo loca: quorũ Vnus eſt, ꝙ poſſibile eſt vt reperianť hæc attributa enti, & non reperitur ei impreſſio, in eo ꝙ currit eius conſuetudo vt reperiatť ei. vt ignis, exẽpli gratia, cui poſſibile eſt vt reperiatur ei caliditas, & non comburet id, quod tangit, licet natura eius ſit vt comburatur, cum approximeť ei ignis. Secundus vero locus eſt, ꝙ non eſt formis proprijs cuilibet enti materia propria. Sermo aũt primus nõ negať. nã cõfitenť eum Philoſophi. actiones eñ agentium, non eſt emanatio operationum earum neceſſaria ꝑꝑ ea, quę

I ſunt ab extra, & non prohibeť quin copuleť ignis bombici, exempli gr̃a in aliquo tpe, & nõ cõburat eã, ſi reperit ibi aliquid, ex cuius copulatione bõbici factus eſt bõbix non recipiẽs cõbuſtionẽ, vt dr̃ de lapide Altelach' cũ aĩali. Quòd aũt mãę ſint cõditio ex cõdõnibus entium habentium mãm eſt quid, quod non pñt Loquẽtes euadere ab eo. nam, ſicut dicit Alga. non eſt dr̃ia inter negare nr̃m, & affirmare nr̃m rem ipſam ſimul: aut negare nr̃m, & affirmare

nr̃m partẽ eius ſimul: quemadmo- K
dum cum conſtituantur res ex duobus attributis vl̃i, & proprio, & ſunt quæ ſignificant Philoſophi nomine definitionis, cõpoſitæ quidem apud eos ex genere, & dr̃ia. & nõ eſt dr̃ia inter negationem entium, & negationem vnius horũ duorũ attributorum. v. g. cũ conſtitutio hominis fuerit ex his duobus attributis, quorum vnum eſt vl̃e, & eſt animalitas exempli gr̃a, & aliud proprium, & eſt rõ, tunc quemadmodum nos, cũ auferimus ab eo, ꝙ ſit rõnalis, non remanebit homo, ſic ẽt cum auferimus ab eo, ꝙ ſit animal. nã animal L
eſt condõ in rõnali. &, cũ remoueť conditio, remouetur cõdõnatum. & nulla eſt dr̃ia inter Loquẽtes, & Philoſophos in hoc, niſi in rebus particularibus, in quibus tenent Philoſophi ꝙ attributa vl̃ia ſunt eis conditĩo, vt ſunt attributa propria. Loquẽtes vero non tenent hoc, ſicut calidũ & humidũ, quæ ſunt apud Philoſophos ex cõdõne animalitatis in aĩali gñabili & corruptibili. quia ſunt vl̃iora aĩalitate, vt eſt aĩal cum rõnali. & Loquentes nõ tenent hoc: quare audies eos dicentes nõ ex cõdõne vitæ apud nos diſpõ, & ſenectus. & M
ſic figura apud eos eſt cõdõ ex conditionibus vitæ proprijs entibus, habentibus figurã. nã, ſi non eſſet conditio, erit poſ̃e alterum duorũ, aut enim erit proprietas aĩali, & non erit ei operatio eius oĩno, aut non erit. v. g. qm̃ manus apud eos eſt inſtr̃m intell'us, ex quo emanãt ab homine operationes intellectuales, vt ſcriptura, & aliæ artes. &, ſi eſſet poſſibile eẽ intell'm in aſino, tunc poſ̃e eſſet vt ſit intell's. abſq; eo ꝙ reperiatur opatio eius, quæ emanat ab eo.

ſicut

A ſicut, ſi eẽt poſſe vt ſit caliditas, abſq; eo quòd calefaciat id, cuius natura eſt vt calefiat ab eo. Igitur omne ens apud eos eſt ei quantitas terminata, licet habeat latitudinem cuilibet enti apud eos. & eſt ei qualitas terminata etiam, licet habeat latitudinem apud eos. & ſic eſſe entium eſt terminatum, & tempus durationis eorum eſt terminatum: licet habeat latitudinem etiam, ſed eſt terminata. Et non eſt differentia inter eos in hoc, quòd entia, quæ communicant eadem materia, talis quidem materia eorum aliquando recipit

B vnam duarum formarũ, & aliquando recipit oppoſitam eius: ſicut eſt apud eos in formis corporum ſimplicium quatuor, quæ ſunt ignis, aer, aqua, & terra. ſed differentia eſt in non habente materiam communem, aut eis, quorum materiæ ſunt diuerſæ, an ſit poſſibile vt aliquod eorum recipiat formas alterius. verbi gratia id, cuius natura eſt vt videatur non recipere aliquam formam formarum, niſi multis mediis, an ſit poſſibile ei vt recipiat formam vltimam abſque mediis. verbi gratia ex elementis componitur planta, de

C inde ea nutritur animal, & generatur ex ea ſanguis, & ſperma, deinde generatur ex ſanguine & ſpermate animal. Loquentes quidem dicunt ꝙ forma hominis poteſt ineſſe terrę abſque iſtis mediis, quę videmus: Philoſophi vero negant hoc: & dicunt, ſi hoc eſſet poſſibile, erit ſapiẽtia vt creet hominem abſq; iſtis mediis, & erit creatio eius huiuſmodi magis conueniens, quàm aliæ creationes, & magis potens ipſis. & vnaquæque harum duarum ſectarum determinat quòd id, quod dicit, eſt

notum per ſe: & nulla earum habet rationem in opinione ſua. tu autẽ præpara cor tuum, & quicquid dicet tibi, ſit poſitio tua, cui debes credere, & eſt id, quod iuſſum eſt tibi. & Deus glo. ponat nos, & te ex hominibus veritatis, & conuenientiæ. Et opinatus eſt aliquis Maurorum quòd Deo glorio. attribuitur poſſe congregare duo oppoſita. & conſideratio eorum eſt quòd determinatio intellectus de impoſſibilitate huius rei eſt quid, in quo innatus eſt intellectus. ſi vero innatus eſſet in natura determinãte poſſibilitatẽ eius, non negaret hoc, & id admitteret. D

E Attamen ſequeretur eis vt non ſit intellectui natura ꝑfecte perueniens nec entibus, & non erit veritas reperta in eo ſequens eſſe entis. Loquentes vero verecundantur ex hoc ſermone. &, ſi tenerent eum, eſſet magis conſeruans poſitionem eorum ab inconuenientibus euenientibus eis in hac re ex aduerſariis. quoniã ipſi quærunt differentiam inter id, quod affirmauerunt in hoc genere, & id, quod negauerunt, & eſt difficile eis. ſed non inueniunt niſi ſermones fallaces. quare inuenimus eum, qui eſt expertus ĩ arte rationis, oportere eum vt neget neceſſitatem, quæ

F eſt inter conditionem, & conditionatum, & inter rem & definitionem ſuam, & inter rem & aliud ab ea, & inter rem & rationem ſuam. & hoc totum eſt profundatio in opinione Sophiſtarum. & nihil eſt. & qui facit hoc ex Loquentibus eſt Auoalmahely. Attamen ſermo vniuerſalis ſoluens has dubitationes eſt quòd entia diuiduntur ad oppoſita, & conueniẽtia. &, ſi eſſet poſſibile vt diſtinguantur conuenientia, erit poſſibile

G vt congregentur oppoſita : ſed non congregantur oppoſita:ergo nō diſtinguentur conuenientia. Hæc autem eſt ſapiētia Dei in entibus, & in apprehenſione huius ſapientiæ erit intellectus intellectus in homine. & eſſe ſic in intellectu diuino eſt cauſa eſſe eius in entibus. & ideo intellectus non eſt poſſibile vt ſit creatus diuerſis attributis, vt imaginatur hoc Auenhazam.

## DISPVTATIO II.

### De dicto eorum, quòd animę humanæ ſunt ſubſtantiæ, exiſtentes in ſe, & non ſunt innatæ in corpore.

H

ALGAZEL.

AIT Alga. Diſputatio Secunda eſt de diminutione eorum in cōſtituenda demonſtratione intellectuali de eo, quòd anima humana eſt ſubſtātia ſpiritualis exiſtens per ſe, & non continet terminum, & non eſt corpus, nec innata in corpore, nec continuata corpori humano, nec eſt ſeparata ab eo, quemadmodum Deus glo. non eſt extra mundum, nec infra mūdum. & ſic Angeli apud eos. & ſermo in hoc requirit declarationem opinionis eorum de virtutibus vitalibus, & aīalibus. Virtutes autē vitales diuiduntur apud eos in duas partes, motiuas, & apprehenſiuas, & apprehēſiuæ ſunt duæ partes, extrinſecę & intrinſecę. extrinſecę aūt ſunt quinque ſenſus, & ſunt res innatę in corporibus, ſcilicet iſtæ virtutes. intrinſecæ vero ſunt tres virtutes: qua- K rum Vna eſt virtus Imaginatiua, & eſt in parte anteriori cerebri poſt virtutem viſiuam. & in ea quidem eſt remanentia formarum rerum, quæ vidētur poſt clauſuram oculi in eo, quòd imprimitur in ea id, quod deferunt ad eam ſenſus quinq;, & congregantur, & appellatur ſenſus communis, & niſi eſſet ipſe, is quidem qui vidit mel album, non apprehenderet dulcedinem eius, niſi guſtu. &, cum viderit id ſecundo, non apprehenderet dulcedinem eius, quotienſcunque non guſtauerit id, ſicut fecit primo. attamen in eo non eſt aliqd, L quo iudicat quòd hac album ſit dulce. & nō eſt dubium quòd erit apud eum iudex, apud quem congregata ſunt ambo, ſcilicet color, & dulcedo ita quòd determinabit cum præſentia vnius eorum, ꝙ ſit præſens etiam alterum. Secunda vero eſt virtus cogitatiua: & eſt ea, quæ apprehendit intentiones: prima vero virtus apprehendebat formas. Et intelligimus per formas id, quod impoſſibile eſt vt ſit ſine materia, ſcilicet corpus. & intelligimus per intentionem id, quod non requirit eſſe eius corpus, euenit tamen ei vt ſit in corpore. ſi- M cut amicitia, & odium. nam agnus apprehendit de lupo colorem, & figuram, & diſpoſitionem eius: & hoc quidem non eſt niſi in corpore: & apprehendit etiam quòd ſit eius inimicus. & apprehendit de pecude figuram matris, & colorem eius, deinde apprehendit amicitiam eius: quare non appropinquatur lupo, & deambulat poſt matrem. diuerſitas autem, & conuenientia non eſt de neceſſitate earum, vt ſint in corporibus, ſicut eſt de neceſſitate figuræ, & coloris,

A coloris, niſi quòd accidit odio, &
amicitiæ etiam vt ſint in corporib⁹.
Et hæc virtus eſt diſtincta à prima
virtute: & locus eius eſt ventriculus
vltimus cerebri. Tertia vero virtus
eſt virtus, quę appellat̃ in aīalibus
imaginatiua, & in homine extima-
tiua. & natura eius eſt componere
formas ſenſibiles adinuicem, & cō-
ponere intentiones cum formis: &
eſt in ventriculo medio cerebri in-
ter conſeruatorem formarum, & cō-
ſeruatorem intentionum. quare po
terit homo imaginari equum volā-
tem, & hominem, cuius caput eſt ca
B put hominis, & corpus eius corpus
equi, & alias compoſitiones, licet nō
viderit talia. & dignius eſt vt attri-
buatur hæc virtus virtutibus moti-
uis, quàm ſit in virtutibus apprehē-
ſiuis. Sciuntur autem loca harum
virtutum in arte Medicinæ. nam lę
ſio in capite cum fuerit in his ventri
culis, inuoluuntur hæ, quę appellan
tur virtutes. deinde exiſtimauerunt
quòd virtus, in qua imprimuntur
formæ ſenſibiles in quinque ſenſi-
bus, conſeruat illas formas, adeo ꝙ
non amittat receptionem. & res qui
dem conſeruat rem non cum virtu-
C te, qua eam recipit. nam aqua reci-
pit figuram, & non conſeruat eam:
& cera recipit figuram cum humi-
ditate ſua, & cōſeruat eam cum ſic-
citate ſua, aliter quàm aqua. Igi-
tur conſeruator hac conſyderatio-
ne eſt diuerſus à recipiente. & appel-
latur hæc virtus conſeruatiua. Et ſic
intentiones imprimuntur in cogi-
tatiua, & conſeruat eas virtus, quæ
appellatur memoratiua. & erunt ap-
prehenſiones intrinſecæ hac conſy-
deratione, cum coniungitur cū eis
imaginatiua, quinq;: quemadmo-
dum fuerunt extrinſecæ quinque. D
Sed virtutes motiuæ diuiduntur ad
motorem, per modum, quo ipſe prę
cipit motum, & motorem, per mo-
dum, quo ipſe agit eum. motor au-
tem in eo quòd præcipit motum,
eſt virtus concupiſcibilis, appetiti-
ua: & eſt illa, quæ cum imprimitur
in virtute imaginatiua, quam dixi-
mus, forma alicuius quæſiti, aut ali
quod, quod eſt fugiendum ab eo,
præcipit virtutem motiuam agen-
tem motionē. & habet duos ramos.
Vnus ramus eſt quidem, qui appella
tus virtus Appetitiua, & eſt virtus,
quæ præcepit motum, ad quem ap- E
propinquatur ex rebus imaginatis,
neceſſario ſequens ad perquirendū
delectationem. & alius ramus eſt, q
appellatur virtus iraſcibilis: & eſt
virtus pręcipiens motū, quo expel-
litur res imaginata, nocens, aut fa-
ciens perquirere victoriam. & cum
hac virtute perficitur congregatum
perfectum actioni, quæ dicitur vo-
luntas. Virtus vero motiua, in eo
quòd eſt agens, eſt virtus tranſmiſ-
ſa per neruos, & muſculos. & de na-
tura eius eſt vt excitet muſculos cū
attractione chordarum, & ligamen F
torum iunctorum membris ad par-
tem loci, in quo eſt virtus: aut eos lē
tos reddit, & extendit longitudinem
& ibunt chordæ, & ligamenta ad cō-
trariam partem. Hæ ſunt virtutes
animę vitalis, vniuerſaliter dimittē-
do differentiam. Anima vero intel-
lectiua rerum eſt, quę appellatur
apud eos rationalis. & intelligunt ꝑ
rationalem intellectiuam. quoniā
ratiocinatio eſt proprior proprieta-
tibus intellectus in apparentia. & iō
attribuunt eam ei. & habet duas vir
tutes, virtutem quidem intellectiuā

&

G & virtutem factiuam. & vnaqueq; earum dicitur intellectus, ſed æquiuoce. Factiua autem virtus eſt principium motiuum corporis humani ad artes ordinatas humanas, quæ inuenit ordinem earum conſilio ꝓprio homini. Intellectiua vero eſt ea, quę appellatur ſpeculatiua: & eſt virtus, cuius natura eſt vt apprehendat veritatem intelligibilium abſtractorum à materia, & loco, & partibus. & ſunt propoſitiones vniuerſales, quas appellant diſpoſitiones aliquando, & modos aliquãdo, & appellant eas Philoſophi vniuerſalia abſtracta. Igitur animæ ſunt duæ virtutes reſpectu ad duas partes. virtus quidem ſpeculatiua reſpectu ad
H partem Angelorum, cum ex ea aſſumamus ab Angelis ſcientias veras. & debet eſſe hęc virtus continuę receptionis ex parte ſuperiori. & virtus factiua ineſt ei reſpectu ad inferiora: & eſt pars corporis, & regimẽ eius: & adaptatio morũ. & hæc quidem virtus oportet vt dominetur aliis virtutibus corporalibus, & aliæ virtutes ſint correctæ ab ea, & ſubiectę ſub ea, adeo quòd non patitur, nec fit ei impreſſio ex eis, ſed patiun-
I tur illę virtutes ab ea, ad hoc vt non fiat nobis in anima ex attributis corporalibus aliqua mala qualitas, quę appellatur vitium: ſed erit ipſa prędominans vt perueniat ad animam propter eam qualitas, quæ appellatur virtus. Hęc eſt breuitas eius, qđ diſtinxerunt de virtutibus vitalibus humanis. & prolixi fuerunt in narratione earũ cum dimiſſione narrationis virtutũ plantarum, quæ nõ ſunt neceſſariæ in intentione nr̃a. & nihil eſt eorum, quę dixerunt, qđ debet negar i fide. nam ſunt res apparentes, quòd Deus glorioſus procedit in gubernatione earum: voluK
mus tamen hic dubitare contra eũ, qui hoc negat ꝓcedere à poſſe Dei glorioſi, aut videt quòd in lege venit oppoſitum eius, ſed forte declarabitur in congregatione in die iudicij, & reſurrectionis, quòd lex hoc verificat. nos vero negamus ratiocinationem eorum cum ratione abſtracta intellectus, & non indigere lege. & quærimus ab eis vt auferãt in hoc rationem. ſunt tamẽ eis multæ demonſtrationes ſecundum opinionem eorum.

AVERROES. L

Ait Auerr. Hoc totum non eſt in eo, niſi recitatio opinionis Philoſophorum de his virtutibus, & attributis earum, niſi quòd ſequitur in hoc Auicenna: differt tamen à Philoſophis in eo, quòd ponit in animali virtutem præter virtutem imaginatiuam, quàm appellat cogitatiuã loco cogitatiuę in homine. & dicit quòd nomen imaginatiuę ꝓferunt id Antiqui pro hac virtute. &, cum id proferant, erit imaginatiua in animali loco cogitatiuæ, & erit in ventriculo medio cerebri. &, M
cum prolatum fuerit nomen imaginatiuæ pro ea, quæ includit figuram, dicitur de ea quòd eſt in anteriori parte cerebri. & nulla ẽ diſcordia quòd conſeruatiua, & memoratiua ſunt in poſteriori parte cerebri. nam cõſeruatio, & memoratio ſunt duæ in actu, vna vero in ſubiecto. Attamen quod apparet ex opinione Antiquorum eſt quòd imaginatiua in animali eſt ea, quæ iudicat quòd lupus ſit inimicus agno, & ꝙ

pecus

A pecus ſit amica. nam imaginatiuã eſt virtus apprehenſionis, & iudicat neceſſario abſque eo quòd indigeat ingreſſu alterius virtutis, pręter virtutem imaginatiuam. eſſet autem poſſibile id, quod dixit Auicenna. ſi virtus imaginatiua non eſſet apprehendens, igitur nihil eſt addere virtutem præter virtutem imaginatiuam in animali, & præcipue in animali, cui ſunt multæ artes naturaliter. nam imaginationes in iſtis non apprehendũtur ſenſu: & quaſi ſunt apprehẽſiones medię inter formas intellectas, & imaginatas. & iam de B claratà eſt diſpoſitio huius formæ in de Senſu & ſenſato, quod dimittimus in hoc loco. & reuertamur ad id, quod dicit iſte vir, contradicens hominibus.

ALGAZEL.

Ait Alga. Demonſtratio autem prima eſt cum dicunt q̀ ſcientię intellectuales exiſtunt in animabus humanis, & includuntur in eis vnitate quadam, & nõ diuiduntur. & non eſt dubium quòd ſubiectum earum etiam non diuiditur: & om- C ne corpus diuiditur, igitur indicat quòd ſubiectum eius eſt quid non diuiſibile. Et poteſt hoc reduci ad conditionem logicalem in figuris eius, & eſt quaſi vt dicatur, ſi erit ſubiectum ſcientiæ corpus diuiſibile, tunc ſcientia, quæ ineſt ei, eſt etiam diuiſibilis: ſed ſcientia, quæ ineſt ei, non eſt diuiſibilis: igitur ſubiectum non eſt corpus, & hic eſt ſyllogiſmꝰ conditionalis cõtinuus, in quo reiteratur oppoſitum conſequentis, & concluditur oppoſitum antecedentis deliberatiue. Et non eſt diſputa- D tio de verificatione figuræ ſyllogiſmi, nec etiam de verificatione ambarum propoſitionum. nam, cum dicimus, omne, quod exiſtit in diuiſibili, eſt diuiſibile proculdubio, & euenit diuiſio in ſubiecto, ẽ primũ intellectum, in quo dubitatio impoſſibilis eſt. Secunda vero, cum dicimus quòd ſcientia vna exiſtit in homine, & tamen ipſe eſt indiuiſibilis, eſt intellectum ſecundum. nam, ſi diuideretur in infinitum eſſet inconueniens. ſi vero eſſet ei finitas, includitur in vnitatibus proculdubio non diuiſibilibus. demum nos ſcimus aliquas res, quarum par- E tem non poſſumus ponere auferri, & partem remanere, ex eo quòd nõ habent partes aliquas. & ſic remanebit dubitatio in duobus locis.

Quorũ Primus eſt vt dicatur, quare negatis dicenti quòd ſubiectum ſcientiæ eſt ſubſtantia, indiuiſibilis, occupans regionem, quæ non diuiditur? & iam ſcitum eſt hoc ex opinione Loquentium. & non remanet poſt hoc, niſi negatio abſoluta. & ẽ quomodo exiſtent omnes ſcientiæ in ſubſtantia indiuiſibili, & remane- F bunt omnes ſubſtantiæ natantes in ea abſque ſcientia fruſtra. negatio autem non eſt vtilis ei, cum fuerit poſſibile etiam dicere ſecundum opiniones eorum quomodo erit anima quid vnum, non occupans regionem, & non innuitur ei, & non erit infra corpus, nec extra, nec continuum corpori, nec ſeparatum ab eo. Sed nos non eligimus hunc locum: quoniam ſermo de parte non diuiſibili eſt prolixus, & ipſe habet in ea rationes Geometricas, in

G quarum narratione eſſet prolixitas, & ex eis eſt, cum dicunt, cum ponimus eſſe ſubſtantiam indiuiſibilem infra duo corpora, an cõtangit vna duarum extremitatum eius id, quod contangit alia, vel ne? ſi idem eſt inconueniens, cum ſequitur ex eo contactus duarum extremitatũ. nam contangens contactum eſt cõtactum. ſi vero fuerit id, quod contangitur, aliud, in hoc quidem eſt affirmatio numerationis, & diuiſionis. & hoc dubium eſt difficilis ſolutionis, aut prolixus eſſet ſermo de
H eo. & non eſt noſtrum vt diſputemus de eo, & veniamus ad alium locum. Secundus vero locus eſt, vt dicamus id, quod narrauiſtis, quòd omne exiſtens in corpore, oportet vt diuidatur, eſt falſum, & conuertitur contra vos, in eo quòd comprehendit virtus extimatiua agni odiũ lupi. nam ipſa in iudicio vnius rei non poteſt conſyderari quòd diuidatur, cum non eſt odio aliqua pars ita quòd conſyderetur apprehenſio alicuius partis eius, & ablatio alteri⁹ partis. & iam peruenit apprehenſio
I eius per virtutem corporalem apud vos. nam animæ beſtiarum ſunt innatę in corporibus, & nõ remanent poſt mortem. & in hoc cõuenerunt omnes. &, ſi eſſet poſſibile eis vt conarentur ad conſyderandum diuiſionem in apprehenſis per ſenſus quinque, & ſenſum communẽ, & virtutem conſeruatiuam formarũ, impoſſibile eſt tamen eis conſyderare diuiſionem in virtute intentionum, ex cuius conditione non eſt vt ſit in materia. Si autem dixerit agnus non apprehendit odium abſolutum abſtractum à materia, ſed ap-

prehendit odium lupi demonſtrati K
talis indiuidualis, copulatũ quidẽ indiuiduo ſuo, & ſede ſua: virtus vero intellectiua apprehendit veritates abſtractas à materiis, & indiuiduis, dicimus agnus quidem apprehendit colorem lupi, & figuram eius vſque ad odium. &, ſi color imprimitur in virtute viſiua, & ſic figura, & diuiditur diuiſione ſubiecti viſus, q̃ro, odiũ, cũ quo apprehendit᷑ ab eo. &, ſi id apprehendit in corpe, igit᷑ diuiditur? Et vellẽ ſcire quid eſt hæc apprehenſio, cum diuiditur? & quomodo erit pars eius? an ſit apprehenſio partis, aut quælibet pars L
apprehenſio totius odij? & erit odium ſcitum pluribus vicibus, & erit apprehẽſio eius in omnibus partibus partium ſubiecti. hę ſunt dubitationes, quę fiunt demonſtrationibus eorum, & non poſſunt euadere ab inconuenienti. Si autem dicet, hęc eſt contradictio in intelligibilibus, quæ non poſſunt contradici. nam vos, cum non poteſtis dubitare in ambabus propoſitionibus & eſt quòd ſcientia vna non diuiditur, & quòd id, quod nõn diuiditur, non exiſtit in corpore diuiſibili, nõ poteritis dubitare in compoſitione M
ſyllogiſmi. & iam verificatum eſt ꝙ figura eius eſt figura concludens: & impoſſibile eſt vobis dubitare in cõcluſione. Reſponſio autem eſt ꝙ hic liber, non compoſuimus eum, niſi ad declarandum conatum, & contradictionem verbis Philoſophorum. & prouenit ex eo, quòd cõtradicimus cum hoc vni duarum rerum: aut enim ei, quod dixerunt de anima rationali, aut ei, quod dixerunt de virtute extimatiua. poſtea ꝑ ſermo-

A ſermonem huius cōtradictionis declarabitur ꝙ ipſi dereliquerunt locum, quo inuoluitur in ſyllogiſmo. locus autem inuolutionis eſt, cum dicunt, ſi ſcientia exiſtit in corpore modo, quo exiſtit tinctura coloris in colorato, & diuiditur tinctura ad diuiſionem colorati, diuiditur quidem ſciētia ad diuiſionem ſubiecti. & inconueniens conſiſtit in dictione exiſtentiæ, cum poteſt eſſe vt non ſit proportio ſcientiæ ad ſubiectum, ſicut proportio tincturæ ad coloratum, ita ꝙ dicitur ꝙ extenditur ſup id exiſtens in eo, & diſpargitur in B lateribus eius, & diuiditur ad diuiſionem eius. & forte proportio ſcientię ad ſubiectum ſuum eſt alio modo. & hic quidem modus, impoſſibilis eſt ei diuiſio ad diuiſioné ſubiecti: ſed proportio eius ad id eſt proportio odij ad corpus: & modi proportionum attributorum ad ſubiecta non includuntur eodem modo. & non ſunt notæ differentiæ nobis ſciētia, cui confidendum eſt. & iudicium de eo præter incluſionem differentię proportionis eſt iudicium, cui non eſt confidendum. Demum non negatur ꝙ id, quod dixerunt, eſt id, pro C pter quod vigoratur exiſtimatio, & fortificatur, ſed negatur ꝙ ſit ſcitum ſcientia vera, in quam non tranſit error, & non diriguntur dubitationes ad eam. & hoc capitulum dubitat contra eam.

### AVERROES.

AIt Auer. Cum accipiuntur propoſitiones factę à Philoſophis in hoc quæſito indefinitæ, tunc diſputatio facta ab Alga. ſequitur eis. D nam, cum dicimus omne. quod exiſtit ex attributis in corpore, eſt diuiſibile ad diuiſionem corporis, intelliguntur de eo duo. quorum Vnum eſt quòd ſit definitio partis illius attributi exiſtentis parti ipſius corporis definitio totius: vt exiſtentia albedinis in corpore albo. nam quælibet pars albedinis exiſtētis in corpore demonſtrata, talis erit definitio eius, & definitio albedinis totius eadem definitio. Secundum vero eſt, vt ſit attributum alligatum corpori abſque figura propria, & hoc etiam eſt diuiſibile ad diuiſionem corporis: nō autem quòd definitio totius, E & partis ſit eadem definitio, vt virtus viſiua exiſtens in viſu, ſed ex eo ꝙ ipſa recipit magis & minus, recipit etiam ſubiectum magis & minus. & ideo erit virtus viſiua in ſanis fortior, quàm ſit in ægris, & iuuenibus fortior, quàm ſenibus. Et quod in eo communicant hæ duæ potentiæ eſt quòd ſunt indiuiduales. ſcilicet quòd diuiditur in quantitate, & non diuiditur in quiditate, ſcilicet quòd ipſæ aut remanebunt idem definitione, & quiditate, aut auferētur, & diuiduntur ad vnum terminum in quantitate, & ſunt idem de F finitione, & quiditate, & non diuiduntur ad quamlibet partium. & totum hoc differt à primo ſecundum magis, & minus. & pars eius, quę deperditur, non eſt operatio eius operatio reſidui. nam operatio deperditi ex viſu debili non agit actionem viſus debilis. & communicant in eo ꝙ coloratio etiam non diuiditur ad diuiſionem ſui ſubiecti ad quamlibet partem. & definitio eius remanet eadem: ſed finit diuiſio ad ter-

G minum,ad quem ſi diuiditur, corrũ
pitur coloratio. Attamen quod con-
ſeruat diuiſionem ſemper eſt natu-
ra continui,ſcilicet forma continui-
tatis. Et hæc propoſitio etiam, cum
ſic poſita fuerit, erit nota ex ſeipſa,
ſcilicet ꝙ omne recipiẽs diuiſionem
his duabus ſpeciebus diuiſionis,ſub-
iectum eius eſt corpus ex corporibꝰ.
& conuerſio etiam eſt manifeſta: &
eſt ꝙ omne exiſtens in corpore reci-
pit diuiſionem aliqua harum dua-
rum ſpecierum diuiſionis. Et, cum
verificatum fuerit hoc, tunc conuer
ſio ſui contradictorij eſt verà, ſi ſci-
H ueris quid ſit conuerſio contradicto
rij: & eſt,id,quod recipit diuiſionem
aliquo horum duorum modorum,
non exiſtit in corpore. &, cum copu
laueris huic id, quod manifeſtum
eſt etiam de intellectis vniuerſali-
bus,& eſt ꝙ ipſa non recipiunt diui-
ſionem aliquo duorum modorum,
cùm non ſint formæ indiuiduales,
manifeſtum eſt ꝙ ſequitur ex hoc
ꝙ intelligibilia, non eſt eis ſubiectũ
corpus ex corporibus, nec potentia
ad ea eſt potentia in corpore: ergo ſe
quitur vt ſit ſubiectum eorum virtus
ſpiritualis comprehẽdens ſeipſam,
& aliud. Alga. vero,quoniam aſſum
I pſit vnam ſpeciem duarum ſpecie-
rum diuiſionis, & remouit eam ab
intellectis vniuerſalibus, contradi-
xit per ſecundam partem repertam
in virtute viſiua, & virtute imagina-
tiua,& fecit in hoc ſermonem ſophi
ſticum. & ſcientia animæ eſt nobi-
lior,& profundior, quàm vt appre-
hendatur in arte topica. Præterea ip
ſe non adduxit demonſtrationem
Auicennæ ſecundum modum eius.
nam vũ ille fundauit demonſtratio-
nem ſuam,dicens ꝙ intellecta,ſi exi- K
ſterent in corpore, aut exiſterent ex
eo in parte non diuiſibili,aut in par
te diuiſibili. deinde inconueniens
eſt vt exiſtãt in re indiuiſibili ex cor-
pore. & cum hoc fuerit inconueniẽs,
remanet vt intellectus, ſi exiſtit in
corpore,vt exiſtat in eo in re diuiſi-
bili. deinde deſtruxit ꝙ exiſtat in re
diuiſibili: ergo ſalſum eſt vt exiſtat
in corpore omnino. Et, quoniam
deſtruxit Alga. vnam duarum par-
tium,dixit,non eſt abſurdum, quin
ſit proportio intellectus in corpore L
alia proportio. & eſt manifeſtum ꝙ,
ſi proportionabitur corpori, nõ ſunt
hic niſi duæ proportiones, aut pro-
portio ad id ad ſubiectum diuiſibi-
le, aut ſubiectum non diuiſibile.
Attamen ꝙ cum eo completur hæc
demonſtratio, eſt ꝙ intellectus non
habet alligationem alicui virtuti
virtutum animæ alligatione formæ
in ſubiecto. nam,ſi auferetur ab eo,
ꝙ eſt alligatus corpori, non eſt du-
bium ꝙ auferetur ab eo, ꝙ non eſt
alligatus virtuti virtutum animæ al
ligatarum corpori. nam, ſi eſſet alli-
gatus alicui virtutum animæ, vt di- M
cit Ariſt. non erit operatio ei niſi ex
virtute illa. &,ſi hoc eſſet, non appre
hendit virtutem illam. Hoc eſt,quo
ſuſtentatus eſt Ariſt. in declarando
ꝙ intellectus eſt ſeparatus. Et narra-
bimus etiam dubitationem ſecun-
dam, quam adduxit in ſecunda ra-
tione,quam Philoſophus aſſumpſit
pro ratione,poſtquam notificaueri-
mus ꝙ rationes eorum, cum permu
tatæ fuerint ab arte ſibi propria, eſt
ſupremus gradus earum gradus ſer-
monum topicorum. & ideo intentio
noſtra in hoc libro eſt ſcire qualita-
tem

A tem ſermonum poſitorum in eo, at-
tributorum ambabus ſectis, & ad pa
tefaciendum, qui duorum ſermonũ
ſit dignior vt attribuatur domino
eiusdeſtructio, & contradictio.

ALGAZEL.

AIt Alga. Ratio Secunda. Dixe-
runt, ſi diſpoſitio ſciẽtis in ſci-
to vno intellectuali, & eſt ſcitum ab
ſtractũ à materia, eſt exiſtens in ma
teria exiſtentia accidentium in ſub-
ſtantiis corporalibus, ſequitur diui-
ſio eius in forma ad diuiſionem cor
B poris, vt diximus antea. Et, ſi nõ fue-
rit exiſtens in eo, nec extenſum in
ipſo, & negant dictionem exiſtẽtiæ,
veniemus profecto ad aliam prola-
tionem, & dicemus an ſcientiæ ſit ꝓ
portio ſcienti, vel ne? & eſt falſum
ceſſare proportionem. nam, ſi ceſſa-
ret proportio de eo, tũc ꝙ ſciat, id nõ
erit dignius, quàm non ſciat. Et, ſi eſt
ei proportio, non euaderet à tribus par
tibus. aut. n. erit proportio ad quam
libet partem partiũ ſubiecti, aut ad
aliquas partes ſubiecti præter alias,
aut non erit ad aliquam partium
proportio. Et falſum eſt vt dicatur,
C non eſt proportio ad aliquam par-
tium. nam, cum non fuerit propor-
tio in vnitatibus, non erit proportio
in aggregato: aggregatum enim ex
ſeparatis eſt ſeparatũ. & falſum eſt
vt dicatur proportio ad aliquas: nã
id, ad quod non habet proportionẽ
ſcientia, non eſt de diſpoſitione ſcien
tiæ. & de eo non loquimur. Et fal-
ſum eſt vt dicatur ꝙ cuilibet parti
poſitæ ſit proportio ad ſubſtãtiam.
nam, ſi eſſet proportio ab ſubſtan-
tiam ſciẽtiæ ſm totum, manifeſtum
D eſt ꝙ quælibet pars non eſt pars ſci-
ti, ſed erit ſcitum ſicut eſt totum. &
tunc erit intellectum vicibus infini-
tis in actu. ſi vero quælibet pars ha-
bet proportionem aliam quàm ſit
proportio, quam habet alia pars ad
ſubſtantiam ſcientiæ: igitur ſubſtã-
tia ſcientiæ diuiditur re. & iam de-
clarauimus ꝙ ſcientia de ſcito vno
omnimode nõ diuiditur re. &, ſi fue-
rit ꝓportio cuiuslibet ad rem ex ſub
ſtantia ſcientiæ alia, quam illa, ad
quam eſt proportio alterius, tunc
diuidi hanc ſcientiam in hoc eſt ma
gis apparens, & eſt falſum. Et ex hoc
E declarabitur ꝙ ſenſibilia impreſſa in
quinq; ſenſibus non erunt niſi ſimi
litudines formarum particularium
diuiſibilium. nam hæc apprehenſio
eſt aduentus ſimilitudinis apprehẽ-
ſi in animam apprehendẽtis. & erit
cuilibet parti ſimilitudinum ſenſati
proportio ad partem inſtrumenti
corporalis. Dubitatio tamen huic eſt
id, quod dictum eſt ſupra. nam per-
mutare dictionem exiſtentiæ in di-
ctionem proportionis non aufert
dubium in eo, quod exiſtit. ſicut vir-
tus extimatiua in agno, & odium lu
pi, vt dixerunt, quæ eſt apprehenſio
F abſque dubio, & non proportio ad
eum. & ſequitur ex proportione illa
illud quod dixiſtis. nam odium non
eſt quid, cui menſurata ſit propor-
tio habens quantitatem menſurabi
lem, adeo ꝙ imprimatur ſimilitudo
eius in corpore menſurato, & propor
tionẽtur partes eius partibus illius.
& eſſe figuram lupi menſuratam nõ
ſoluit dubium. nam genus aliquid
apprehendit præter figurã, & eſt di-
uerſitas, & odium, & contrarietas. &
hoc quidem odium additum figuræ

G non habet menſuram: & iam apprehendit id in corpore mẽſurato. Hoc profectò eſt dubium huic demõſtrationi, ſicut eſt primæ. Si autem dixerit aliquis, vos repuliſtis has demonſtrationes, ex eo ꝙ ſcientia exiſtit in ſubiecto per ſubſtantiam occupantem regionem, quæ non diuiditur, & eſt pars indiuiſibilis, dicimus ꝙ non: qm̃ loqui de ſubſtantia indiuiſibili pẽdet in rebus Geometricis, & prolixus eſſet ſermo ĩ ſolutione ei⁹. Præterea, non eſt in eo aliquid, quo auferatur dubium. nam ſequitur vt H ſit poſſe, & voluntas etiam in hac parte. homini enim eſt actio. & hoc non poteſt conſyderari niſi cum poſſe, & voluntate, & non poteſt conſyderari voluntas, niſi cum ſcientia, & poſſe ſcribere cum manu & digitis. ſcientia vero eius non eſt cum manu, cum non auferatur in inciſione manus, nec voluntas eius eſt cũ manu: nam vult eam præter dominiũ manus. & prohibetur non ex priuatione voluntatis, ſed ex priuatione ipſius poſſe.

AVERROES.

Ait Auer. Hic ſermo non eſt declaratio diſtincta in ſe, ſed eſt I complementum ſermonis præcedentis. Nam ĩ ſermone pręcedẽti poſuit ꝙ ſcientia non diuiditur ad diuiſionem ſubiecti poſitiue, in hoc vero ſermone conatus eſt declarare illud, faciens quidem diuiſionẽ eius ad tria. & tunc dubitatio prima remãſit ei. & remanſit, qm̃ ipſe non compleuit ambas res, de quibus dĩ diuiſio materialis. nam, qm̃ ipſi auferunt ꝙ diuidat̃ intellectus ad diuiſionẽ ſubiecti eo modo, quo diuiduntur accidẽtia ad diuiſionem ſubiecti, & hæc eſt vna ſpecies diuiſionis corporalis, & K eſt quę reperitur in virtutibus corporeis apprehenſiuis, ingreſſa eſt profecto contra eum dubitatio pp has virtutes. completur vero demõſtratio, cum auferantur hæ duæ ſpecies diuiſionis ab intellectu, & declaretur ꝙ omne habens permanentiam in corpore non euadet ab vna harum duarum ſpecierum diuiſionis. Et forte dubitatur in eo ꝙ reperitur in corpore in hac ſpecie alia entitatis, ſ. quæ non diuiditur ad diuiſionem ſubiecti definitione, vtrum ſit ſeparatum à ſubiecto, vel ne? nam nos videmu plurimas partes ſubiecti auferri, & L tñ nõ aufertur hic modus entitatis, ſ. apprehenſio indiuidualis. & exiſtimatur ꝙ, quemadmodum non aufertur forma in deſtructione partis, aut partium à ſubiecto, ſic nõ auferẽ in deſtructione totius, & ꝙ ablatio actionis formæ pp ſubiectum eſt ſimilis ablationi operationis artificis pp inſtrumẽtum. & ideo dixit Ariſt. ꝙ, ſi eſſet ſeni ocul⁹, ſicut eſt iuueni, videret ſicut videt iuuenis. i. poteſt exiſtimari ꝙ diminutio viſus oculi quæ euenit ſeni in virtute viſiua, nõ eſt ex debilitate viſus, ſed ex debilitate inſtrĩ. & ſumit rõ in hoc ex deſtru M ctione inſtrĩ, aut plurimarum partium eius in ſomno, & apoplexia, & ebrietate, & ægritudinibus, quibus deſtruuntur apprehẽſiones ſenſuũ. nam non dubitatur quòd virtutes non deſtruũtur in illis temporibus. & hoc videtur magis in animalib⁹, quæ, cum incidantur in duas partes, viuunt. & plurimæ plantarum ſunt huiuſmodi, licet nõ fuerit in eis virtus apprehenſiua. Sermo autem de anima eſt nimis ꝓfundus. ſed Deus appro-

A appropriauit eum ſapientibus profundis in ſcientia, & ideo dixit Iob, ſimplex ego ſum, neſcio aīam meā. Et ſimilitudo mortis ſomno in hoc eſt rō euidens permanentię animæ. qm̄ deſtruitur operatio aīę in ſomno ex deſtructione inſtrorum eius, & tn̄ ipſa non deſtruitur. igitur neceſſe eſt vt ſit diſpoſitio eius in morte, ſicut eſt diſpoſitio eius in ſomno. iudicium enim partium eſt idem, & eſt ratio communis omnibus, conueniens vulgo in credendo veritatem, & excitat homines ſapientes ad viam, ex qua ſcient immortalitatē B animæ. & hoc manifeſtū eſt ex ſermone Dei, Perueniunt aīæ in morte in eo, qui nō moritur in ſomno.

ALGAZEL.

Ait Alga. Ratio Tertia. Dicunt ſi ſcientia exiſteret in pte corporis, tunc eſſet ſciens, qui ſcit hanc partem præter alias partes hominis. & tamen homo dr̄ de eo ſciens. & ſcire eſt attributum ei vlr̄ abſq; proportione ad ſubiectum proprium. & hoc eſt manifeſtum. qm̄ ipſe appellatur videns, & audiens, & guſtās & odor reperitur ei. & ſic beſtia at- C tribuitur ei hoc. & id quidem non indicat ꝙ apprehenſio ſenſibilium non ſit in corpore, ſed eſt ſpecies pmiſſionis, ſicut dicitur talis homo eſt in Gallia, licet fuerit ī pte aliqua vniuerſæ Gallię, non in tota, & tamen refertur ad totam.

AVERROES.

Ait Auer. Cum autem conceditur ꝙ intellectus non attribuitur alicui membro hominis, & conſtituta eſt demonſtratio in hoc: id enim non eſt notum per ſe: manife- D ſtum eſt ꝙ ſequitur ex eo vt non ſit ſubiectum eius aliquod corpus ex corporibus. Et non erit dictum noſtrum de homine, ꝙ ſit ſciens, ſicut dictum noſtrum, ꝙ videat. qm̄, cū fuerit notum per ſe ꝙ videt per aliquod membrum deputatum, manifeſtum eſt ꝙ, cum attribuimus ei viſum abſolute, eſt poſſibile ſecūdum conſuetudinem Maurorum, & aliarum gentium in hoc. &, cū non fuerit intellectui membrum deputatū, manifeſtum eſt ꝙ, cum dicimus de eo ꝙ ſit ſciens, nō eſt ex eo ꝙ aliqua E pars eius ſcit. ſed quomodo hoc ſit non eſt notum per ſe. nam ipſe non tenet ꝙ ſit hic membrum deputatū ei, nec locus deputatus in aliquo mēbro membrorū, ſicut eſt in virtute imaginatiua, & cogitatiua, & memoratiua. nam loca iſtarū ſunt nota in cerebro.

ALGAZEL.

Ait Alga. Demonſtratio Quarta. Si autem ſcientia exiſtit in parte cordis, aut cerebri, exēpli gratia, tunc ignorantia eſt contrarium eius. & oportet vt admittamus ꝙ F ſit in alia parte cordis, aut cerebri: & erit hō aliquando ſciens, & ignorans de aliqua re. &, cū hoc falſum fuerit, declarabitur ꝙ ſubiectū ignorantię eſt ſubiectum ſciētiæ. & hoc ſubiectum eſt vnum, ita ꝙ falſum ē aggregari duo contraria in eo. & ipſe quidem, ſi eſſet in ſubiecto, nō eſſet falſum exiſtere ignorantiam in aliqua parte eius, & ſcientiam in aliqua parte eius. quoniā rei exiſtenti in ſubiecto non contrariatur contrarium eius in alio ſubiecto, vt congregant̄ nigredo & albedo in eodē oculo, ſed in duobus ſubiectis. & nō

G ſequitur hoc in ſenſibus. nam nullũ eſt contrarium apprehenſioni eorum. ipſi enim apprehendunt, & nõ apprehendunt. & non eſt inter eos niſi oppoſitio eſſe, & priuationis. & propter hoc dicimus ꝙ apprehendit per aliquas partes eius, vt oculus & aures: & nõ apprehendit per reſiduum ſui corporis. & nulla eſt ei cõtradictio. & non ſufficit dictum veſtrum ꝙ ſcire eſt contrarium ignorantię, & iudiciũ eſt vniuerſale eis in toto corpore, cum non ſit falſum vt ſit iudicium præter ſubiectũ cauſę. nam ſciens eſt ſubiectum, in quo
H exiſtit ſcientia: &, ſi profertur nomẽ de vlĩ, eſt abuſiue. ſicut dr̃ eſt in Gallia, licet fuerit ĩ aliqua pte eiꝰ & ſicut dr̃ videns, licet ſciuerimus de neceſſitate ꝙ iudicium viſionis non conſiſtit in pede, & manu, ſed eſt ꝓpriũ oculo. & cõuertitur iudicium de ſubiectis, vt cõuertitur de cauſis. nam iudicium eſt diminutum de ſubiecto cauſarum. & non euadit ab hoc ſermo dicentis ꝙ ſubiectum, aptum ad recipiendum ſcientiam, & ignorantiam hominis, eſt vnum, & conuertuntur cum eo. nam apud vos o-
I mne corpus, habens vitam, recipit ſcientiam, & ignorantiam. & nõ ponunt præter vitam aliam conditionẽ, & aliæ partes corporis apud eos circa receptionem ſcientiæ ſunt in eodem gradu. Dubitatio vero, ꝙ hoc cõuertitur, eſt contra vos in appetitu, & deſyderio, & voluntate. nã hæc exiſtũt in beſtiis, & hominibꝰ, & ſunt ſimul exiſtentia in corpore. deinde falſum eſt vt mutẽtur, ex eo ꝙ apperunt, & congregantur in eo fuga, & perfectio ad idem, cum fuerit deſyderium in ſubiecto, & fuga in alio ſubiecto. & hoc non indicat K ꝙ ipſa non exiſtant in corpore. quoniam iſtæ virtutes, licet multę fuerint, & mouentur diuerſis inſtrumentis, habent tamen vnum copulans, & eſt anima. & hoc homini, & beſtię ſimul. &, cum vnitur copulãs mutabuntur relationes contradictorię in comparatione ad id. & hoc quidem non indicat ꝙ anima non ſit exiſtẽs in corpore, ſicut ẽ in beſtiis.

AVERROES.

Ait Auer. Hoc, quod narrauit nomine Philoſophorum hic, non ſequitur ab eo, niſi ꝙ ſcientia non exiſtit in corpore, modo, quo L exiſtit coloratio in eo, demum alia accidentia, nõ autem ꝙ ipſa exiſtat in corpore omnino. nam ꝓhibitio ſubiectę ſcientię, quin recipiat ignorantiam de re, & ſcientiam de ea, indicat neceſſario ꝙ non ſit ei vnitas. contraria.n. non exiſtunt in eodem ſubiecto. & hęc ſpecies impoſſibilitatis reperitur in aliis attributis, quę ſunt apprehenſiones, & ex apprehenſionibus: quod vero eſt propriũ ſubiecto ſcientiæ ex receptione eſt ꝙ apprehendit contraria ſimul. ſ. rem, & contrarium eius. & hoc quidem M impoſſibile eſt vt ſit, niſi apprehenſione nõ diuiſibili in ſubiecto nõ diuiſibili. nam iudex eſt vnus neceſſario. & ideo dr̃ ꝙ ſcientia contrariorum eſt eadem. Hic quidem modus receptionis eſt, qui appropriatur animę neceſſario. Attamen declaratum eſt apud eos ꝙ hęc eſt diſpoſitio ſenſus cõis iudicantis de quinq; ſenſibus, & eſt apud eos corporeus. quare non eſt rõ ad ꝓbandũ ꝙ intellectus nõ exiſtat in corpore. quoniã nos dicimus ꝙ exiſtẽtia eſt duobus

A bus modis, aut exiſtentia attributo-
rum non apprehēdentium, aut exi-
ſtentia attributorum apprehenden-
tiũ. Et id profecto, cum quo in hoc
ſermone dubitauit eis, eſt verum: &
eſt ꝙ anima concupiſcibilis nõ mo-
uetur ad contraria ſimul, & tamẽ eſt
corporea. Et non vidi aliquem Phi-
loſophorum ratiocinari ex hoc, in
affirmando permanentiam animæ,
niſi non conſyderantem ſermones
ſuos: nam proprietas vniuſcuiuſque
virtutis apprehenſiuæ eſt vt non co-
pulentur in apprehenſione eius duo
oppoſita, ſicut proprietas duorum
B contrariorum extra animam eſt vt
non congregentur in eodem ſubie-
cto. Igitur hoc eſt, in quo cõmuni
cant virtutes apprehenſiuę cum vir-
tutibus non apprehenſiuis. & appro
priatur virtutibus apprehenſiuis ꝙ
ipſæ iudicant de contrariis repertis
ſimul. ſ. ſciunt vnum eorum ex ſciẽ-
tia alterius. & appropriatur virtuti-
bus non apprehenſiuis, quoniam di
uiduntur ad diuiſionem corporis, &
reperiuntur in diuerſis partib⁹ eiuſ-
dem corporis contraria ſimul, non
autem in eadem parte. &, quoniam
anima ſubiectum eius nõ diuiditur
C hac ſpecie diuiſionis, non euenit ei
vt reperiantur in ea duo contradi
ctoria ſimul in duabus partibus ſu-
biecti. Quare iſti ſermones omnes
ſunt ſermones hominis non perue-
nientis ad opiniones Philoſophorũ
in his rebus. O q̃ eſt remota opi-
nio afferentis rationem de perma-
nentia animæ, ex eo ꝙ ipſa non iu-
dicat de duobus contradictoriis ſi-
mul. nam ſequitur ex hoc vt ſubie-
ctum eius ſit vnum non diuiſibile.
& quæro quę eſt ratio ad probandũ
ꝙ ſubiectum non diuiſibile ad diui D
ſionem ſubiecti accidentium, quod
non ſit diu ſibile omnin:

ALGAZEL.

Ait Alga. Ratio Quinta. Dicũt
ſi intellectus intelligit intelli-
gibilia inſtrumento corporeo, ipſe
quidem non intelligit ſeipſum. &
conſequens eſt falſum, quia ipſe in-
telligit ſeipſum: igitᷓ antecedẽs ẽ fal-
ſum. Dicimus, nos bene cõcedimus
ꝙ reiteratio oppoſiti conſequentis
concludit oppoſitum antecedentis:
attamen, cùm probatur cõſequen-
tia conſequentis ab antecedenti, nõ
admittimus, ſed dicimus, nõ cõcedi E
mus conſequentiam conſequentis.
Et quæro quæ eſt ratio eius? Si autẽ
dixerit, ratio eius eſt, quia viſus eſt ĩ
corpore, & viſus, non alligatus viſui
in aſpiciendo non videt, & auditus
non audit, & ſic alij ſenſus, & intelle
ctus non apprehendit etiam, niſi in
corpore: ergo non intelligit ſeipm̄.
intellectus autem, quemadmodum
intelligit aliud, ſic ĩtelligit ſeipſum,
& intelligit ꝙ intelligat aliud, & ꝙ
ipſe intellexerat ſeipſum. Dicimus
id, quod dixiſtis, eſt corruptum ex
duobus. Primum quidem, quoniã
viſus apud nos poſſibile eſt vt allige F
tur ſibiipſi, & erit viſus alteri, & ſibi-
ipſi, quẽadmodum erit vnum ſciẽs
ſciens aliud, & ſciens ſeipſum. ſed cõ
ſuetudo currit in cõtrarium huius,
& reſciſſio conſuetudinis apud nos
admittitur. Secundum vero, & eſt
fortius, eſt concedendo hoc in ſenſi-
bus. Attamen non, cùm hoc im-
poſſibile eſt in quibuſdam ſenſi-
bus, impoſſibile eſt etiam in quibuſ
dam. Et quid inconuenientius eſt
vt

G vt diſtinguatur iudicium ſenſuum
in modo apprehenſionis cum com-
municatione eorũ quòd ſint corpo-
rei?vt differunt viſus,& tactus. quia
tactus nõ acquirit apprehẽſionem,
niſi cum continuatione contacti in-
ſtrumento tactus.& ſic etiam eſt gu
ſtus.& differt ab eo viſus,cùm condi
tionatur in eo ſeparatio,ita ꝙ, ſi po-
natur ſuper palpebras,non videt co
lorem,quia non diſtat ab eo.& hæc
quidem diuerſitas non facit diuerſi-
tatem, quò ad eorum indigentiam
corpore.& non negatur quin ſit in
H ſenſibus corporeis quid,quod appel
latur intellectus,& differt ab eis, in
eo ꝙ apprehendit ſeipſum.

### AVERROES.

AIt Auerr. Contradictio autem
Prima,& eſt,cùm dicit ꝙ poſ-
ſibile eſt vt reſcindatur conſuetudo,
& videbit viſus ſeipſum,eſt ſermo in
vltimitate ſophiſticationis, & inuo-
lutionis.& iam locuti ſumus de hoc
ſuperius. Secunda vero contradi-
ctio,& eſt,cùm dicit ꝙ nõ eſt abſur-
dum vt apprehenſio corporea appre
hendat ſeipſam,habet quidem quã-
I dam ſufficientiam. Attamen cùm
ſcitus fuerit modus, qui mouit eos
ad hoc, ſcietur ꝙ hoc eſt impoſſibi-
le. nam apprehenſio eſt quid reper-
tum inter agens,& paſſum, & eſt ap
prehendens,& apprehenſum.& fal-
ſum eſt vt ſit ſenſus agens, & patiens
eodẽ modo.&,cùm reperitur agens,
patiens eſt duobus modis, ſ.ꝙ actio
eſt ei ex parte formæ, paſſio vero ex
parte materiæ: igitur omne compo-
ſitum non intelligit ſeipſum. quo-
niam ſubſtantia eius eſt alia ab eo,
per quod intelligit. nam intelligit ꝑ K
partem ſubſtantiæ ſuæ.&, quia in-
tellectus eſt ipſum intellectũ, tunc,
ſi compoſitum intelligit ſeipſum,cõ
uertitur compoſitum in ſimplex, &
totum fit pars, & hoc totum eſt fal-
ſum. Et hic ſermo,cũ ſcribitur hic,
eſt rhetoricus.&, cùm ſcribitur ſecũ-
dum ordinem demonſtrationum,
& eſt vt præcedant eum concluſio-
nes, quæ debent præcedere, poteſt
fieri demonſtratiuus.

### ALGAZEL.

AIt Algaz. Ratio Sexta. Dicunt L
ſi intellectus apprehẽderet cũ
inſtrumento corporeo, vt viſus,non
apprehenderet inſtrumenta ſua, vt
faciunt alij ſenſus: ſed ipſe apprehen
dit cerebrum, & cor, & quod poni-
tur, ꝙ ſit inſtrumentum eius: ergo
indicat ꝙ non habet inſtrumẽtum,
nec ſubiectum.ſin autem, id non ap
prehenderet. Dubitatio autem huic
eſt,ſicut dubitatio, quę fit in pręce-
denti. quoniam nos dicimus ꝙ non
eſt inconueniens quin viſus appre-
hendat ſubiectum ſuum, ſed currit
ſecundum conſuetudinem. nam di-
cimus nõ eſt falſum vt differant ſen M
ſus in hoc,licet communicent in exi
ſtentia eorum in corporibus, vt an-
tea. Et quare dicitis ꝙ exiſtens in
corpore, falſum eſt vt apprehendat
corpus, quod eſt ſubiectum eius?&
quare ſequitur vt iudicemus ex vno
demonſtrato tali particulari remo-
to ſuper vniuerſale abſolutũ? & vn-
de ſcitur deliberatiue falſitas eius?&
iam dictum eſt in Logica ꝙ iudica-
tur ex cauſa particulari, aut particu
laribus plurimis ſuper vniuerſale,

A ita ꝙ dãt exemplum in hoc, cùm dixerit aliquis ꝙ omne animal mouet in maſticando mandibulam inferiorem, quoniam vidimus inductiue oĩa animalia eſſe talia. & hoc quidẽ erit, quia neſcit tanſah. nam ipſum mouet mandibulam ſuperiorem. & ſic iſti profectò non inquirunt inductiue, niſi quinque ſenſus, & inueniunt eos modo tali, & iudicauerũt de omnibus cum eo. & forte intellectus eſt ſenſus, qui currit in his ſenſibus curſu tãſah inter alia animalia. igitur ſenſus cum hoc, ꝙ ſunt corporei, diuiduntur ad id, quod apprehẽdit ſubiectum ſuum, & ad id, quod B non apprehendit, vt diuiduntur ad id, quod apprehendit obiectum ſuũ abſq; contactu, vt eſt viſus, & ad id, quod non apprehendit, niſi continuatione, vt guſtus, & tactus. igitur id, quod dixerunt, ſi generauit exiſtimationem, non generauit tamen veritatem, cui confidendum ſit. Si autem dicet, nos non ſuſtentamur ſimplici inductione ſenſuum, ſed demõſtratione, & dicimus ſi eſſent cor, & cerebrum in anima hominis, non deficeret ei apprehẽſio eorum, adeo quòd non euadet ab apprehenſione ſuiipſius. nam vnus homo non C ſcit ſeipſum ex ſeipſo, ſed affirmat ſẽper animam ſuã ex anima ſua, ſed non eſt ſic in apprehẽſione eorum. homo enim cùm non audiet recitationem cordis, & cerebri, nec videt ea in anatomia alicuiꝰ hominis, non apprehendit ea, nec credet ꝙ ſint. &, ſi intellectus eſſet in corpore, oportet vt intelligat hoc corpus ſemper, aut id non apprehendit ſemper. Dubitatio autem eſt, ꝙ nullum amborum eſt verum, ſed intelligit ſeipſum aliquando, & non intelligit ſeipſum aliquando. & hoc probatur. quoniam, ſi apprehenſio, exiſtens in ſubiecto, apprehẽdit ſubiectum ex pro D portione eius ad ſubiectum, & non conſyderatur ꝙ ſit ei ꝓportio ad id, niſi exiſtentia in eo, profectò nunq̃ id apprehendet. Et, ſi hæc proportio non erit tunc, nunquam debet id apprehendere: cum impoſſibile eſt vt ſit ei alia proportio ad id, prout eſt ipſe. quoniam ex eo ꝙ intelligit ſeipſum, intelligit ſeipſum ſemper, & E hoc nõ deficit ei in aliqua hora. Dicimus ꝙ homo, quotienſcunq; perſeuerauerit conſyderare aĩam ſuam, & non celatur ei, ipſe profectò conſyderat corpus ſuum, Veruntamen ꝙ non innuitur ei nomen cordis, & forma eius, & figura eius, ſed affirmat animam ſuã eſſe corpus, adeo ꝙ affirmatꝰ eſſe animam ſuam cum veſtibus ſuis, & eſſe domi. anima vero, quam dixerunt, non attribuitur veſtibus, & domui. & affirmatio eiꝰ ad corpus, quod eſt principale, ſequitur ei. & non curant de figura eius, F & nomine eius, ſicut non curant de ſubiecto odoris, & ꝙ ſunt addita in anteriori parte cerebri ſimilia capitibus mammillarum. Et, ſicut homo ſcit ꝙ apprehendit odorem cum naribus, tamen ſubiectum apprehenſionis non conſyderatur ab eo, nec demonſtratur, licet apprehenderit ꝙ eſt propinquior ad caput, q̃ ſit propinquior ad infra aures, ſic conſyderat homo animam ſuam, & ſcit ꝙ eſſe eius, quo cõſiſtit, eſt propinquiꝰ cordi, quam ſit pedi. nam ipſe conſyderat animam ſuam, remãſuram cum priuatione pedis, & non conſyderat conſyderatione animæ ſuæ remanſuræ

G manſurę cum priuatione cordis. igitur id, quod dixerunt de eo, ꝙ ipſe intelligit de corpore aliquando, & aliquando non intelligit, nõ eſt ſic.

AVERROES.

AIt Auer. Dubitatio autem ei⁹, ꝙ id, quod eſt in corpore, aut virtus in corpore, non intelligit ſeipſum per rationem, quoniam ſenſus ſunt virtutes apprehẽſiuæ in corporibus, & ipſæ non intelligunt ſeipſas, hoc quidem eſt in capitulo inductionis, quę non facit adipiſci veritatẽ. H Et aſſimilatio eius inductioni factæ de eo, ꝙ omne animal mouet mandibulam inferiorem, profecto non eſt ei ſimilis aliquo modo, licet fuerit ſimilis aliquo modo. Quòd autem ſit ei diſſimilis, eſt, qm̃ ponẽs inductiue ꝙ oẽ animal mouet mandibulam inferiorem, facit inductionem diminutam: nam inducit in ea omnes ſpecies animalium. ponẽs vero ꝙ omnes ſenſus non apprehendunt ſeipſos in rei veritate, facit inductionem perfectam, cũ non ſit ſenſus præter quinque ſenſus. Iudiciũ autem per id, quod videtur ex ſenſibus, ꝙ omnis virtus apprehẽſiua nõ I eſt in corpore, eſt ſimile inductioni, qua iudicamus ꝙ omne animal mouet mandibulam inferiorem. nam ponens hoc, quemadmodum non facit inductionem in omnibus animalibus, ſic ponens ꝙ omnis virtus apprehenſiua non eſt in corpore, ex eo ꝙ ſic eſt in ſenſibus, non facit inductionem in omnibus virtutibus apprehenſiuis. Quòd vero dixit de eis in eo ꝙ, ſi intellectus eſſet in corpore, comprehẽderet corpus, in quo eſt apud apprehenſionem ſuam, eſt K ſermo leuis, & non eſt ex ſermonibus Philoſophorum. quoniam hoc ſequeretur, ſi omnis apprehendens eſſe rei, id apprehenderet per definitionem eius. & non eſt ſic. nam nos apprehendimus animam, & multa, & non apprehendimus definitiones eorum: quoniam, ſi apprehenderemus definitionem animæ cum eſſe eius, ſciremus neceſſario ex definitione eius eſſe eius, an ſit in corpore, vel non ſit in corpore. ſi enim eſſet in corpore, eſſet corpus neceſſario aſſumptum in definitione eius. &, ſi non fuerit in corpore, non erit corpus aſſumptum in definitione eius. L hoc quidem eſt id, quod debet teneri hic. Cõtradictio autem Alga huic ſermoni, ꝙ homo conſyderat de anima ꝙ ſit in corpore eius, licet non diſcernatur ab eo membrum, in quo eſt ex corpore, eſt profecto vera. & Antiqui differunt in hoc. ſed ſcientia noſtra, ꝙ ſit in corpore, non eſt ſcientia, ꝙ ſit ei exiſtentia in corpore. nam hoc non eſt notum per ſe. & eſt id, in quo differunt homines & Antiqui, & Moderni. ſi n corpus eſſet ei vt inſtrumentũ, nullam quidẽ habet exiſtentiam in eo. ſi vero eſſet M ei vt accidens ſubſtantiæ, non erit ei eſſe niſi in corpore.

ALGAZEL.

AIt Alga. Ratio Septima. Dixerunt, virtutes apprehenſiuæ in inſtrumentis corporeis, accidit eis ex conſuetudine in operatione, & continuatione apprehenſionis diminutio. nam cõtinuatio motus corrumpit complexiones corporum, & deſtruit

A ſtruit eas. & ſic res exceſſiue excelſioris comprehenſionis debilitāt eas, & aliquando corrumpunt eas, adeo ꝙ non apprehendūt poſtea aliquid leuius, & debilius: ſicut eſt vox exceſſiua auditui, & lux clara viſui. nā aliquando corrupit eum. aut prohibetur poſtea ab apprehēſione vocis leuis. & ſic etiam apprehenſa ex guſtu. apprehendens enim dulcedinem exceſſiuam non ſentit poſtea dulcedinem, quæ eſt minor ea. Diſpoſitio vero in virtute intellectiua eſt in cōtrarium. nam continuatio in ſpeculando intelligibilia non eam reddit
B feſſam in hoc. & apprehenſio ſpeculabilium ſupremorum fortificat eā ad comprehendendum ſpeculabilia leuia, & non debilitat eam. ſi vero euenit ei aliquando feſſitas, hoc eſt, quia indiget virtute imaginatiua, & coadiuuatione eius, & debilitatur virtus imaginatiua, & non inſeruit intellectui. Dubitatio autem eſt ex viis pręcedētibus. nam nos dicimus non negatur quòd differant ſenſus corporei in hoc. & non omne, quod affirmatur aliquibus eorum, oportet vt affirmetur aliis. ſed non negamus ꝙ differant corpora. nam ſunt aliqua eorum, quæ debilitat ea mo-
C tus aliquis: & aliqua, quæ ea fortificat alius motus, & non debilitat. &, ſi receperint impreſſionem ex eis, erit profecto ibi cauſa mutans virtutem eorum, ita quòd non ſentient impreſſionem. & totum hoc eſt poſſibile, cùm iudicium affirmans in aliquibus, non oportet vt affirmet in omnibus.

AVERROES. D

Ait Auer. Hęc eſt ratio antiqua ex rationibus eorum, & concluſio eius eſt ꝙ, cùm intellectus apprehendit intelligibile forte, deinde reuertitur ad apprehenſionem eius, quod eſt debilius, tunc apprehenſio eius eſt facilior. & hoc indicat ꝙ apprehenſio eius non eſt in corpore. nā nos reperimus virtutes corporeas apprehenſiuas recipere impreſſionē ab apprehenſis fortibus impreſſione tali, qua debilitatur apprehenſio earū, ita ꝙ impoſſibile eſt eis vt apprehēdant ea, quæ ſunt facilioris apprehenſionis poſt apprehenſionem fortioris apprehēſionis. Et cauſa in hoc E eſt, quoniam omnis forma exiſtens in corpore, exiſtentia eius in eo eſt, quia recipit hoc corpus impreſſionem ab ea, ſed exiſtit in eo, quoniā eſt diuerſa proculdubio. ſin autem, non erit forma in corpore. &, quoniam inuenerunt ꝙ recipiens intelligibilia non recipit impreſſionem ab intelligibilibus, determinauerūt ꝙ hoc recipiēs non ſit in corpore. Attamen hoc non eſt ei contradictio. nam omne recipiens impreſſionem à ſubiecto ex exiſtentia formę in eo, conuenientem quidem, aut fugiendam, aut paucā, aut multam, eſt cor- F poreum neceſſario. & conuerſio huius eſt etiam vera. & eſt, omne, quod eſt corporeum, recipit impreſſionē à forma aduenientе ei, & menſura impreſſionis eius eſt ſecundum mēſuram miſtionis illius formæ corpori. Et cauſa in hoc eſt, quoniam omnis generatio ſequitur mutationem. &, ſi introducere turorma in corpore abſque mutatione, tunc eſſe poſſibile

G bile, vt reperiretur forma corporea, ex qua non imprimitur aliquid ſubiecto in aduentu eius.

ALGAZEL.

Ait Alga. Ratio Octaua. Dixerunt, oẽs partes corporis debilitatur vigor earum, poſtquam peruenerint ad ſtatum prope quadraginta annos: & quod poſtea, debilitatur viſus, & auditus, & aliæ virtutes: virtus tamen intellectiua vt plurimum fortificatur poſt hoc in pluribus. Et non eſt dicendum contra hoc, ex eo ꝙ euenit priuatio ſpeculationis intelligibilium, cũ acciderint H morbi corpori, & hyeme cauſa ſenectutis. nam quotienſcunq; declaratum ſit ꝙ fortificatur cum debilitate corporis in quibuſdam temporibus, declarabitur etiam ꝙ exiſtat in corpore. Sed deſtructio eius apud deſtructionem corporis non infert neceſſario vt exiſtat in corpore. nam reiteratio conſequentis non concludit. nos enim dicimus ſi virtus intellectiua exiſteret in corpore, debilitaret eam debilitas corporis in aliquibus temporibus: igitur declarata eſt exiſtentia eius, in ſeipſo in omni tẽpore. ſed conſequens eſt falſum, igitur antecedens eſt falſum. &, cùm di I cimus conſequens, quod reperitur in aliquibus temporibus, non ſequitur vt antecedens ſit verum. Vlterius cauſa eius eſt, quoniam anima habet operationem in ſeipſa, cùm non fuerit ei prohibens, & non fuerit ei occupans. nam ipſius animæ duæ ſunt operationes, operatio quidem reſpectu corporis, & eſt regere id: & operatio reſpectu principiorum ſuorum, & ſuiipſius, & eſt apprehen K ſio intelligibilium. & ſunt duæ operationes diuerſæ, & diſtinctæ: & dũ occupauerit ſeipſam in aliqua earũ, declinat ab alia, & defecit ei congregare ambas ſimul. occupatio autem eius ex parte corporis ſunt ſenſatio, & imaginatio, & appetitus, & timor, & ira, & exiſtimatio, & triſtitia, et dolor. &, cùm incœperit conſyderare in intelligibili, deficit ab iſtis rebus. immo ſenſus tantum prohibet, & remouet ab apprehenſione intellectus, & ſpeculatione eius, abſq; eo ꝙ aliquid tangat inſtrumentum intellectus, aut accidat ipſimet læſio. Et L cauſa huius eſt occupatio animæ in aliqua operatione. & ideo deſtruitur ſpeculatio ĩtellectus etiam apud dolorem, & morbum, & timorem, quia eſt morbus in cerebro. Et quomodo prohibetur impoſſibilitas cũ diuerſitate modorum actionis animæ, & numeratione vnius modi ſequitur impoſſibilitas? nam timor in voluit à dolore, & appetitus ab ira & cõſyderatio in intelligibili, ab aliquo intelligibili ſeparato ab eo. & ſignum, ꝙ morbus eueniens corpori non eſt in ſubiecto ſciarum, eſt, q̃m cum reuertitur ſanum, non indiget diſciplina ſcientiarum denuo, ſed redit qualitas animæ eius, prout fuerat, & reuertuntur illæmet ſcientiæ, M abſq; ꝙ fiat diſciplinatio. Dubitatio autem. quoniam nos dicimus ꝙ diminutio virtutum, & additio earum habent multas cauſas, quæ non concluduntur, & aliquæ profecto virtutes fortificantur in principio vitæ, & aliquæ in medio, & aliquæ in fine. & intellectus eſt ſic etiam. & non remanet niſi quòd topicus ratiocinetur,

A tur,& non concedat quòd differant odor,& viſus. quoniā odor fortificat poſt quadrageſimum annum, & tamen viſus debilitatur, licet ſint æquales, cùm fiunt in corpore. quēadmodū differūt iſtę virtutes in aīalibus, & fortificatur odor in quibuſdam,& auditus in quibuſdā,& viſus in quibuſdā ex diuerſitate cōplexionis eorum. & nō eſt quidem poſſe hoc ſcire,& nō eſt incōueniēs vt ſint ēt complexiones inſtrumentorū diuerſę ſecundum indiuidua & ſecundum tempora. & erit vna cauſarum prioritatis debilitatis viſus p̄ter intellectum. quoniam viſus eſt B prior intellectu. nam videt in principio creationis,& tamen non perficitur intellectus eius, niſi poſt quintumdecimum annum,aut plus,prout vidimus quòd differunt homines in eo, ita quòd dicitur quòd canities in capillis capitis eſt prior ea, quæ eſt in barba,quoniam capillus capitis eſt prior. Hæ ſunt cauſæ, de quibus, ſi aliquis loquitur, & non attribuit hoc curſui cōſuetudinum, non poteſt ædificare ſuper eas ſcitū tutum. quoniam modi poſſibilitatis, in eo quòd adduntur ex eo virtutes, aut debilitantur, non includuntur. & hoc non facit peruenire ad aliquid veritatis.

C

AVERROES.

AIt Auer. Si poſuit quòd virtutes apprehenſiuæ, ſubiectum earum eſt calor naturalis, & calori quidem elementali euenit diminutio poſt quadrageſimum annum, tunc debet eſſe intellectus in hoc, vt aliæ virtutes, ſcilicet quòd oportet, ſi eſſet ſubiectum eius calor elementalis, vt veteraſcat ad vetetationem eius. Attamen, ſi conſyderetur quòd ſubiecta ſint diuerſa in intellectu,& ſenſibilibus, tunc non ſequitur vt ſint æqualia tempora eorum. D

ALGAZEL.

AIt Alga. Ratio Nona. Dixerūt quomodo erit homo pręſtatio corporis, & accidentium eius: & tn̄ hęc corpora nō deficiunt reſolui:& nutrimētū reſtaurat id,qđ rſol uitur, adeo ꝙ cū videmus ſenſu vnū puerum ęgrotare aliqñ & macrefieri,deinde impinguari & creſcere, tūc poſſumus dicere ꝙ non remanet ei poſt quadrageſimū annum aliquid ex partibus, quę reperiebātur in eo apud exitū ab vtero matris, ſed fuit initium eſſe eius ex partibus ſpermatis tm̄,& non remanſit ei aliquid ex partibus ſpermatis,ſed reſoluitur totum hoc,& permutatur in aliud, & erit hoc corpus aliud à corpore illo. & tamē dicimus hunc hominē eſſe eundem hominem: adeo ꝙ remanebunt cum eo ſcientiæ eius ab initio pueritię.& iam mutauit omnes ſenſationes ſuas.igitur indicat ꝙ ſit animæ eſſe præter corpus, & ꝙ corpus ſit inſtrumentum animæ. Dubitatio autem, ꝙ hoc deſtruitur in belua, & arbore, eſt cùm conſyderatur crementum earum à pueritia. nam dr̄ ꝙ hoc eſt illud, ſicut dr̄ de homine, & tamen nō indicat hoc, ꝙ ſit ei eſſe pręter corpus. & quod dictum eſt de ſciētia deſtruitur, cùm imaginatiua conſeruat formas. nam ipſa remanet à pueritia ad crementum, licet mutentur partes cerebri. E F

AVER-

G AVERROES.

AIt Auer. Hæc eſt ratio, quam
nō fecit aliquis Antiquorum
in permanentia animę, ſed fecerunt
eam in eo, ꝙ in indiuiduis eſt ſub-
ſtantia remanens à genitura vſq; ad
mortem, & ꝙ res non ſunt in conti-
nuo fluxu, vt putauerunt multi ex
Antiquis, auferentes neceſſarium,
adeo ꝙ neceſſitatus fuit Plato pone-
re ideas. & non eſt occupandum tē-
pus in hoc. & dubitatio Alga. huic
rationi eſt vera.

ALGAZEL.

H AIt Alga. Ratio Decima. Dixe-
runt, virtus intellectiua appre-
hendit canones vniuerſales intelle-
ctuales, quos appellant Loquētes di
ſpoſitiones, & apprehendit hominē
abſolutū, ex eo ꝙ videt aliquod in-
diuiduum humanum demonſtra-
tum tale. & eſt ſciētia de indiuiduo,
quod videtur. nam id, quod videt̃,
ē in loco proprio, & colore proprio,
& tempore proprio, & menſura pro
pria, & ſitu proprio. homo vero ab-
ſolutus intellectus eſt abſtractus ab
I his rebus: immo in eum ingreditur
omne, de quo profertur nomen ho-
minis; licet nō fuerit ſecundum co-
lorem apparentem in menſura ei⁹,
& ſitu eius, & loco eius, & tempore
eius. immo is, cuius eſſe eſt poſſibile
in futurum, ingreditur in eū, adeo
ꝙ, ſi corrumperetur homo, remane-
ret verificatio hominis in ītellectu,
abſtracti quidem ab iſtis ꝓprietati-
bus. & omne, qđ ſenſus vidit, id in-
diuiduale, ex eo peruenit in intelle-
ctum verificatio illius indiuidui vni-
uerſalis abſtracta à materiis, & mi- K
neralibus, adeo ꝙ diuidentur attri-
buta eius ad id, quod eſt ei eſſentia-
le, vt eſt corporeitas plantæ, & aīa-
li, &c. vſque ad finem capituli.

AVERROES.

AIt Auer. Id autem, quod recita-
uit nomine Philoſophorum
de hac ratione, eſt ꝙ intellectus ap-
prehendit de indiuiduis, quæ com-
municant ſpecie aliquid, quo com-
municant. & eſt quiditas illius ſpe-
ciei, abſq; eo ꝙ diuidat illud in ea, ī
quę diuiduntur indiuidua, in eo ꝙ
ſunt indiuidua, ex loco, ſitu, & mate L
riis, ex quibus plurificantur. igitur
neceſſe eſt vt ſit non generabilis, nec
corruptibilis, nec deperditur, cùm
deperdatur aliquod indiuiduorū, in
quibus inuenit̃ ille. & ideo ſcię ſunt
ęternæ, & nō generabiles nec corru-
ptibiles, niſi per accidēs, ſ. ex copula-
tione earum Socrati, & Platoni, ſcili-
cet ſunt corruptibiles propter copu-
lationem, non ꝙ ſint corruptibiles
ex ſe. nā, ſi eſſent generabiles & cor-
ruptibiles, tunc eſſet hæc copulatio
in eiſmet ipſis, & non congregaren-
tur in eadem re. Dixerunt, &, cùm M
hoc habitum fuerit de intellectu, &
fuerit in anima, neceſſe eſt vt ſit ani
ma non diuiſibilis ad diuiſionem in
diuiduorum, & vt ſit etiam quid
vnum in Socrate, & Platone. Et hæc
quidē ratio de intellectu eſt fortis,
quoniam intellectui nihil eſt indiui
duitatis. anima autem, licet fuerit
abſtracta ab accidētibus, quibus nu-
merantur indiuidua, famoſi tamen
ex ſapientibus dixerunt ꝙ non exit
à natura indiuidui, licet ſit apprehē-
dens.

A dens. & eſt ſpeculatio in hoc loco. Dubitatio autem, quam fecit contra eos Alga. conſiſtit in hoc quòd intellectus eſt quid indiuiduale: & vniuerſalitas accidit ei. & ſic aſſimilauit cõſyderationem eius de re cõmuni indiuiduis conſyderationi vnius ſenſus multis vicibus. nam eſt vnus apud eos, non autem quid vniuerſale. & vita exempli gratia in Socrate eſt eadem numero, quam vidit in Platone. & hoc eſt falſum. nam, ſi hoc eſſet verum, non eſſet inter apprehenſionem intellectus, & apprehenſionem ſenſus differentia, & nõ
B traduximus ſermonẽ eius hic, quia prolixus eſt

## DISPVTATIO III.

### De dicto eorum, quòd falſum eſt dicere quod corrumpantur iſtę animę: ſed, cum reperiant̃, ſunt ęternę perpetuę, & nõ poteſt cõſiderari corruptio, & finitas earum.

C AVERROES.

DIxit Auer. Et ſic dixit poſtea quòd Philoſophi in eo, quòd anima habet corruptionem poſt eſſe, ꝙ ſit falſum, habent duas rationes. Quarum vna eſt, ſi anima corrumpitur, corruptio eius nõ euadet ab vna trium rerum. aut enim corrumpitur cum corruptione cor-

D poris, aut corrumpitur propter contrarium repertum ei, aut ex poſſe potentis. & falſum eſt vt corrumpatur ad corruptionem corporis, eſt enim ſeparata à corpore. & falſum eſt vt ſit ei contrarium, nam ſubſtantia ſeparata non habet contrarium. & falſum eſt vt alligetur poſſe potẽtis priuationi, vt dictum eſt ſupra. Dubitatio autem eis eſt. nos non concedimus quòd ſit ſeparata à corpore. Vlterius, quia dilectum apud Auicennam eſt vt ſint animæ numeratæ ad numerationem corporum. nam eſſe animam vnam numero omnimode in omnibus indiuiduis, accidunt E
ei multa inconuenientia, ex quibus illud eſt, quòd, cùm ſcit Socrates aliquid, ſciet id etiã Plato. &, cùm ignorat id Plato, ignorat id Socrates. Iterum ſunt inconuenientia alia, quæ ſequuntur huic poſitioni. ipſe vero reſpondet huic ſermoni ꝙ ipſa cum ponitur numerata ad numerationẽ corporum, ſequeretur vt eſſet alligata eis, & corrumperetur neceſſario ad corruptionem corporum. Attamen Philoſophi poſſunt dicere ꝙ non ſequitur, cùm fuerit inter duo proportio alligationis, & amoris, vt eſt proportio inter deſyderans, & de- F
ſyderatum, & vt eſt proportio inter ferrum, & magnetem, vt, cùm corrumpitur vnum, corrumpatur aliud. ſed aduerſarius poteſt interrogare eos quid eſt, quo approprianrur animæ, & plurificantur plurificatione numerali, & tamen ſunt ſeparatæ à materia. nam plurificatio numeralis indiuidualis prouenit ex materia. Veruntamen defendenti permanentiam animæ, & numerationem eius eſt dicere quòd ſit ex materia ſubti-

G li : & eſt calor animalis, qui influi-
tur à corporibus cœleſtibus : & eſt
calidum, quod non eſt ignis, nec
eſt in eo principium ignis, ſed in eo
ſunt animæ informantes corpora,
quę ſunt hic & animas exiſtentes in
illis corporibus. Et nullus Philoſo-
phorum cõtradicit quin in elemen-
tis ſit calor cœleſtis, deferens virtu-
tes generantes animal, & plantam.
ſed aliqui appellant has virtutes na-
turales cœleſtes: Galenus vero ap-
pellat eam virtutem informantem,
& aliquando appellat eam creato-
rem, & dicit quòd ipſe tenet quòd ſit
H hic agens animalis ſapiẽs, id creans.
& hoc apparet ex anatomia. vbi vero
exiſtit hoc agens, & quid ſit, eſt quid
nobilius quàm poſſit homo id ſcire.
Et ex hoc aſſumpſit rationem Plato,
quòd anima ſit ſeparata à corpore,
quoniam ipſa eſt creatrix eius, &
informatrix. nam, ſi corpus eſſet con-
ditum in eſſe eius, non crearet, nec
informaret illud. & hęc quidem ani
ma, ſcilicet creatrix magis apparet
in animali non generante, poſtea
in generante. nam nos, quemadmo-
dum ſcimus, quòd anima ſit quid
I additum calori elementali, cum ca-
lor, in eo quòd eſt calor, non eſt de
natura eius vt efficiat operationes or
dinatas intelligibiles, ſic etiam ſci-
mus quòd calor, qui eſt in ſperma-
tibus, non eſt ei ſufficientia ad crea-
tionem, & informationem. & nulla
eſt differentia apud eos quòd ſint in
elementis animæ, creantes quamli-
bet ſpeciẽ ſpecierum repertarum in
animali, & plantis, & mineralibus,
& totum, quod opus eſt in eſſe eius,
& permanentia cum regione, & ꝙ
ſint virtutes conſeruantes eam. Hæ
autem animę aut erũt tanquam me- K
diæ inter animas corporum cœle-
ſtium, & animas, quæ ſunt hic in
corporibus ſenſibilibus, & habebunt
abſque dubio in animabus, quæ ſunt
hic, & corporibus dominium: &
hinc ortus eſt ſermo de parte: aut ip-
ſæ in ſeipſis ſunt alligatæ corporibꝰ,
quæ ab eis ſunt creata propter ſimi-
litudinem, quæ eſt inter ea. &, cùm
corrumpantur corpora, reuertun-
tur ad materias ſuas ſpirituales, &
corpora ſua ſubtilia, quæ non ſen-
tiuntur. & nullus eſt Philoſophorũ
antiquorum, qui non concedat eſ-
ſe has animas: differunt tamen an L
ſint illæ, quę exiſtunt in corporibꝰ,
aut eſt aliud genus præter illas. Qui
vero dixerunt de datore formarum,
ipſi quidem poſuerunt has formas
intellectum ſeparatum. & hoc non
reperitur alicui Antiquorum, niſi
quibuſdã Philoſophis Maurorum.
quoniam ex radicibus eorum eſt,
quòd ſeparata non mutant mate-
rias mutatione tranſmutationis per
ſe, & primo. nam mutans eſt contra-
rium eius, quod mutatur. Et hæc
quidem diſputatio eſt profundiſſi-
ma diſputationum, quæ ſunt in Phi
loſophia. Et fortiſſimum, quod te- M
ſtatur in hoc, eſt quoniam intelle-
ctus materialis intelligit infinita in
vno, & eodem intellecto, & iudi-
cat de eis iudicio vniuerſali, & non
eſt ſubſtantia eius hæc ſubſtantia.
igitur eſt non materialis omnino.
Et ideo laudat Ariſtoteles Anaxa-
goram, cùm poſuerit primum mo-
torem intellectum, aut formam ſe-
paratam à materia. & ideo non pa-
titur ex aliquo entium. nam cau-
ſa paſſionis eſt materia. & in hoc eſt
diſpoſi-

A diſpoſitio in virtutibus recipientib⁹, ſicut eſt diſpoſitio in virtutib⁹ agentibus. nam virtutes recipientes, habentes materiam, ſunt quę recipiunt res determinatas.

## DISPVTATIO. IIII.

### De dicto eorum, quòd non ſit falſum quod animæ reuertantur amplius in corporibus.

AVERROES.

B AIt Auer. Et, cùm ſeparat⁹ fuit ab hac diſputatione, incœpit cogitare quòd Philoſophi negant congregationem corporum in die iudicij. & hoc quidem non reperitur ſermo de eo in aliquo præcedentium. Sermo autem de cõgregatione corporũ habet paucam prouulgationem in legibus prouulgatis. & quod dixerunt de ea Philoſophi, eſt præter numerum duorũ. nam primi, qui dixerunt de congregatione corporum, ſunt Prophetæ
C Iſraelitę, qui venerunt poſt Moyſen principem Prophetarum, & hoc apparet in pſalmis, & in multis libris attributis filijs Iſrael. & affirmatur etiam hoc in euangeliis. & eſt ſermo Zabaiſtarum, quam quidem legem dixit Auenhazam fuiſſe antiquiſſimam legum. Sed iſti homines apparet de eis quòd ſunt vigoroſiores ad magnificandum eam, & credendum ei. Et cauſa huius eſt, quoniã ipſi tenent quòd currit curſu regiminis hominum, in quo quidẽ

Sermo de legibus.

conſiſtit eſſe hominis, & aduentus D ſummi boni ei proprij. nam ipſa eſt neceſſaria inuentioni virtutum moralium in homine, & virtutum ſpeculabilium, & artium operatiuarũ. ipſi enim tenent, quòd homo nõ habet vitam in hac noſtra habitatione, niſi per artes operatiuas: & non eſt ei vita in hoc ſeculo, & in futuro, niſi per virtutes ſpeculatiuas: & non perficitur quęlibet harum duarum, & non peruenit ad eum, niſi per virtutes morales: & virtutes morales non vigorantur niſi per cognitionem habitam de Deo glo. & magnificationem eius per operationes E legales præceptas in qualibet gente, vt ſunt holocauſta, & orationes, & ſimilia ex ſermonibus, quos dicunt de Deo glo. & Angelis, & Prophetis. Denique tenent quòd leges ſunt artes neceſſariæ morales, quarum principia accipiuntur ab intellectu, & lege, & præcipue id, quod eſt commune omnibus legibus: licet differant in hoc ſecundum magis, & minus. & tenent cum hoc quod non debemus dubitare, per ſermonem affirmantem, aut negantem, in principiis earum vniuerſalibus, vt an neceſſe ſit ſeruire Deo glo. vel ne, & qđ F maius eſt an reperiatur, vel ne? & ſic tenent in aliis principiis eius, ſicut ſermo de inuentione ſummi boni vltimi, & qualitate eius. nam omnes leges cõueniunt circa entitatem vltimam poſt mortem, licet differãt in qualitate huius entitatis: quemadmodum conueniunt circa ſcientiam eſſe eius, & attributa, & operationes eius, licet differãt in eo, quod eſt de ſubſtantia principij, & operationib⁹ eius ſecundũ plus, & minus.

G & ſic etiam conueniunt in operationibus perducētibus ad ſummum bonum, quod eſt in habitatione vltima, licet differant in conſyderatione harum operationum. Demum ipſæ leges, quid vtuntur modo ſcientiæ per viam communem omnibus, quæ eſt neceſſaria apud eos. nam Philoſophi vtuntur vſu notificationis ſummi boni aliquorum intelligentium, quibus opus eſt addiſcere ſcientiam, & leges. & ideo intendunt docere vulgus generaliter: & tamen non inuenimus legem ex legibus, quæ non excitet ad id, quod

H eſt proprium ſapientibus, & includat id, in quo communicat vulgus. Et, quoniam ſpecies hominum propria, perficitur eſſe eius, & peruenit felicitas eius ex cōmunicatione ſpeciei vniuerſalis, ideo doctrina vniuerſalis eſt neceſſaria in eſſe ſpeciei propriæ, & vita eius. in tempore autem pueritiæ, & cremento eius nemo quidem in hoc dubitat. cùm vero permutauerit ſe ad id, quod eſt ſibi proprium, tunc ex neceſſitate nobilitatis eius eſt, vt non vilipendat id, in quo nutritus eſt, ſed id exponat pulchra expoſitione, &

I ſciat quòd id, quod intendit in hac doctrina, eſt vniuerſale, non autem proprium. Et, ſi declaratum fuerit ei quòd ſit dubium in principiis legis, in quibus nutritus eſt, aut in expoſitione ſit aliquid contradicens Prophetis, & declinauerit à viis eorum, eſt ex illis hominibus, qui debent appellari Hęretici, & debet cōdemnari in lege, in qua nutritus eſt condemnatione Hæretici. & oportet etiam eum cum hoc, vt eligat legem nobiliorem ſuæ ætatis: licet omnes apud eum fuerint veræ, & K

ab ignobiliori permutetur ad nobiliorem ea. Et ideo conuerſi ſunt ad ſectam Maurorum ſapientes, qui docebant diſcipulos Alexandriæ, cū peruenit ad eos lex Maurorum, & facti ſunt Chriſtiani ſapientes, qui erant Romæ, cùm peruenit ad eos lex Chriſtiana. & nemo dubitat quin fuerant in filiis Iſrael ſapientes multi. & hoc eſt manifeſtum ex libris, qui reperiuntur apud filios Iſrael, attributis Salomoni. & non defecit ſcientia reperiri in hominibus Prophetiæ. & ſunt Prophetæ. & ideo veriſſima omnium propoſi- L

tionum eſt, quòd omnis propheta eſt ſapiens, & non omnis ſapiens eſt Propheta: ſed ſunt ſapientes, de quibus dicitur quòd ſunt hæredes Prophetarum. Et, cùm artes demonſtratiuæ habeant in principiis ſuis præambula, & radices poſitas, quanto magis eſt dignum vt ſit hoc in legibus, aſſumptis à prophetia, & intellectu. & omnis lex, quæ eſt per prophetiam, miſcetur ei intellectus, & qui tenet quòd poſſibile eſt, vt ſit hic lex per intellectum tantum, neceſſe eſt ei vt ſit diminuta omnium legum, quæ extractæ ſunt per intel- M

lectum, & prophetiam. & vniuerſum conuenit in hoc, quòd principia operationis debēt recipi ab alio: cùm demonſtratio non poſſit producere operationes, niſi per virtutes, prouenientes ab operationibus moralibus, & factiuis. Igitur declaratum eſt ex hoc ſermone quòd Sapiētes omnes opinantur in legibus hāc opinionem, ſcilicet quòd recipiatur à Prophetis, & ponentibus principia operationis, & præcepta legalia in

A in qualibet gente, & laudabilius apud eos ex iſtis principiis neceſſariis eſt id, quod magis excitat vulgus ad operationes laudabiliores, adeo quòd erunt, qui nutriuntur cum eis, perfectioris virtutis, quàm qui nutriuntur cum aliis: vt ſunt orationes apud nos. quia non eſt dubium quòd orationes abſtinere faciunt à turpibus verbis, & Hæreſi. & oratio poſita in hac lege, reperitur ei hęc operatio, perfectior quàm aliis orationibus poſitis in aliis legibus. & hoc quidem eſt ex eo, quod conditionatur de numero eius, &
B temporibus eius. & ſermonibus eius, & alio, quod conditionatum eſt de munditie, & dimiſſione operationum, & ſermonum corrumpétium eam. & ſic id, quod dicitur de merito in ea, magis excitat ad operationes bonas, quàm quod dicitur in alia. & ideo aſſimilari meritum in eis reb' corporeis eſt nobilius, quàm aſſimilari rebus ſpiritualibus. vt dixit Deus glorioſus. Et fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum Paradiſum. Et dixit Propheta, Oculus non videt eam domine præter te. & dixit ſapiens in hoc.
C Id, quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec reputatur in corde carnis. Et dixit Hauhas hen nega non eſt in fine huius mundi, niſi cęlum. Igitur indicat quòd illa entitas eſt ſuperior, & excelſior, hac entitate, & alius gradus nobilior hoc gradu. & non debet negare hoc, qui credit, quòd nos comprehendimus vnum ens permutari à gradu ad gradum, vt eſt permutatio formarum inanimatarum ad id, quòd comprehendant ſeipſas, & ſunt formæ intellectuales. Qui vero dubitauerunt D in his rebus, & diſputauerunt contra hoc, & ſe patefecerunt in eo, ſunt qui intendunt deſtruere leges, & deſtruere virtutes, & ſunt Epicurei, qui opinantur quòd nullus eſt finis intentus in homine, niſi proſequi delectationes, & hoc quidem eſt cui nemo dubitat, & qui meditatur hoc facere de eis, non eſt dubium quòd habentes leges, & ſapientes ſimul interficerent eum, & qui non habet poſſe ſuper eum, perfectior quidem ſermonibus, quibus ratiocinatur contra eum, ſunt rationes, quas includit liber excellens. Id autem, quod E dixit hic vir, contradicens eis, eſt bonum. & non euadet in contradicendo eis, quin ponatur anima immortalis, vt indicauerunt hoc rationes intellectuales, & legales, & vt ponatur quòd qui reuertentur, ſunt vt iſta corpora, quæ fuerant in hac habitatione, non ipſamet. nam corruptum nõ reuertitur in indiuiduum, ſed reuertitur ens ſimile ei, quod corruptum eſt, non ipſummet, quod corruptum eſt, vt declarauit Algazel. Quare non eſt verus ſermo de reuerſione ſecũdum opinionem opinantis ex Loquentibus quòd anima F ſit accidens, & corpora, quæ reuertentur, ſunt illa, quæ corrupta ſunt. nam id, quod corruptum eſt, & poſtea inuenitur, eſt vnum ſpecie, non vnum numero, ſed duo. & præcipuè apud eum, qui dixerit ex eis quòd accidentia nõ permanent per duo tempora. Hic autẽ vir negauit Philoſophis tres diſputationes. quarum Vna eſt iſta: & eſt apud eos ex diſputationibus ſpeculatiuis. Secunda vero eſt, cùm dicunt quòd Deus glo. ſcit particularia

Quo pacto indiuidua reuertãtur.

 cularia

G cularia. & iam diximus etiam quòd hic ſermo non eſt ex ſermonibus eorum. & Tertia, cùm dicunt de antiquitate mũdi. & iam diximus etiam quòd id, quod intelligunt per hoc nomen, non eſt id, quod negauerunt Loquentes in eo. & dixit in hoc libro, quòd nullus Maurorum dicit de merito ſpirituali: & dixit in alio libro quòd Sapientes id dicunt.

Et ſecundum hoc non erit Hęreſis ei, qui dicit de merito ſpirituali, & non dicit ſenſibiliter congregationem, & ponit poſſibilitatem huius ſermonis de merito ſpirituali, & re-

H uertitur etiam in alio loco in negationem congregationis. & hoc totum eſt implicatio, & perturbatio, vt vides, & non eſt dubium quòd iſte vir errauit ſecundum legem, ſicut errauit ſecundum ſcientiam. & Deus eſt dirigens ad verum, & appropians veritati eum, quem vult. K

Et decreui reſecare hic ſermonem de his rebus. & peto veniam de ſermone noſtro in eis. & niſi fuiſſet neceſſitas perquiſitionis veritatis ei, cui conuenit: & eſt, ſicut ait Galenus, vnus ex mille, & prohibitio vt loquatur de ea cum eo, qui non eſt ex hominibus eius, non laboraſſem in hoc. & Deus glo. bene ſcit etiam & vnicam literam. & debet Deus glo. recipere excuſationem noſtram in hoc, & remouere ſcrupulum ex bonitate, & miſericordia ſua, quia eſt tribuẽs, & benefaciens omnibus. L

*Deſtructionum deſtructionum Philoſophiæ Algazelis finis.*

Auerrois

# AVERROIS TRACTATVS DE ANIMÆ BEATITVDINE.

## *Proponit declarare animæ beatitudinem, quæ eſt ſecundum Ariſtotelem, coniunctio intellectus abſtracti cum anima humana.* Cap. I.

B INtentio mea in hoc tractatu nobiliſſimo eſt declarare beatitudinem vltimam animę humanę *[in hoc mundo,& in futuro,] ſecundum principalem intentionem Philoſophorum in aſcenſu ſupremo ipſius. Et, cùm dico aſcenſum, intelligo quòd perficiatur, & nobilitetur, ita vt coniungatur cum intellectu abſtracto, & vniatur cum eo,ita vt cum eo fiat vnum: C & hoc ſine dubio eſt ſupremus gradus ſui aſcenſus. Nam manifeſtum eſt omnia entia ſub tribus ſpeciebus comprehendi. Vna eſt materia infima, & quæ ex ea generantur. & illa quidem ignobilior eſt in gradu, & loco. Et ſuper iſtam in gradu, & loco eſt ſpecies corporum ſphæricorum: quorum ſemper eſt fixa forma, & ſtabilis in ſuis materiis: ita quòd dicuntur materia, & forma in illis, & generabilibus ex materia infima æquiuoce. Et ſuper illa eſt vnus gradus ſupremus, & glorioſus, qui vocatur gradus intellectuũ E abſtractorum, qui vere ſunt formæ dantes perfectionem, non exiſtentes in ſubiecto. Ideo, cùm dicitur de anima quòd aſcendit, intelligitur coniunctio eius cum aliquo intellectuum abſtractorum. Et, quia cognoſco principalem intẽtionem Philoſophorum fuiſſe cõtemplari in eſſentia huiuſmodi entis apud eos, & apud veritatem, & vltimam beatitudinem, viſum eſt mihi declarare hoc, ſermone breui: & intelligenti, ſicut tu: in quo reperies declarationes huius rei, pluſquàm in commentis meis de Anima: & plus ar- F gumentis probatum, quàm in libris Philoſophorum. Solicite itaq; meipſum dedi, nobiliſſime ſocie ſuper rem à te poſtulatam, ſcilicet ad opinionem Philoſophi in coniunctione intellectus abſtracti cum anima humana declarandam, & ad veritatem aperiendam. & hoc ſecundum radices ſuas: nam illud quidem fundamentum eſt, quod ab omnibus glorificatur Philoſophis. ſed multum condiuiſi ſunt Philo-

*al. co. nõ habet hæc verba.

Entia oĩa ſub trib⁹ ſpẽb⁹ cõprehẽdi.

G ſophi: quemadmodum per intentionem ſermonum apparet diuiſio in eo, quod de ſermonibus ipſius eſt verum.

*De intellectus materialis eſſentia, tum ex Antiquorum, tum ex propriis dictis declarata.* Cap. 2.

Radices duę, ad cognoſcendũ cõnexioné intellectus abſtracti cũ homine.

SCias quòd certitudinis huius rei cognitio exiſtit in duabus radicibꝰ. Vna eſt ſpeculatio in eſſe intellectꝰ materialis. & hoc eſt fundamentum huius quę-
H ſtionis. & non ſunt diuerſificati Philoſophi in hoc, niſi propter diuerſitatem, quam habet in eſſe huius intellectus. Secunda radix eſt ſpeculatio in re, propter quam intellectus abſtractus eſt cauſa reducendi intellectum materialem in eſſe actu intellectum. & hoc eſt ſcire, ſi eſt cauſa ſecundum modum efficientis, & motoris ſolum, ſicut reperitur in motoribus naturalibus, aut per viam formæ, & finis, ſicut faciunt abſtracta in animalibus ſphæricis. Hic volo enarrare tibi breuiter intentionem Philoſophi in eſſe intellectus mate-
I rialis, & abſtracti. Poſt hoc autem declarabo tibi quid oritur ex ſententia ſua ex iis duobus. Deinceps perueniam ad cognitionem poſſibilitatis cõiunctionis animæ cum intellectu. Dico autem quòd principium dicti Philoſophi in ſpeculatione intellectus, qui materialis dicitur, ſi eſt, aut non, fuit quod propoſuit ex rebus notis per ſe, & dixit quòd comparatio intelligibilium ad intellectum, ſcilicet materialem ipſorum apprehenſiuum, eſt vna, & eadem, quæ eſt ſenſibilium ad ſenſum. K Et ex hoc habet quòd intellectus apprehenſiuus intelligibilium eſt virtus recipiens, & non agens: ſicut ſenſus, qui eſt virtus recipiens a ſenſato. Et, cùm declaratũ fuit ei quòd intellectus materialis eſt de virtutibus recipientibus, & non agentibus, reſultauit ei de neceſſitate vna duarum rerum: aut quòd intellectus, qui eſt in potentia recipiat, quæ ſunt intelligibilia actu, & permutetur ex eis, ſicut receptio ſenſus ad ſenſatum: aut ſit hæc receptio, & permutatio alio modo. L Et poſtquàm vera eſt hæc diuiſio, ſpeculatur poſtea in eſſe intellectus, dicens conueniens eſſe ꝙ natura huius receptionis, & permutationis ſit diuerſa à natura receptionis ſenſus, & dicatur receptio, & permutatio de eis æquiuoce. & hoc ideo eſt, quia eſt de rebus notis per ſe, quòd intellectus materialis habet intelligere omnes formas. De neceſſitate ergo eſt quòd illa virtus non ſit diſgregata, ſiue diſtenſa per corpus, neque diuiſibilis ad diuiſionem corporis ſicut ſunt virtutes ſenſibiles, quæ ſunt diſgregatæ in corpore, & diuiſibiles ad diuiſionem corporis ſecundum vnum modum. M Et hoc probatur quatuor mediis demonſtratiuis. Primo quidem, quia, ſi intellectus materialis eſſet virtus apprehenſiua in corpore ſecundum modum ſenſuum, non apprehenderet niſi vnam formarum. quia propria ſubiecta non recipiunt niſi proprias formas: ſicut natura ſenſus viſus non recipit ſenſatum guſtus.

Ariſto. dicta, & qđ ex eis cõprehenditur.

Intellectꝰ nõ eſt virtus p corpus diſtẽſa.

A ſtus. Secundo. quia, ſi eſſet virtus in corpore ad propriam formam, non apprehenderet rem ſibi appropriatam. nam, ſi oculus eſſet coloratus, non poſſet recipere virtus viſibilis colorem. &, ſi in lingua eſſet ſapor non apprehenderet alios ſapores.

Tertio. ſi eſſet hæc virtus in corpore ad formam propriam, ſicut dictum eſt, non apprehenderet ſeipſam. quia vides formas ſenſibiles materiales non ſeipſas apprehendere: & finis eſſe earum eſt apprehenſio alterius rei à ſe. Quarto. ſi hęc virtus, & pręparatio eſſet in corpore ad B formam propriam, contingeret ei quod accidit ſenſibus, quoniam apprehendunt vnum ſenſatum. Nam duorum alterum accidit ſenſui: vel quia non recipit contrarium, quando apprehendit iſtud ſenſatum: vel, ſi recipit, imperfectum, & permutatum recipit: ſicut accidit viſui in cōtrariis coloribus, & guſtui in contrariis ſaporibus. & hoc voluit Philoſophus, cum dixit, ſi eſſet mixtus, non reciperet contraria: vel imperfecta, & permutata reciperet. Et hæc eſt ſumma eius, quod comprehendi poteſt ex verbis Philoſophi in eſſentia C huius intellectus. Et quando declaratum fuit ei eſſe intellectus materialis, fuit etiam declaratum quòd hæc pars perfectionis, quæ eſt in anima, quæ vocatur intellectus materialis, non habet niſi naturam poſſibilitatis, & præparationis ſolū: quia non eſt mixtus materię, nec de virtutibus motiuis. Et non eſt hæc præparatio in proprio ſubiecto eſſentia intellectus materialis, ſicut opinati ſunt Antiqui commentatores. Et ideo diuerſa eſt eius poſſibilitas ab aliis poſſibilitatibus, Et ideo dico quòd non eſt aliquod entium, antequam intelligat. Sed Antiqui commentatores, ſicut * Themiſtius, & alij, quando dicitur ab Ariſtotele quòd intellectus materialis non eſt aliquod entium, intellexerunt quòd non ſit ens actu: ſed eſt apud eos ſubſtantia potentia, recipiens formas materiales, ſcilicet poſſibilitas ipſius eſt in ſeipſo, & quòd eſt potentia propriæ ſpeciei, quam recipit. Et, poſtquam occurrit in hoc ſermone incidenter memoratio poſſibilitatis, non recuſabo de ea verbum nouum dicere, vtile, & neceſſarium. Et, quamuis poſſibilitas, & potentia in pluribus communicent, ſcias tamen quòd differt poſſibilitas in duobus à potentia. Vnum eſt, quia poſſibilitas attribuitur ſubſtantiæ rei, cuius eſt: potentia vero attribuitur ei, quod recipit aliquid aliud extra ipſum in ſpecie. verbi gratia maſſa ferri habet in ſe poſſibilitatem vt ex ea fiat enſis: iterum etiam habet in ſe potentia enſem, ſed poſſibilitas attribuitur ſubſtātię ſuę ſolum, & dicitur quòd eſt poſſibilis in ſe, & pręparatę virtutis, vt ex ea fiat enſis, & cętera alia, quę ex ferro fiunt, quę non poſſunt nec ex palea, nec ex cęra fieri: potentia vero attribuitur formę aptę recipi in ſubiecto in ſpecie enſis: & dicitur quòd enſis eſt in hac maſſa in potentia. poſſibilitas ergo eſt magis ſubſtantialis, & magis generalis, quàm potentia: & pręcedit in intellectu, quia eſt pręparatio fixa, & ſtabilis in ſubſtantia talis rei, per quam poteſt habere virtutem vt efficiatur hoc, vel illud. Aliud autem eſt, quia potentia de neceſſi-

Intellectꝰ mālis nō hēt niſi nām poſſi tatis & p̄paratiōis

D

Themiſtii opinio.

a. l. Theophraſtus.

E

Dĩa inter poſſitã tẽ, & potentiam.

F

G neceſſitate eſt vt exeat in actum in aliquo indiuiduorum ſpeciei aliquo tempore. &, ſi non, eſſet vana. verbi gratia, ſicut ex neceſſitate eſt, vt ſit aliquis Philoſophus in ſpecie humana: ſed non eſt de neceſſitate vt ſit Socrates Philoſophus, quamuis Philoſophiam habeat in potentia. ſed poſſibilitas non eſt neceſſarium vt exeat in actũ in ſpecie, nec in indiuiduo, nec in aliquo tempore. verbi gratia, ſicut omne vinum poſſibile eſt fieri acetum: ſed non eſt neceſſarium, vt aliquod vinum demonſtratum efficiatur, ſi ab extrinſecis H cuſtodiatur accidentibus. Et, cum dixerim quòd poſſibilitas eſt magis ſubſtantialis, dico propter ſubſtantiam rei met. Et ſcias quòd multi Sapientes errauerunt in hoc, credentes non eſſe aliquam differentiam. & nõ expectes declarationem aliquam in aliquo librorum antecedentium me. Nunc autem redeo ad ſententiam meam, & dico quòd ſecundum illorum Antiquorum opinionem debet intelligi quòd natura intellectus materialis intelligitur, ſicut natura materiæ: ſcilicet vt dicatur quòd iſte intellectus comparatur rei intelligibi- I li comparatione materiæ, & formæ: quamuis eſſentia materiæ ſit potentia. Et, quando ponunt quòd hæc ſubſtantia intellectus materialis ſit ſolum ens in potentia, ſicut materia prima, non poſſunt dicere quòd generetur, & corrumpatur. quia quod in potentia eſt, non generatur, neque corrumpitur, ſicut declaratum eſt in eſſe materiæ primæ. Alexander autem, qui fuit de poſtremis inquiſitoribus, ſentit quòd natura huius partis intellectus non eſt

Alexãdri opinio.

aliud, niſi præparatio quædam in aĩa. Et hoc ideo mouetur dicere, qa Ariſtoteles aſſimilauit intellectum materialem præparationi, quæ eſt vt tabula raſa ad recipiendum omnes formas. & ipſe opinatus eſt, ideo quòd ſubiectum præparationis eſt anima, & cum anima. Ex hoc trahitur argumentum quòd hæc præparatio adueniat cum eſſe animæ: quemadmodum alię præparationes cum ſubiectis adueniunt ſuis. Et quidem ſecundum veriſimile apparet ex radicibus Ariſtotelis quòd ipſa ſit præparatio. Si quidem enim ipſa eſſet ſubſtantia, tunc intelligibilia, quæ ſunt etiam per ſe formæ rerum ſenſibilium non fierent: & eſſent ſecundum hoc intelligibile, & ſenſus res vna omni ex parte: & ex ea parte, qua eſt intelligibile, non eſſet poſſibile cognoſcere eſſentiam rerum. Finis denique huius rei eſt quòd ſermo iſte ſimilis eſt ſermoni formarum intelligibilium, quæ apparent in eſſe eorum, quòd in eis nõ eſt aliud, niſi rei ſenſatæ forma. Et, niſi hoc eſſet, nullo modo daret ad cognoſcendum ſeipſam. ſubſtantia enim vnius rei non facit alterius rei ſubſtantiam intellectam, inquantum eſt alia ab ea. Et hæc quidem res eſt cum aliis, quæ ſunt hic, neceſſaria, ad ſciendum vnam de magnis reprehenſionibus, quas de his in aliis narrauimus locis. Cõfirmatio vero Alexandri eſt, quia tenet eſſe per ſe notum quòd iſte intellectus eſt ingenerabilis, & incorruptibilis: quoniam non habet naturam niſi poſſibilitatis, & præparationis. & hæc res, per Deum, non eſt res clara. verum ipſa eſt dubitatione

A tione digna, atque inquiſitione. ſed
eſt cui contradici poteſt, ſicut con-
tradiximus, quod nunc prætermit-
tamus. Sed in hoc Ariſtoteles non
firmiter manifeſtauit ſententiam
ſuam, eo quòd ſuperficies ſui tex-
tus ſuſtinet duo ſimul: primo ſcili-
cet quòd ſit permutabilis: ſecundo
vero quòd ſit ſeparabilis. Et poteſt
intelligi pro ſeparabile quòd non
ſit virtus in corpore, recipiens diui-
ſionem corporis, ſcilicet vt diuida-
tur ſecundum diuiſionem corporis,
quamuis à corpore neceſſariam ha-
beat dependentiam, mediante ani-
B ma: & propter hoc ſuſtinet quòd
non in toto ſeparabilis ſit. ſuſtinet
etiam quòd ſeparabilis ſit: quia ſe-
parabile nihil aliud eſt, niſi quod
eſt ſeparabile. Et propter hoc dixi-
mus hoc apud nos, non bene eſſe de-
claratum, præter illud, quod habe-
mus ab Octauo Phyſicorum. Nam
ibi dicitur quòd nõ diuiditur ad cor-
poris diuiſionem: nec eſt mixtus ma
teriæ: relinquitur ergo quòd in to-
to ſit ſeparabilis. & hoc eſt contra-
rium coniunctionis: & contradictio
huius contrarietatis non eſt decla-
rata. Adhuc etiam, quia virtus quę-
libet, quæ non diuiditur ad corpo-
C ris diuiſionem, ſeparabilis eſt. Et,
quia habet radices apud ſe quòd for
mæ inueniuntur, quæ non habent
relationis naturam, quid contradi
cet eſſe præparationes hoc modo?
multo fortius cum eo, quod vide-
mus in eſſe huius præparationis, ꝙ
eſt vna numero in omnibus ho-
minib⁹, plures tamen per ac-
cidens. quod in for-
mis nõ eſt ma-
terialibus.

D *De intellectus materialis cum abſtra-*
*ctis intellectibus connexione.*
*Cap.* 3.

SEd prætermittam⁹ hoc
quia alterius eget inqui
ſitionis in loco alio, &
redeamus ad dictũ no-
ſtrum. Et dicamus ꝙ
nulla duarum ſententiarum horum
hominum, qui vocati ſunt ſcientia-
rum inquiſitores de ſecta exiſtentes
Ariſtotelis, de intellectu eſt apud eos
aliquid, quod deneget illum intel-
lectum materialem intelligere intel-
lectus abſtractos, ita vt efficiatur in- E
tellectus abſtractus vnum cum eo.
Declaratum eſt enim quòd illud,
quod intelligitur de abſtractis, non
eſt aliud quam intelligere rem, quæ
per ſe ſtat, videlicet intellectũ agen-
tem. Et iſte intellectus materialis,
ſi eſt ſubſtantia æterna, vt expoſito-
res omnes teſtantur, non eſt impoſ-
ſibile ei intelligere rem ęternam. Et,
ſi eſt præparatio ſolum vt dicit Ale-
xander, non inuenitur ratio, per
quam denegari poſſit, quin efficia-
tur æternum, veluti Auennaſar fa-
tetur. Credo autem quòd hoc ideo
opinatus eſt Auennaſar, quia credi F
dit intellectum materialem eſſe ſub-
ſtantiam poſſibilem, nouam, ac cor-
ruptibilem. Et hoc eſt obliuio, & er-
ror. nam omnes Philoſophos con-
cordari vides vltimam animæ homi
nis beatitudinem eſſe in apprehen-
dendo abſtractos intellectus. Et qui-
dem vides quòd Alexander poſuit
hoc in vno libro ſuorum, ac ſi per
ſe notum eſſet. Et Themiſtius in Themi-
hoc dicit verbum abbreuiatum, cre ſtii di-
dẽs illud eſſe in hoc ſufficiẽs. ſi intel- ctam.
lectus,

G lectus, qui eſt in nobis, intelligit id, quod non eſt intellectus per ſe, multo magis id, quod eſt intellectus per ſe. Et huic, ſi vellem, poſſem quodam modo contradictionis cõtradicere. Nam Sol eſt magis apparens aliquo apparenti, & vt plurimum ab habentibus viſum magis quàm aliud quid apparẽs apprehendi debet: & cum hoc veſpertilionis viſus ipſum minime apprehendit, comprehendens tamen quædam minus viſu comprehenſibilia. Philoſophus autem promiſit in libro de Anima tentare hanc quæſtionem: verum

H nunquam inueni ſolutionem in aliquo ſuorum librorum. Sed inueni in quodam Alexãdri libro viam vnã demonſtratiuam, vbi credit eam mouiſſe Philoſophum ad inueniendam eiuſmodi apprehenſionem, & intellectus huiuſmodi cõiunctionem, & eſt vt ſupra dixi, & quemadmodum hic melius repetam. Dicit nanque, ſcis quòd comparatio intelligibilis ad intellectum eſt vna, & eadem in hoc, ſicut ſenſati ad ſenſum. & hoc quaſi notum eſt per ſe. Et manifeſtum eſt quòd ſenſus in tribus conſiſtit. Vnum eſt recipiens: & hoc

Alex. demonſtratio.

I eſt membrum ſenſitiuum. Aliud eſt receptum in eo, videlicet ſenſibilis virtus fixa in membro ſenſitiuo. Tertium eſt motor, qui ſentitur in actu, videlicet extra animam: vt lux in viſu. Similiter hæc tria in intellectu reperiri debent: intellectus recipiens, vt intellectus materialis: intellectus receptus, vt intelligibile, quod eſt ſpeculatiuum acquiſitum: & intellectus motor, & agens, vt abſtractus. Hac quidem declarata proportione neceſſaria, coniungitur debite alia huic, videlicet quòd, ſi ſenſorium potentiam habet recipiendi ſenſibile, quod in actu eſt, licitum eſt ſimiliter vt intellectus, qui in potentia eſt, debeat in ſe habere potentiam recipiendi intellectum, qui eſt in actu, qui ſenſato ipſi comparatur. Et cum coniungitur huic vna propoſitio, cuius certitudinem omñes confirmant, videlicet quòd omne, quod in potentia eſt ad aliquid, indubitanter accidit in actu aliquo tempore: & hoc ſpecie, aut genere. & hoc eſt neceſſarium, cui nullus contradicit. & cum intellectus K

L materialis in ſe potentia habeat intellectum abſtractũ, neceſſario orietur ex his, vt in actu reducatur aliquo tempore. hæc autem receptio in actu non eſt aliud, niſi eſſe vnum cum eo. Et propter hoc dixit Alexander in eodem ſermone verbum ſimile ſupradicto. Dicit enim quòd intellectus, qui eſt in potentia, quando perfectionem recipit, intelligit abſtractum. nam, ſicut virtus ambulandi, quæ eſt in homine tempore ſuæ natiuitatis, ex longitudine temporis, & conſuetudine multa exit in actum, ſimiliter intelle-

M ctus materialis exit, cum perficitur intelligendo res ſuapte natura intelligibiles, & à ſenſibilibus intelligibilia recipiens. Nec exiſtimes vt propter hoc permutetur in ſeipſo, ita vt efficiatur aliud in ſe, & vt recipiat per modum ſenſus, hoc eſt vt permutetur. immo ſpecialiter in hoc contrarius eſt ipſi ſenſus eſſe: quia ſenſus eſt paſſio cum permutatione. ſed quòd recipit intellectus ab intelligibili eſt ſolum receptio apprehenſionis: quæ quidem apprehen-

ſio

A ſio eſt idem, quod ipſe. Et non accidit ei permutatio ex hac receptione, ſicut accidit ſenſui, qui eſt in potentia. Nam entium nihil aliud eſt, niſi quod receptum eſt, quod in ſenſu non eſt, quia ſenſus eſt in potentia aliud, quam receptum in eo. Et vere poſt hoc dicendum eſt quòd, ſi eſſet intellectus materialis aliud, quàm extra receptionem, naſceretur ex hoc quòd comprehendẽdo intellectum abſtractum, fieret ex nouo æternum. & eſt hoc impoſſibile declaratum, vt videbis. Adhæc autem iam manifeſtum eſt quidẽ apud B nos quòd intellectus agens non tantum eſt cauſa in intellectu materiali per viam efficientis, & motoris, ſed per viam vltimę perfectionis, hoc eſt per viam formæ, & finis. Et hoc eſt vnum eorum, quæ fecerunt errare Auẽnaſarem, cum opinatus ſit quòd eſſet cauſa ſolum, ſicut motores materiales. Et quidem argumentum Themiſtij ad huiuſmodi copulationem ſupra adductum, eſt, quòd videlicet ſenſata hęc intelligibilia ſunt à parte intellectus abſtracti: & quia res efficit ſemper ſibi ſimile: conueniens eſt igitur, & magis dignum C vt intellectus materialis cum eo coniungatur, & fiat vnum in aliquo indiuiduo. Nam, licet res ſenſibilis per naturam ſit occulta oculis alicuius ſpeciei animalis propter ſuam debilitatem, non accidit eſſe occultam omnibus ſpeciebus. Nam, ſi occulta eſſet omnib⁹ ſpeciebus, igitur prouidentia diuina, quæ dicitur natura ſapientię, feciſſet aliquod vanum, ponendo rem in potentia, quæ nunquã ad actum reduceretur. vt, quamuis

Themiſtij argumẽtum.

vespertilio lumen Solis intueri non D poſſit, non in omnibus animalibus eſt hoc. ſimiliter, quamuis aliqua hominum ſocietas non poſſit intelligere hunc intellectum, non eſt de neceſſitate, vt hoc cõtingat toti ſpeciei, immo neceſſe eſt vt hoc non accidat. Et hic ſolutum eſt dubiũ ſupra monſtratum, quòd videlicet præparatio hęc, cum qua abſtracta recipiuntur eſt vnum, quod accidit intellectui ſpeculatiuo poſt perfectionem, ita vt huius præparationis proportio ad intellectum adeptum completum, eſt ſicut materialis intellectus ad animam. Vides nanque poſt quam- E libet formam nouam particularem generabilem, & corruptibilem quòd accidit recipiendi impreſſio ad formam aliam, & aliam: & quamuis procedat in infinitum in pręparationum fine, recipit formam vnam, nõ materialem. Quia vero eſt hoc, iam habes quòd intelligibilia intellectus ſpeculatiui ſunt ſcientiæ in potentia, cùm ſint ſcientiæ rerum, quæ ſunt in potentia. Et ex hoc remouetur dubium, cum dicitur, quomodo poſſunt verificari vniuerſalia in apprehenſione, cum non inueniantur extra animam. & hoc eſt, quod induxit Platonem dicere quòd ſint F formæ ſingulares abſtractæ, quæ dant eſſe ſingularium ſpeciei humanæ, & animalis. Reſponſio quidem ad hoc eſt, quòd vniuerſalia ſunt ſcientiæ in potentia eorum ſenſibilium, quæ ſunt extra animam. Et iam diximus eſſe notum per ſe quòd id, quod eſt in potentia in aliquo genere, neceſſario exit ad actum in illo genere ex aliquo illius: ſed ſcientiæ

Quo pacto vl̃ia pñt verificari in apprehẽſione cũ nõ inueniantur extra animã.

tiæ

G tiæ in potentia ſunt intelligibilia: igitur neceſſario educuntur à ſcientiis, quæ ſunt in actu, quando requirunt motorem efficere de ea potentia ad actum. Difficile eſt autem ei, qui non peruenit ad hunc gradum, concedere hoc. itaque dubitat. ſicut longe eſt ei, qui eſt in vna ætate temporis, credere quod accidit ſibi in futuris. Et nobis quidem in hoc videtur quòd euentus ad hanc perfectionem naturaliter accidit vt plurimum ex aggregatione rerum coadiuuantium ſeſe. igitur euentus huius perfectionis, vt plurimum continget tempore ſenectutis, ac poſt multum ſtudium in ſpeculatione, & moribus, & poſt elongationem ſuperfluarum rerum, quæ videntur neceſſariæ, & non ſunt. & videtur quòd plures debeant peruenire ad hanc perfectionem, quando vicinantur ſegregationi huius æui: quia hæc perfectio eſt oppoſita perfectioni corporeæ. Et cum Auennaſar credidit in fine ſuorum dierum peruenire ad hanc perfectionem, & nõ peruenit, poſuit impoſſibile hoc, & vanum, & dixit eſſe fabulas vetularum. ſed eſt ſolum, vt nos diximus, non autem, vt dixit vir iſte.

Quo pẽ intellectꝰ humanꝰ perfectionẽ copulatiõis cũ intellẽibꝰ abſtractis acquirat.

H

I

*De intellectus agentis natura: ac quo pacto intellectionis cauſa ſit humano intellectui.* Cap. 4. K

E T remanſit iterum declaratio vna, adiuncta iam dicto ad inquirendum, videlicet intellectũ in actu, qui moueat materialem, & reducat eum in actũ: ſicut reperiuntur hæc duo in quolibet generabili, & corruptibili ſpecie, hoc eſt potentiale, & actuale, quod trahit illud in actum. & ſm Ariſtot. in libro de Anima hæc via eſt manifeſtior ad inueniendum intellectum abſtractum, qui ducat intellectum materialem ad actum. Et dicentibus nobis ꝙ intelligere eſt ſimile ipſi ſentire, non debes propter hoc credere quòd hic intellectus eſt extra animam, ſicut ſenſus eſt extra animam. quia intelligibile, quod eſt comparatum intellectui materiali comparatione ſenſati ad ſenſum, eſt in anima, & ſenſatum eſt extra animam. Et propter hoc non de neceſſitate eſt ꝙ hæc intelligibilia ſint ſeparabilia, vt opinatus eſt Plato. & anima recipitur in definitione intelligibilium ſpeculabilium, ſenſus autem non. Et remanſit nobis declarare, quomodo formæ materiales mouent intellectum materialem, & reducunt eum in actum: ſicut ſenſatum ſenſum. Hanc autem præparationem non habent formæ, inquantum ſunt in materia, ſed inquãtum formæ: nam impoſſibile eſt rem materialem operari in immaterialem, niſi inquantum eſt forma ſolum. Formæ igitur materiales ſenſatę mouent intellectum materialem, cum acquirunt

L Quòd intelligibilia non ſint extra animã.

M Quo pacto formæ materiales mouẽt intellectum.

A acquirunt eſſe formarum, quæ de neceſſitate non ſunt in materia. Hęc autem eſt forma illa, quæ inducit formas materiales efficere intellectionē. Et ſcis ꝙ oē, qđ inducit aliquid facere rem intellectus, eſt intellectus neceſſario & ideo dicitur ꝙ formæ materiales ſunt intelligibiles in potentia: & oportet ꝙ habeant vnum agens, quod extrahat eas de potentia ad actum: ſicut habet quodlibet, quod eſt in potentia. Et ſicut res, quę apprehenditur à ſenſu viſus, apparet per illud, quod videtur, quod eſt ſua cauſa, vt eſt lux, per hanc eandem rationem eſt proportio intellectus ab-
B ſtracti cum materiali ſimilis proportioni primi apparētis, videlicet lucis cum ſenſu viſus. Et, cum intellexiſti hæc, intelliges etiā illud, quod Ariſt. ait. dixit enim ꝙ conueniens eſt hic eſſe intellectū intelligentem omnia, & vnum intellectū, qui omnia reducat intelligibilia: vt lux, quę oīa apparentia in potentia reducit ad actū. Et poſtquā cōparatio intellectus abſtracti ad materialem eſt ſimilis cōparationi lucis ad viſum: igitur decet ipſum eſſe intelligibilē ab intel-
C lectu materiali, magis quàm illud, quod eſt intelligibile per ipſum. Sicut ignis eſt dignior calefacere, quæ eſt calefacta per ipſum. nam res apta recipere ignem particulariter, magis de neceſſitate eſt apta recipere ignē abſolute. hoc tñ poſito, ꝙ mediet aliquid. hoc autem accidit per vnum ſubiectū accidentale. nam ſunt multa, quę recipiunt per medium vnius, vel plurium rerum. Et ex hoc videtur ꝙ cauſa, propter quam non recipit intellectus materialis hunc intellectum, niſi per medium alterius rei

D quæ eſt intellectus, eſt vna, & eadē, cum qua multa entium non recipiūt ſuam vltimam perfectionem, niſi per media aliqua: vt reperitur iuuentus poſt infantiam, & alia innumera entia. & hæc cauſa à parte naturæ manifeſta eſt. A parte vero cōſuetudinis eſt alia cauſa. nam videmus quòd multa entia non recipiūt perfectionem, quæ eſt per naturam in aliquo genere, niſi ex conſuetudine: & exiſtētiam omnium horum recipit intellectus iſte in hoc, quòd eſt materialis. Et, ſi forte dicere vellet quis, natura eſt velamen * ſeparatum, à Deo, vt has apprehenſiones apprehendere non poſſimus: quem-

*Dubitatio.*

** a. l. ſeparantium.*

E admodum naturæ materiali oculorum veſpertilionis obſtat videre lucem, quamuis lux ſit ſui natura apparens: reſpōdeas, vt ſupra diximus, ꝙ in indiuiduo ſolum eſt, nō autem in ſpecie. Et ſcias quòd non eſt alia ſpecies, quę apprehendat intelligibilia, niſi homo: animalium autē plures ſunt ſpecies præter veſpertilionē, quæ lucem apprehendunt. immo dicitur quòd ſunt quædam animalia, quæ etiam corpus ſtellæ contuentur, vt animalia ſunt quædam rapi-

*Solutio.*

*Solus hō apprehēdit intelligibilia.*

F nantia. Similiter oportet vt inueniantur aliqua indiuidua in ſpecie hominis, quæ apprehendant hunc intellectum ex neceſſitate: & erunt illa quidem, quæ ſunt perfecta in ſcientiis ſpeculatiuis cum aliis nobilitatibus, quę oportet neceſſario, vt cum illis coniungantur. Et, ſiquis diceere vellet eſſe forte dubium, quod in Ethica ſua Auēnaſar mouit, videlicet ꝙ intellectus, qui eſt in potētia, eſt vna res, quæ non poteſt dici, vt naturam habeat priuationis, & eſt nouum:

*Dubium Auēnaſaris, quo pacto intellectus nō poſſit recipere formā intellectus abſtracti.*

G nouum:&, cum hoc eſt nouum, renouabitur etiam ex neceſſitate ex parte receptionis huius, ſi ei accidat hęc receptio: &, ſi reciperet formam intellectus abſtracti, & vniretur cum eo, fieretq; vnum: igitur poſſibile eſſet corruptibile effici æternum. &, quia hoc impoſſibile eſt de rebus no tis per ſe, ſententiatus eſt Auennaſar verba dicẽtium quòd vniemur cum intellectu abſtracto, eſſe verba vetularum. Dico igitur, quemadmodum declaratum eſt nobis, quòd formæ materiales mouent nũc intellectum, qui in potentia eſt, & hunc motum faciunt à parte intellectus abſtracti. H nam motor materialis nõ poteſt mouere, niſi in virtute rei, quæ non eſt in materia: vt declaratum eſt. Similiter nobis declaratum eſt quòd receptio, quam habet iſte intellectus, qui eſt in potentia, eſt ſpeciei receptionis naturę intellectuum abſtractorum, non ſpeciei receptionis materialis: & ſpecies receptionis eſt illa, quæ limitat ei hanc vnionem cum abſtracto, ad hoc vt reducãtur ad vnam ſubſtãtiam eſſendi: & maxime quando intelligit ſeipſum: & tunc erit intellectus abſtractus ne- I ceſſario. nam hæc ſpecies motus, quæ accidit intellectui materiali, accidit ei à parte rei, quæ eſt intellectus neceſſario: quoniam declaratum eſt intellectuum abſtractorum eſſe proprietatem, vt ſeipſos apprehendant. & ſcis quòd proprium, inquantum eſt proprium, conuertitur. Et poſtquam declaratum eſt quòd intellectus materialis apprehendit ſeipſum, & cætera abſtracta, oportet vt habeat hoc, aut ex ſe, aut ab alio. &, poſtquam eſt impoſſibile, vt habeat ex ſe, quia nihil mouet ſeipſum: & eſt impoſſibile etiam, vt ſit nouum: neceſſe igitur eſt vt habeat hanc proprietatem à parte coniunctionis, ſcilicet vt cõiungatur cum ea re, quæ eſt ipſa eadem apprehenſio, abſtractio videlicet. Et, poſtquam ita eſt, oportet quòd hęc ſpecies receptionis, quam habet iſte intellectus, ſit per viam coiunctionis, & vnionis cum abſtracto ſine nouatione, & generatione: ita vt ipſe idem recipiat ſeipſum. Et ordo vnionis huius, & ſui eſſe hoc modo eſt, vt dixerũt Philoſophi, quòd intellectus intelligit agens primum, & omnia ſecunda, & ſeipſum: & ſimiliter quæ non ſunt actu intelligibilia, reducit ad intelligibilia actu. Et quę ſeipſis intelligibilia ſunt, ea ſunt, quæ à corporibus ſeparata ſunt, nec ſunt in materia: & ſubſtantię quidem harum rerum intelligunt, & intelliguntur. Et ſcias quòd intelligunt ex ea parte, qua intelliguntur, & quod in eis eſt res intellecta, eſt res intelligens: quod non eſt in aliis intelligibilibus. verbi gratia lapis, & terra naſcens ſunt intelligibilia: id tamen, quod ex eis intelligitur, non intelligit. nam quę ſunt corpus, vel ſtant per corpus, non ſunt in ſe intelligibilia, vel ſubſtantialiter: nec aliquid eorum eſt intellectus in actu: ſed agens intellectus eſt, qui facit ea actu intellecta, eleuans ea à gradu eſſentiæ, in quo erant ad gradum nobiliorem eſſentiæ, pluſquam eis ſit conceſſum à parte naturæ ipſarum. Nam virtus rationalis, quæ eſt in homine, non eſt ipſa eadem in ſe intellectus in actu, nec per naturam ſuæ eſſentiæ: ſed intellectus agens reducit eam

*Solutio Auerrois & declaratio, quo pacto intellectus nr̃ intelligat intell's abſtractos, & etiã ſeipſum.*

K L M

A eam in intellectũ in actu, & concedit quòd alia ſint ſibi intelligibilia in actu. Et, cum rationali virtuti acciderit vt ſit intellectus in actu, aſcendet tunc ille intellectus in actu ad aſſimilationem rerum abſtractarum, & intelliget ſuum eſſe, qđ eſt actu intellectus: & tunc relinquetur ſuum intelligibile eſſe intelligens: & etiam intellectus, intelligibile, & intelligẽs erit tunc vnũ, & idem in hoc, & reducetur in eſſentiam gradus intellectus agentis. nã erit tunc intelligens intellectus materialis, res intellecta eſt agens, & in-
B tellectus erit intellectus materialis. & hęc ſunt vnũ in eſſe, & tria in diſpoſitione. Verbi gratia, ſcis quòd comparatio intellectus agentis ad hominem eſt ſicut comparatio Solis ad ſenſum viſus: & vt Sol dat viſui lucem, & poſtea per hanc lucem, quam recipit videns à Sole, efficitur videns ipſum Solem in actu, qui fuit cauſa faciens ipſum videre rem in actu, & quòd omnes colores, qui erant apparentes in potentia, efficiuntur apparentes in actu: ſimiliter intellectus agens facit: quia tribuit homini eſſe impreſſum in virtute rationali, quod habet cõ-
C parationem cum anima rationali, quam habet lux cum viſu: & cum illa eadem re intelligit anima rationalis id, quod fecit eam intelligere: & reducuntur per hoc ea, quæ erant potentia intelligibilia ad actu intellecta: & reducitur vt ſit ipſa idem cum intellectu agente, & efficitur intellectus, quod non erat prius, & reducit ſe ad intelligibile, hoc eſt vt intelligat ſe, quod non erat prius: igitur reducuntur omnia hæc, quæ tria ſunt, in vnum, D quando ſunt in actu: & res, quę erat attributa materiæ reducitur ad eſſe diuinum. Et hæc eſt actio, quam facit in nobis intellectus agẽs, & hinc vocatus eſt agens. Et quando quidem ad hunc peruenimus gradum, completa eſt noſtra beatitudo. Et ſcias quòd, quando eſt ſeparata à nobis aliquo tempore accidentaliter, non debet hæc ſeparatio ſibi attribui à diminutione, & permutatione in ſua ſubſtantia: nec coniunctio ſimpliciter acquirit ei aliquam formam, quam antea non habuerit.
Neque vtique eſt in vanum iſta ap- E
prehenſio. Nam intentio diuina in hoc fuit quòd formæ, quæ ſunt ęternæ in genere, vt vniuerſalia, debeãt aſcendere ad formam vnam numero. Nam cuilibet enti ineſt diuina intentio, vt perueniat ad recipiendum tantũ illius nobilis finis, quantum competit ſuæ naturæ: nec denegatur ab eius eſſentia pars ſibi conceſſa. itaque entibus, quæ in ipſorum natura non habent, niſi vt ſint in hac eſſentia diminuta, vt bruta animalia, erit poſſibile habere in ſeipſis virtutes, per quas in fine aſcẽ- F
dent ad talem perfectionem, qualis eſt primi entis ſimpliciter. Quod quidem igitur eſt primum ens ſimplex, ideo eſt primum, quia primũ primo habuit ſemetipſum, non aũt ab antecedente cauſa. quod vero eſt poſt ipſum, ſuum eſſe habet virtute primi. & hoc eſt eſſe primæ materię cum prima forma: quia ipſum primum tribuit ſibi meritum in prima diſpoſitione, vt gratiam habeat recipiendi formas, quæ poſſunt ſibi accidere: & formis materialibus tri-

G buit gratiam, qua poſſint perueni-
re ad formas complete abſtractas,
tanquam in finem.

### De ordine Principiorum. Cap. 5.

VOlumus autem nunc concludere ſermonẽ noſtrũ, & cum hoc tibi demonſtrare, & breui⁹ verbis referre ordinem val de pulchrũ principiorum, vt ponit Auennaſar. & eſt quidem radix
H vna eleuandi intellectum intendentibus ſcire magna. Dixit itaque Auennaſar principia, per quæ conſtituuntur corpora, & ipſorum accidentia eſſe Sex gradus altos, & ſupremos: & vnaquęque ſpecierum continetur in aliquo illorum graduum hoc modo: vt prima cauſa in primo gradu, ſecunda in ſecundo, intellectus agens in tertio, anima in quarto, forma in quinto, materia demum in ſexto. Quod eſt in primo gradu, non poteſt eſſe plura, ſed om
I nibus modis eſt vnum ſolum, ſeparatum: quę autem ſunt in aliis, ſunt plura. Et horum quidem tria, neq; ſunt corpora, neque ad corpus, videlicet prima cã, ſecunda cã, & intellectus agens: tria autẽ alia, licet non ſint corpora, ſunt ad corpus, videlicet aĩa, forma, & materia. Genera autem corporum ſunt ſex, videlicet corpus cœleſte, rationale animal, irrationale animal, vegetabile, minerale, & quatuor elementa. Summa vero ex his ſex generibus
compoſita eſt mundus. cuius pro- K
priam, & Primam cauſam credendum eſt eſſe altiſſimum Deum benedictum. ipſe enim eſt cã propinqua eſſentiæ ſecundorum, & eſſentiæ intellectus agentis. Secunda vero ſunt cauſę corporum cœleſtium, & ab his proueniunt ſubſtantiæ horum corporum. eſſentia enim cuiuslibet corporis cœleſtis dependet à quolibet ſecundorum. nam ſupremum ſecundorum in gradu conſtituit eſſe primæ ſphæræ: infimum conſtituit eſſe Lunæ, media quoque, quæ ſunt inter hæc, cõſtituunt eſſe cæterarum ſphærarum, quæ ſunt inter has. Et numerus qui- L
dem ſecundorum eſt ſecundum numerum corporum cœleſtium. Et, cùm dico hic numerum, debes intelligere per modum cauſarum, & cauſatorum. ſcis nanque cauſam, quæ non eſt corpus, non recipere numerum, niſi per modum, quo eſt cauſa corporum numeratorum: hæc autem ſecunda ſunt, quæ dicuntur Angeli. Et intellectus quidem agens habet de ſua virtute, & opere prouidẽtiam, quæ eſt in animali rationali, & apprehẽdere quidem illum eſt vltimus gradus per- M
fectionis animæ noſtrę, quia illud eſt finis, & noſtra beatitudo. Contingit autem hoc, cum ſeparatur, nec eget in ſuo eſſe re, quæ ſit ſub ea: vt eſt corpus materia, vel accidens: & in hac perfectione remanet ſemper. Et ſubſtantia quidem intellectus agentis eſt vna, quamuis gradus ſuus contineat id, quod dependet ab omnibus animalibus rationalibus receptiuis beatitudinis. & hoc eſt quod vocatur Spiritus

tus

A tus Sanctus. Res autem illæ principiorum, quæ ſunt in gradu animæ, ſunt plures. earum enim ſunt animæ cœlorum: & earum, ſunt animæ rationabilium animalium: & earum, irrationabilium. In anima autem rationalium animalium continetur virtus rationalis, motiua, imaginatiua, & ſenſibilis. Virtus quidem enim rationalis ea eſt, qua homo apprehendit artes, & ſcientias: & qua etiam deprehenduntur conueniens, & diſconueniens in operationibus, & virtutibus moralibus: & id, quod eſt conueniens facere, vel non facere, iuuatiuum vel nociuum, delectabile vel triſte. Et de hac quidem quædam eſt ſpeculatiua, & quædam practica: practicæ vero quædam artificialis, quædam cogitatiua. Speculatiua quidem ea eſt, qua homo adipiſcitur cognitionem rerum, quę non poſſunt fieri ab homine. Practica vero, qua cognoſcitur quod poteſt homo facere, & quod pertinet ipſi homini facere. Artificialis eſt illa, qua apprehendit omnes artes Mechanicas. Cogitatiua vero, qua prę uidet homo, ſi eſt conueniens facere, vel non. Motiua vero eſt, per quam eſt motus humanus ad proſequendum, vel fugiendum, delectando, vel abhorrendo: & ab hac contingunt odium & beneuolentia, timor & audacia, ita & manſuetudo, crudelitas & pietas, & aliæ animæ affectiones. Et illa quidem eſt imaginatiua, quæ impreſſiones rerum ſenſatarum conſeruat, poſtquã à ſenſibus abierint, & componit vnã cum alia, & ſeparat vnam ab alia, & in ſomno, & in vigiliis, compoſitiones, & ſeparationes dico in parte veras, & in parte falſas. &, cum hoc etiam apprehendit iuuatiuum, & nociuum, & alia, quæ in virtute rationali ſupradicta ſunt. Senſibilis autem manifeſte eſt illa, qua ſenſata apprehenduntur quinque ſenſuum, & delectabile & triſte, non autem iuuatiuum & nociuum, nec conueniens ab inconuenienti. Sed in quibuſdam animalium irrationabilium reperiuntur tres virtutes, præter videlicet rationalem: in quibus quidem imaginatiua ſtat loco rationalis, quam habet animal rationale, & in quibuſdam reperiuntur ſolum motiua, & ſenſibilis. Animæ vero corporum cœleſtium diuerſificantur ab his animabus in eſſe ipſa re, & ſpecie. Nam per has animas, quas habent corpora cœleſtia, ſtant, & mouentur motu continuo, & circulari, & recipiunt multam nobilitatem, & perfectionem. & ſunt nobilioris eſſentiæ, quàm ſint animæ, quæ ſunt animæ, quæ ſunt apud nos. Nec ſunt in potentia aliquo tempore, ſed actu ſemper. quoniam intelligibilia ipſarum nec defuerunt, nec deſunt ipſis à principio earum: quia id, quod intelligunt, ſemper intelligunt. animæ vero noſtræ primo ſunt in potentia, poſtea reducuntur ad actum: & accidit hoc ab aptitudine, quam habent ad recipiendum intelligibilia. Et corpora quidem cœleſtia non habent de anima ſenſibilem, neque imaginatiuam: licet ipſorum anima intellectiua ſit ſimilis animæ rationali aliqua parte aſſimilationis.

G Et intelligibilia ipſorum ſunt ſubſtantiæ abſtractæ à materia: quia quælibet anima illorum intelligit primum, & ſe, hoc eſt ſuum eſſe, quod Dahaath appellatur. de ſecundis vero intelligit Zobar, quod dedit ſibi ſuum eſſe. Nobiles autem gradus intelligibiliũ, qui ſunt apud nos, quamuis ſint nobiles in intellectu, cùm ipſi ſint in materia, ab animabus cœlorum non intelliguntur. nam gradus ipſorum intelligibiliũ eſt multo nobilior, quàm ſit gradus intelligibilium, quæ ſunt ſub ipſis. Nec pluralitas intelligendi eſt deputata pro vltima nobilitate. Vides enim Primum ſe ſolum intelligere, quamuis ſit quodammodo omnia entia. cum igitur ſe intelligit, iam omnia intellexit per illum modũ, quia quodlibet ens recipit eſſe ſuum ab eo. itaque pluralitas intelligendi *pluralitas non eſt. Et quidem ipſorum ſecundorum intelligere diminutum eſt ab illo. nam quodlibet horum intelligit ſe, & primum. & ſolutio huius quæſtionis dimittatur in alium locum. Animæ autem, inquantum perſeuerant in eſſe ipſarum, nec faciunt opiniones earum, ſunt virtutes, & præparationes ſolum præparatæ ad recipiendum impreſſiones rerum, quæ recipiuntur verbi gratia vt eſt virtus viſibilis, antequam videat, & imaginatiua, ante impreſſiones rerum imaginabilium, & iis ſimilia; vſque ad hunc punctum, ipſæ ſunt formæ. verum quando impreſſiones ſunt receptæ in ipſis in actu, videlicet impreſſiones ſenſatorum in virtute ſenſibili, & impreſſiones imaginabilium in virtute imaginatiua, & impreſſiones intelligibilium in virtute rationali, ſunt ſeparatæ à formis: neque ſunt formæ, niſi per viam ſimilitudinis. & quæ ſunt longiores ab his, vt dicantur formæ, ſunt impreſſiones intelligibilium, quæ accidunt virtuti rationali: ipſæ nanque ſunt poſſibiles eſſe ſeparatæ à materia. ſimilitudo etiam ipſarum exiſtens in virtute rationali eſt multum longinqua à ſimilitudine coniunctionis formæ cum materia. &, quando accidit quòd intellectus in actu eſt ſimilis intellectui agenti, tunc non debet vocari intellectus forma, nec ſimilis formæ. Quidam tamen homines vocant omnes ſubſtantias incorporeas formas, æquiuoce dicentes de formis. Dico quòd formarum quædam ſunt ſeparatæ, & denudatæ à materia, nec egent materia: quędam ſunt, quæ ſunt inſeparatæ a materia, vt illæ quæ dictæ ſunt. & hęc diuiſio eſt per æquiuoca. Et formæ, quæ egent materia, ſunt plurium graduum. magis autem infimus gradus formarum eſt gradus formarum quatuor elementorum. ipſæ nanque ſunt quatuor formæ in quatuor materiis. & ſunt aliæ formæ corporum, quæ generantur ex commixtione elementorum. Et de his etiam ſunt aliquę, quarum vna eſt nobilior altera. aliqua nanque forma corporum mineralium eſt nobilior alia in gradu, & formæ corporum mineralium ſunt nobiliores formis elementorum, & formæ naſcentium terræ ſecundum earum nobilitatem ſunt nobiliores formis corporum mineralium,

Pluralitas intelligendi nõ eſt deputata ꝑ nobilitate. H

*a. l. perfectio.

I

K L M

A ralium, & formæ animalium irrationalium ſunt nobiliores formis naſcentium terræ: forma autem rationalis animalis, inquantum rationalis, eſt nobilior omnibus formis dictis. Veruntamen prima materia, & prima forma plus diminutę ſunt omnibus aliis in ipſorum eſſe. nam quælibet illarum eget in ſuo eſſe ſtabilitate alterius: altera vero, ſcilicet forma, ſtabilitatem non habet niſi in materia. Similiter & materia eſt ens & in ſeipſa, & in ſui natura propter formam, & perfectio ſuæ eſſentiæ eſt, vt recipiat formam. nam, ſi forma non eſſet, neque materia eſſet. poſt hoc autem ſunt formæ quędam, quæ abſtractæ ſunt. D

*De animæ Beatitudine finis.*

B E

*Sequens epiſtola De connexione intellectus abſtracti cum homine idem eſt cum tractatus De animæ Beatitudine parte: quam alia ab illo verſam translatione hic appoſuimus, vt codicum, & interpretum diuerſitas inſpici poſſit.*

# LIBELLVS, SEV EPISTOLA

# AVERROIS DE CONNEXIONE intellectus abſtracti cum homine,

*Calo Calonymos, Hebræo, Neapolitano, Medico, Interprete.*

H

OPERAM dedi, frater optime, ei quod petiiſti à me, vt tibi pateſaciam mentem Ariſtotelis circa connexionẽ intellectus abſtracti cum homine, & oſtendam verificationem ſermonis in hoc, iuxta radices huius viri. ipſe enim fuit princeps, quo perficiuntur omnes ſapientes poſt eum: licet differant in intelligendo verba eius, & in eo, quod ex eis ſequitur. Notitia autem huius quæſiti fundatur

Radices duæ ad cognoſcẽdã connexionẽ intellectus abſtracti cum hoĩe

I

ſuper duas radices: quarum Vna eſt natura intellectus materialis, & eſt fundamentum huius quæſiti: & euenit differentia inter eos vt plurimum ex eorum differentia in natura huius intellectus. Secunda vero radix eſt modus, quo intellectus abſtractus eſt intellectui materiali cauſa vt ſit intellectus in actu, ſcilicet an ſit ei cauſa, tanquam agens, & motor tantum, vt eſt diſpoſitio in motoribus naturalibus, vel tanquàm forma, & finis, vt eſt diſpoſitio in motoribus abſtractis, qui mouent animas corporum cœleſtium.

L

Decreuimus tamen ante omnia breui ſermone narrare tibi id, quod dixit ſapiens de natura intellectus materialis, & natura intellectus abſtracti. Deinde narrabimus tibi id, quod videtur in hoc quæſito ex rebus conſequentibus ab opinione eius in his duabus naturis. ex hoc enim poſſibile erit peruenire ad veritatẽ eius: ſi quidem hoc poſſibile fuerit homini.

Dicta Ari. de intellectu, & ea, quæ illis ſequuntur.

M

Et dicimus ꝙ ſapiens primum, quod dixit, cum incœpit perſcrutari de natura intellectus, quem ipſe materialem appellat, eſt pręſupponendo quòd ex rebus per ſe notis eſt quòd proportio intellectorum ad intellectum apprehendentem ea eſt, ſicut proportio ſenſibilium ad ſenſum. & verificatum eſt ei ex hoc, quòd intellectus apprehendens intellecta eſt potentia recipiens, non autem agens, ſicut eſt in ſenſibus, ſcilicet quòd eſt potentia receptiua ſenſibilis. Et, cum verificatum eſt ei ꝙ ſit ex potentiis receptiuis, ſcilicet quę ſunt in potentia, non autem

ex

A ex potentiis actiuis, ſequitur neceſſario ex hoc vnum duorum, ſcilicet aut ꝙ receptio intellectus, qui eſt in potentia intellectorum, quæ ſunt in actu, & paſſio eius ab eis eſt ſicut receptio ſenſus ſenſibilium, & paſſio eius ab eis: aut quòd receptio intellectus, & paſſio eius eſt aliter. Et, cum verificata fuit ei hæc diuiſio, in qua reſtringitur veritas, perſcrutatus eſt de natura intellectus, & dixit ꝙ neceſſe eſt vt ſit natura eius in hac re diuerſa à natura ſenſus: & vt ſit nomen paſſionis, & receptionis dictum de eis ęquiuoce.

B Quoniam, cùm ſit notum per ſe de itellectu quòd intelligit omnes formas, neceſſe eſt vt hęc potentia non ſit potentia in corpore, ita quòd ſit extenſa in eo, & diuiſa ad diuiſionem eius: ſicut eſt diſpoſitio in potentiis ſenſuum, ſcilicet quòd ſunt extenſæ in corporibus, & diuiſæ quodammodo ad diuiſionem eorum. Nam, ſi ipſe eſſet quid repertum in corpore, ſicut eſt in ſenſibus, eueniret quidem ei vt apprehenderet vnum genus tantum formarum. ſubiecta enim propria recipiunt formas proprias.

Intellectus ñ ē potētia i corpore, extēſa ad eius extenſionem.

C Vlterius, ſi eſſet potentia in corpore, tunc illa potentia non reciperet formam illius corporis ſibi propriam. oculus enim ſi eſſet habens colorem, non eſſet poſſibile virtuti viſiuæ recipere colores. & ſic eſt in reliquis potentiis ſenſuum. Iterum, ſi eſſet hęc potentia in corpore, habens formam ſibi propriam, non apprehenderet ſeipſam. nam formę apprehendentes materiales, ſ. ſentientes nō apprehendunt ſeipſas, neq; finem ſuæ diſpoſitionis. Pręterea, ſi eſſet hęc potentia, & hęc præparatio in corpore determinato, tunc accideret eis id, qđ accidit ſenſibus, cum apprehendunt aliqđ ſenſibile. & eſt vnū duorum: aut enim non apprehendunt rem hora apprehenſionis ſuæ: aut, ſi apprehenderint ipſam, apprehendunt quidem eam, non prout eſt. D quemadmodum accidit coloribus, qui ſunt contrarij adinuicem in viſu, & ſaporibus, qui ſunt contrarij in guſtu. & hoc voluit Ariſto. cum dixit, ſi enim in eo apparuerit, apparens impediet alienum, quia eſt aliud. Hęc eſt ſumma eius, qđ dixit ſapiens de natura huius intellectus, & eius, quod ſequitur ex verbis ſuis.

E Et, cum peruenerit ad eum hoc tm̄ de intellectu materiali, patuit ei ꝙ hęc pars perfectionis, quæ in anima reperitur, appellata quidem intellectus materialis, non habet naturam, niſi naturam poſſibilitatis, & pręparationis tm̄, cum non fuerit miſtus cū materia neq; cum natura aliqua naturarū ſenſibiliū omnino.

Intellect⁹ mālis nō habet niſi naturā poſſitatis & præparationi.

Quare non eſt hæc præparatio, ſeu diſpoſitio, appella eam vt vis, exiſtens in ſubiecto proportionato naturæ intellectus, vt imaginabātur expoſitores Antiqui.

F vnde præ cęteris poſſibilitatibus fuerat intellectus. & ideo dixit loco huius ꝙ ipſe nihil eſt ex entibus antequā intelligat. Expoſitores autem Antiqui, vt * Theophraſtus, & alij intellexerunt de hoc, ꝙ ipſe nihil eſt ex entibus in actu, ſed eſt ſubſtantia in potentia, ſ. ꝙ eſt ſubſtantia intellectiua cuius eſſe eſt in potentia, prout eſt in potentiis receptiuis formarum materialium, ſcilicet quòd poſſibilitas in eis eſt in ſubſtantia, quę eſt in potentia proportionata ſpeciei, quam recipit.

Theo. opinio.
* a. I. Thomiſt.

¶ Et videtur quidem ꝙ ſecundum opinionem eorum intelligitur natura intellectus, prout intelligitur natura materiæ primæ, ſ. vt dicatur ꝙ iſte intellectus eſt ille, cuius proportio ad id, quod intelligit, eſt proportio materiæ formę demonſtratę talis ad formã: licet entitas huius materiæ ſit in potentia. &, cum poſuerint entitatem huius ſubſtantiæ in potentia tantum, nõ potuerunt quidem dicere ꝙ ſit generabilis, & corruptibilis. id .n. quod eſt in potentia non generatur nec corrumpitur, vt declaratum eſt in Phyſicis de materia prima. Alexander vero ex recentioribus Peripateticorum videbatur ei ꝙ natura huius partis animæ nihil aliud eſt, niſi præparatio, ſeu diſpoſitio, quæ reperitur in anima, dicens quidem, & ideo aſſimilauit eã Ariſto. pręparationi repertę tabulæ recipienti ſcripturam. nam tenet ꝙ ſubiectum huius præparationis nihil aliud eſt, niſi anima. & determinauit ex hoc ꝙ hęc pręparatio innouetur ad innouationem animę, prout eſt in aliis pręparationibus. Attamen veritas, quam prębent fundamenta Ariſt. eſt, ꝙ ſit pręparatio tantum. nam ſi reperiretur hic ſubſtantia recipiens formas entium, tunc eſſent pręparationes vnũ ex entibus exñtibus per ſe. &, ſi eſſet vnũ ex entibus exñtibus per ſe, tũc eſſent abſq; formis rerum ſenſibilium, & nõ eſſent naturæ quidditatis earum. Demum hic ſermo aſſimilatur ſermoni de formis abſtractis. nam hęc intellecta, videtur de eis ꝙ nihil ſit in eis, niſi quidditas rei ſenſibilis. &, ſi eſſent abſq; ea, non notificarẽt ſubſtantiam eius. nam aliud nõ notificat ſubſtantiam alterius, pręter alia inconueniẽtia, cõſequentia illã opinionem, quę alias narrauimus. Niſi ꝙ Alexander determinauit ꝙ notum eſt per ſe ꝙ hæc natura eſt generabilis, & corruptibilis: quoniam non habet aliam naturam niſi poſſibilitatis, & pręparationis. qđ quidem non mihi placet, ſed oportet ſummopere de hoc perſcrutari. Ariſto. vero nihil de hoc declarauit: ſed id, quod percipitur ex verbis eius, tolerat vtrũq; ſimul. nam dicit de hoc intellectu materiali ꝙ non eſt paſſiuus, ſed immiſtus. & poteſt dici ꝙ ĩtelligit per immiſtum ꝙ non ſit potentia in corpore, diuiſa ad diuiſionem eius, licet fuerit ei cõnexio neceſſaria in corpore mediãte anima: & poteſt dici ꝙ ſit abſtractus ſimpliciter. Diximus autem ꝙ hoc non eſt notum per ſe. quoniam declaratum eſt de potentia prima abſtracta in lib. Phyſi. ꝙ non ſit diuiſibilis ad diuiſionẽ corporis, neq; miſceat̃ materiæ: & remanſit conuerſio huius propoſitionis, & deſtructio conuerſi nõ declarata, & eſt ꝙ omnis potentia, nõ diuiſa ad diuiſionem corporis, ſit abſtracta. & qui habet ex radicibus ſuis ꝙ ſunt hic formæ abſtractæ, quæ non ſunt ex natura relatiua, quæro quid prohibet apud eum quin ſint hic præparationes huiuſmodi? præſertim cũ eo, quod videtur de hac præparatione, ꝙ ſit vna numero in hominibus. & hoc quidem per ſe eſt, tamen multa per accidens. quod non eſt ſic in formis materialibus. Et dimittamus hoc, & redeamus ad id, in quo fuim⁹. hoc enim requirit maximã ſpeculationem per ſeipſum. Et dicimus ꝙ in aliqua harum duarum opinionum quas tenent iſti homines, ſ. Philoſophi

Margin notes: Alex. opinio. — H — I — Diſcrepãtia inter Alexã. & Auer. — L — M

A phi nuncupati Peripatetici eſſe de mente Ariſto. in intellectu materiali, nihil eſt quod cogat, vt prohibeat intellectum, & diſcurſum ſuum de intellectib⁹ abſtractis, & ne fiat ſubſtantia abſtracta, vt declaratum eſt. quoniam intellectum de abſtractis eſt ipſummet eſſe. Nam iſte intellectus materialis, ſi eſt ſubſtantia antiqua, vt dixerunt omnes expoſitores, nihil profecto ei prohibet quin intelligat priores eo. ſi vero eſt præparatio tantum, vt dicit Alexander, tunc non eſt hic ens innouatum, qđ prohibeatur quin fiat æternum: vt dixit Alpharabius. Et opinor ꝙ Alpharabius imaginatus eſt hoc, quoniam opinatur ꝙ intellectus materialis ſit ſubſtantia, habens potentiã innouatam corruptibilem. nam ipſe dixit in de intellectu, & ĩtellecto, recitans de hoc intellectu ꝙ ſit ſubſtantia quædam, ſeu aliquid, cuius moris eſt vt cum recipit intellecta, ſit vnio cum eis, ſeu diſpoſitio eius eſt hęc diſpō. & poſuit ſubſtantiam cuius eſſe eſt in potentia innouata ſtatim, vt vides. Igitur omnes hoĩes pp hoc cõueniunt ꝙ felicitas vltima hominis eſt, cum ſit intelligens intellectus abſtractos. Et Alexãder poſuit hoc in libro ſuo de Anima, tanquam quid per ſe notum. Et ſic fecit Themiſt. qui ſecutus eſt id in ſermone, quem reputat eſſe ſufficientem. nam dixit, cum intelligat intellectus in nobis exiſtens id, qđ non eſt in ſe intellectus, multo fortius debet intelligere id, quod eſt in ſe intellectus. Sed opponitur huic vt dicatur quòd lumen Solis dignius eſt vt videatur, & tamen veſpertiliones id non apprehendunt. Et iam promiſit ſapiens perſcrutari

Quo pacto intellect⁹ mãlis intelligere poſſit intellectus abſtractos.

B

C

Themiſt. dictum.

de hoc quæſito in lib. de Anima, & non deuenit ad nos adhuc ſermo eius in eo. Tamẽ inuenimus in libello Alexandri de intellectu demonſtrationem de hac re: & exiſtimauit ꝙ ipſa eſt, quę mouit ſapientem ad ſermonem de intellectu adepto. Et declaratio eius, quod dixit in hoc, & id, quod peruenit mihi, eſt hoc. ac ſi diceret ꝙ proportio intellect⁹ apud Ariſt. eſt ipſamet proportio ſenſus. &, cum appareat quòd tria ſunt in ſenſu, ſ. recipiens, & eſt ſenſus: & receptum, & eſt ſenſatio: & motor, & eſt ſenſibile in actu, ſeu extra aĩam, neceſſe eſt etiam vt reperiantur in intellectu hæc tria, ſ. intellectus recipiens, & eſt materialis: & intellectũ, & eſt ſpeculabile: & agens, & eſt intellectus abſtractus. Et cùm vera ſit hæc propoſitio, & copuletur ei id, quod ſequitur ex ea, & eſt ꝙ ſenſus poteſt recipere ſenſibile, quod eſt in actu: igitur ſequitur vt intellectus, qui eſt in potentia, poſſit recipere intellectum, qui eſt in actu, ſ. abſtractum, qui eſt tanquam ſenſibile. ꝓportio enim eadem eſt. Et etiam, cũ copuletur ei propoſitio, quã omnes confitentur, ſ. ꝙ omne, quod habet potẽtiam ad aliquid, oportet de neceſſitate vt exeat in actum: & vt res, quæ eſt in potentia in aliquo tpe, fiat neceſſario res, quę eſt in actu in illo genere: tunc ſequitur ex hoc de neceſſitate vt intellectus materialis fiat intellectus, qui eſt in actu in aliquo tpe. Et iõ dixit Alexander in libello prædicto, poſtq̃ declarauit id, cuius vis eſt vis prædictę demſtrationis, hoc, cuius litera talis eſt. Intellectus autem, qui eſt in potentia, cum perficitur, & augetur, intelligit illũ. quoniamq́, vt ipſe dicit, queadmodũ potentia

D

Alex demonſtratio.

E

F

G potentia eundi, quæ eſt homini ho
ra natiuitatis, exit in actum cum ꝓ-
ceſſu temporis, & perficitur res me
diante qua id erit, ſic etiam intelle-
ctus, cũ perficitur, intelligit res, quæ
ſunt in natura ſua intellecta, & fa-
cit etiam ſenſibilia intelligibilia. Nã
intellectus nõ eſt in natura ſua paſ-
ſibilis, in eo ꝙ recipit aliud, prout ẽ
ſentiens, ſed eſt in contrarium ſen-
tienti. ſenſus enim eſt in eo paſſio,
& receptio impreſſionis: apprehẽſio
vero illius eſt receptio, quę additur.
Cauſa autẽ receptionis intellectus
materialis rerum abſtractarum eſt,
H quoniam non euenit ei in receptio-
ne earum paſſio, prout eſt in ſentien
te, qui eſt in potẽtia. nam intellect⁹
non eſt aliud ens, niſi ſubſtantia re-
cepti in contrarium ſentienti, quod
eſt in potentia aliud, pręter receptio
nem in ſe. Et dixit hoc, qm̃, ſi eſſet ĩ
tellectus materialis aliquid præter
receptionẽ, ſequeretur, cum perſcru-
tatus fuerit de intellectu abſtracto,
vt innouatũ fiat æternũ. & hoc pa-
tet, vt vides. Et patet profecto ex hac
ꝓportione ꝙ intellectus agens non
eſt intellectui materiali vt agens tã-
I tum, ſed vt perfectio vltima eius per
viam formę, & finis, prout eſt ſentiẽ-
ti cum ſenſibili. Et hoc eſt etiam v-
num ex eis, quæ fecerunt errare Al-
pharabium, qui exiſtimauit ꝙ ſit ei
agẽs tm̃, prout eſt in motoribus na-
Them. de mõſtratio. turalibus. Demõratio vero Themi-
ſtij prædicta vera eſt. qm̃, cùm hæc
ſenſibilia ſint intellecta ex parte in-
tellectus abſtracti: & res ſemper tri-
buit ſimilitudinem ſuæ entitatis: er-
go multo dignius eſt vt ipſum ſit in
tellectum. quemadmodum colores
cum fiant viſibiles ex parte luminis
Solis, multo dignius ẽ vt lumen eius
ſit magis viſibile. Et licet omne viſi- K
bile, & vl'r ſenſibile naturaliter oc-
cultetur alicui ſpeciei animalis ꝓp
debilitatem eius, non occultatur ta-
men alteri ſpeciei. nam, ſi occultare-
tur omnibus ſpeciebus, tunc proui-
dẽtia diuina, & eſt illa, quam appel-
lant naturam, fruſtra operata fuiſ-
ſet: cum poſuerit aliquid in potẽtia
ad aliquid abſque eo, ꝙ id exeat in
actum. Veſpertiliones enim ſi non
poſſunt aſpicere lumen Solis, hoc
tamen non eſt ſic in cæteris anima-
lib⁹. Et ſic etiam, ſi aliqui homines
non poſſunt reſpicere hunc intelle-
ctum, non eſt neceſſe vt ita ſint om- L
nes homines. quoniam fuit hoc eis
ex aliquo euentu, qui eis accidit, ſeu
ex natura, ſeu ex voluntate vniuer-
ſali, quæ ſic voluit. ſed, ſi hoc eſſet
propter diſpoſitionẽ, quæ eſt intel-
lectui abſtracto, dantem quòd ſit
intellectum, non exiens in actum,
tunc eſſet fruſtra. Id autem, ex quo
apparet, ꝙ hęc præparatio, qua ho-
mo recipit res abſtractas, fiat in in-
tellectu ſpeculatiuo poſt ſuã pfectio
nem, adeo ꝙ hęc præparatio erit ꝓ-
portio eius ad intellectum adeptum
perfectiſſime, vt proportio prępara- M
tionis appellatæ intellect⁹ materia-
lis ad animam, eſt hoc, qm̃ oĩs for-
ma innouata euenit ei poſitas, & p̃-
paratio ad recipiendum aliam for-
mã. & hoc quidem aut procedet in
infinitum, aut vltima præparatio-
num recipiet formam non materia-
lem. & hoc indicat, quoniam intel-
lecta rerũ, quæ ſunt in habitu, ſunt
ſcientię in potentia, ex eo, quòd ſunt
ſcientiæ rerum in potentia. & ideo
vniuerſale includit id, quod eſt infi-
nitum. & iã declarauit hoc Ariſto-
teles in ſermone ſuo in Metaphyſi.

Fa

A Et ex hoc ſoluitur dubiũ, quod ſit, quomodo vniuerſalia ſunt vera, & tamen non reperiuntur extra aĩam: & eſt id, quod coegit Platonem ad tenendum formas abſtractas. Et reſpondetur ꝙ vniuerſalia ſunt ſciẽtię in potentia rerũ, quæ ſunt extra animam* in potentia. & ex rebus per ſe notis eſt ꝙ in omni genere rerũ id, quod eſt in potentia, neceſſe eſt vt ꝓcedat ad id, quod eſt in actu in illo genere. &, cùm fuerint ſcita ſcientię in potentia, & moueantur à potẽtia in actum, neceſſe eſt vt moueantur ad ſcientias, quę ſunt in actu.

Quõo vl'ia ſint vera, cũ tñ nõ ſint extra animam.

*a.l. non habet, in potentia.

B Quãquam hoc videatur abſurdum ei, q non peruenit ad hunc gradum, adeo ꝙ pudet eum loqui de eis: prout videtur abſurdum ei, qui fuerit in aliqua ætate ſuorum annorum, credere quod ei eueniet in alia ętate, ad quam adhuc non peruenit. In eo verò, quod interrogaſti me de dicto ſapientis, ſi quidẽ animę fuerit actio, tunc erit poſſibile vt abſtrahatur, ipſe profecto innuit id, quod declaratum eſt de intellectu materiali, ꝙ non indigeat in operando, vt ſit vnũ ex entibus materialibus. quoniam ens tale poſſibilis eſt ei abſtractio: &

An intellectus human⁹ abſtrahat, & quando.

C non eſt neceſſe vt perfectio ſit ei poſſibilis, non autem neceſſaria. & hoc patet ex opinione eius. Et videtur ꝙ proueniat hęc perfectio naturaliter: & vt plurimum erit ex aggregatione hominum, qui congregãtur ad hoc, vt proueniat hęc perfectio. &, cùm hęc perfectio proueniat ex his congregationibus, illa quidẽ perfectio huic vni tantum difficilis eſt, niſi ſenectute, & perſeuerantia in ſpeculationibus, & non deficiẽdo ei res, quę exiſtimantur eſſe neceſſarię. D Et videtur ſm eos ꝙ adueniat hęc perfectio multis hominibus, prope ſeparationem eorum ab hoc ſeculo, qm̃ eſt perfectio contraria perfectioni corporali. Alpharabius autẽ, vt vidiſti, contradixit in ſuo libello huic interrogationi. &, cum reputauit ſe eſſe perfectum in fine ſuę ętatis, & non peruenit illud ad eum, adduxit inconuenientia ex rebus per ſe notis. E & ideo dixit de eis ꝙ ſunt vanitates ſenectutis. Perfectio vero, ex qua ꝓuenit hoc, vt diximus, eſt nimis difficilis. nam ex conditionibus eius eſt vt non ſit peccatum in credulitate ſua. & ideo exiſtimatur de eo ꝙ ſit proprium hominib⁹ excelſis. Et hoc totum, quod cauſa tui recitauimus, eſt narratio opinionum hominum. & qui id intelligit, & illud negat, nõ debet decidere ꝙ ſit opinio recitantis. Et accidunt ei, & ſimilibus multi errores, & maximi quidem. & De⁹ omnipotens auertat nos, & vos à lapſu in eis, & dirigat nos omnes ad F ſcientiam, & operationes rectas. Et pax vobis, ac pietas Dei, & benedictiones eius. Demum perfectio, quã innuimus, erit per ſcientias iuuatiuas, & opiniones veras, & mores bonos, ac operationes bonas.

Vale.

# MARCI ANTONII ZIMARÆ

## SOLVTIONES contradictionum in dictis Auerrois.

### *Super Sermone de Subſtantia Orbis.*

De ſubſtia orb.ca.1.

Dicit Auer. in 1. cap. de ſubſtantia orbis, ꝙ vnum cõpoſitum habere niſi vnã formam eſt impoſſibile. Huius oppoſitũ patet ab ipſo in 1. cæ. commento 67. vbi ponit plures formas elementorum in eodẽ remanere.

Solutio. Soluitur ipſe ſentit loquendo de formis ſubſtãtialibus perfectis & totalibus ꝙ in vno cõpoſito non eſt, niſi vna tantum. nam, cum illa cõſtituat rẽ in actu ſimpliciter, quęlibet ſuperueniens eſſet accidens. fallit autem de formis, quæ non ſunt veræ ſubſtantię, ſed ſunt quaſi mediæ inter ſubſtantiã & accidentia, quales ſunt formæ elemẽtorum apud ipſum. Et ideo caueant ponentes formam corporeitatis in via eius, et multo magis caueãt tenentes in via eius animã intellectiuam eſſe formam vere informantem: quia iſta nunquam fuit opinio eius. & ſi veritas ſit iſta, vt catholice confitemur.

De ſubſtia orb.ca.1.

Secunda contradictio eſt, quia potentia eſt differentia ſubſtantialis materiæ, dicit Commẽtator in eodem capite. Sed huius oppoſitum patet primo phyſi. comm. 70.

Solutio. Vide 1. phyſi. commen. allegato: quia ibi diffuſe diximus.

De ſubſtia orb.ca.2.

Tertia cõtradictio eſt in 2 cap. dicit Cõmentator ꝙ cœlum indiget aĩa mouente ipſum in loco, & virtute mouente ipſum ſemper. Sed huius oppoſitũ patet in 2. cęli cõm. 6.

Solutio. Soluitur. negat. 2. cęli, tex cõm. 6. cœlum habere animam, qualem Antiqui ponebant: quia crediderunt permanẽtiam illius animati corporis eſſe eiuſdem rationis cum iſtis, quæ ſunt hic: non negatur tamen cœlum animatũ eſſe, pro quanto habet principium ſeparatũ a quo mouetur, & per quod appetit: ſicut patet primo capitulo de ſubſtantia orbis in fine, vbi dicitur: & non fuit cœlum dictum habere animam. Et hoc eſt rationabile. nã, vt ſcribit Com. 8. phyſi. com. 1. principium motus de oĩbus mobilibus eſt, ſicut anima de rebus viuis. & hoc non intelligunt Moderni, qui ponunt intelligentiam vere cœlum animate, quia non poſſunt eleuare imaginatiuam ſupra cogitatiuam.

De ſubſtia orb.ca.1.

Quarta contrad. eſt ibidem. Commen. dicit ꝙ cœlum de ſe habet finitatem ſuæ actionis. Huius tñ oppoſitum patet ab ipſo in 3 cap. huius, vbi dicitur ꝙ cœlum recipit actionis infinitatem. Similiter contradicit illi, quod immediate dixerat, & eſt ꝙ cœlum eſt ſimplex, & ideo non habet potentiam ad corruptionem.

Solutio. Soluitur cœlum reſpectu motus localis de ſe finitatẽ habet, quia poteſt quieſcere, ſi ꝑ orbe tñ ſumatur cęlum. nam infinitas motus eius totaliter eſt ab extrinſeco motore. cęlum reſpectu ſui eſſe nõ habet principium intrinſecum, per quod poſſit non eſſe, ſicut ſunt iſta generabilia, quia tale principiũ eſt materia prima: bene tñ cœlum habet principium extrinſecum dans ſibi permanentiam æternam, & conſeruans ipſum in ſuis diſpoſitionibus neceſſariis, & ſi tale principium non eſſet, ita eſſet de ſubſtãtia cęli, inquit Cõm. hic, ſicut de eius motu, & eſt locus iſte expreſſus contra Gregorium Ariminenſem, qui voluit æterna & neceſſaria non habere cauſam efficientẽ. cęlum igitur bene poteſt recipere actionẽ infinitam, cũ æternum ſit, ſicut dicitur 3. cap. de ſubſtãtia orbis: ſed cauſa effectiua ſui perpetui motus non eſt ipſum, ſed eſt abſtractum principium. ſic igitur mens Auer. ſibi concordat.

De ſubſtia orb.ca.3.

Quinta contrad. eſt in cap. 3. Dicit Commen. ꝙ cœlum eſt ſubiectum tantum, nõ materia. Huius oppoſitum patet. 9 meta. commen 17.

Solutio. Soluitur. nomen materiæ quandoq; diſtinguitur cõtra formam, & quandoq; diſtinguitur contra ſubiectum. Et primo quidem modo ſumpſit Auer. 9. met. comm. 17. qñ dixit, nihil prohibet vt cœlum ſit materia, ſed prohibet vt ſit forma. Et ratio huius eſt, quia 2. de Generatio. 51. tex. materiæ eſt moueri & pati, formæ vero agere & mouere. quia igitur cœlum mouetur, ideo poteſt habere rationẽ materię, vt ex eo & intelligentia fit vnum motum ex ſe: quia omne tale ex duabus naturis cõponitur, ſ. natura cauſante motum quæ habet modum formæ, & ex natura recipiente motum, quæ eſt natura ꝑ modum materiæ, ſicut patet in 1. cap. huius. Et ex hoc patet error multorum Auerroiſtarum,

A roiſtarũ q videntes ꝙ Cõmẽ. tenet cęlũ ſeclusa intelligentia non eſſe compoſitũ ex materia & forma, crediderunt cęlum eſſe formam ſimplicem de intẽtione eius. & hoc nunquam dixit Auer. bene dixit. 5. c. de ſubſtantia orbis ꝙ mediat inter purá potentiam & actum purũ. nunquam tamen abſolute dixit cęlum actum, aut formam eſſe, ſed bene, quando cęlum comparatũ ad iſta inferiora dicitur quaſi forma, ſicut patet 1. cœli comm. 24. & 2. de generatione & corrup. tex. cõmen. 50. vbi dicitur ꝙ forma & ſpecies in terminis omniũ Si autem materia ſumatur, vt diſtinguitur contra obiectum, ſic cęlum verius dicitur ſubiectũ quã materia. quia materia iſto modo. vt cõtra ſubiectum diſtinguitur, dicit carentiá formæ cum aptitudine ad illam: ſicut pulchre declarat Themiſt 1. phy. in digreſſione propria, quam B fecit de potentia materiæ. &, quia cęlum non habet potentiam ad eſſe, ideo verius ſubiectũ dicitur quàm materia. & ſic locutus eſt Commentator hic, dum dixit cęlum ſubiectum eſſe non materiam.

De ſubia orb. ca. 4.

Sexta contradict. eſt in 4. ca. Scribit Cõmen. ꝙ ſi motus cęli deſtrueretur, etiam cęlum deſtrueretur: quia cœlum non eſt; niſi propter motum ſuum. Sed oppono, quia Commen 12. met. commen. 41. dicit ꝙ in cœlo nulla alia eſt potentia niſi ad quietem, & tñ in cęlo non eſt potentia ad non eſſe, cum in eo non ſit materia, ꝑ quã res poteſt nõ eſſe, neq; cõtrarium, primo cœli tex. cõmen. 20 Amplius, cęlũ ſecundũ Peripateticos eſt neceſſe eſſe formaliter, ſed diſpoſitio entis neceſſarii eſt vt nõ

C

ſit propter ſuam actionẽ, immo actio eius eſt propter ipſum: non ergo ſequit̃, ſi motus cęli nõ eſſet, ꝙ ſubſtantia cęli non D eſſet. Niſi eſſet ꝙ cęlũ primaria intentione non eſt propter motum ſuũ, ſed econtra. Sed dictum Commen. eſt à ſigno, non à cauſa. cęlũ enim ſecundaria intentione eſt cauſa intendens generationẽ, & corruptionem iſtorũ. & ideo, ſi motus cœli nõ eſſet, non eſſet cœlũ, quia cęlum eſt propter motum ſuum ſecundaria intẽtione, vt eſt ordinatum ad generationem, & cõſeruationem, & omnem virtutem conſeruãdam in iis, quę ſunt hic. oportet enim mundum iſtum inferiorem ſuperioribus lationibus eſſe continuum vt omnis eius virtus indę gubernetur, vt dicit̃ in principio libri meteororũ. vnde immediate Cõmen. in eodẽ loco intulit ꝙ, ſi motus cęli deſtrueretur, motus entiũ inferiorum deſtrueretur, & ſic mundus: ex quo verificatur ꝙ dator cõtinuationis motui eſt dator eſſe omnibus entibus aliis. Ecce igitur quòd propter neceſſariá dependentiá inter mundum inferiorem cum ſuperiori, iſta ſequunt̃. ſed non per viá intentionis primę, ſed ſecundæ, ſicut diximus. & hoc argumenta prætendunt.

Solutio.

E

De ſubia orb. ca. 5.

Septima contradict. eſt in 5. cap. Dicit Cõmen quòd corpora cęleſtia ſunt diuerſarũ ſpecierum. Oppoſitum huius patet 2. cœli commen 39 & 49. Soluitur. duplex ſpecies, analoga, & vniuoca, vt ſępe diximus: corpora cęleſtia ſunt eiuſdẽ ſpeciei analogicę. non ſunt eiuſdem ſpeciei vniuocę: ſed, vt ſic, sũt diuerſarũ ſpecierũ

Solutio.

FINIS.

F

# REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V

Omnes Quaterniones.

EX BIBLIOT. REG. COMPOST. ACAD.

VENETIIS APVD IVNTAS

M D LXXIII.